COMMENTARIA

In

REGVLAS CANCELLARIÆ APOSTOLICÆ,

SIVE IN GLOSSEMATA ALPHONSI

Sotto, Gloſſatoris nuncupati:

AVCTORE

IOANNE A CHOKIER, ECCLESIAE CAthedralis Leodienſis Canonico.

OPVS OMNIBVS CVM IVRIS CANONICI, TVM PRAXEOS beneficiariæ, & Cancellariæ Romanæ ſtudioſis vtiliſſimum.

AD S.D.N. GREGORIVM XV. PONTIFICEM MAXIMVM.



COLONIÆ AGRIPPINÆ

Sumptibus IOANNIS KINCHII ad interſigne Monocerotis.

Anno M.DC.XXI.



GREGORIO XV.
PONTIFICI OPT. MAX.

Ioannes à Chokier F.

INTER ſumma, BEATISSIME PATER, Summorum Pōtificum erga Rempublicam Chriſtianam nedum Romanā merita, inclytę Vrbi, ac potiùs Orbi ſic frequentia, vt fando recenſeri explicarive non poſsint, illud non in poſtremis videtur eſſe, quòd non ſolùm eidem Reip. Chriſtianæ ſummam ſecuritatem, pacemque aduerſus peſtiferos barbarorum hæreticorū conatus, verùm etiam lites, quoad eius fieri poſſet, ab Eccleſia Dei exterminare, Dicaſterijs omnibus eliminare, Sanctua-

rium verò Domini illibatum maximè conseruare vsque adhuc voluerint. Quod ipsum in Vrbe tentauit primùm quoad Cancellariam Apostolicã IOANNES eius nominis XXII. dum sapientissimis constitutionibus, quas Regulas Cancellariæ Apostolicæ nuncupauit, exercitium eorũ, qui eidem Cancellariæ operam darent, moderatus est; ne quæ erat, fuitq; semper Pontificiæ vocis organum, Cancellaria litium atq; contentionum instrumentum redderetur. Posteà gliscentibus, vt assolet, erroribus, dumq; Cancellaria rediuiuis laboraret moribus, alijs atque alijs immutatis, NICOLAVS V. nouas composuit Regulas, aut certè aptiorem in methodum priores redegit, quæ ad vsque tempora INNOCENTII VIII. exactè vbique obseruatæ fuêre. Qui rursum, vt est rerum humanarum incredibilis varietas

rietas magnaque inconſtantia, nouis emergentibus cauſsis, partim Regulas illas auxit, partim immutauit, partim etiam, ſicubi æquitas & ratio ferret, circumſcripſit. Neque id quidem mirũ. Quotus enim quiſque, PATER SANCTE, neſciat, ciuilem ipſam ſapientiam, quam Iuriſprudentiam nuncupamus, pro rerum & temporum varietate, mutationi maximè obnoxiam? cùm illa verſetur inter vndas actionũ rerum humanarũ; quæ cũ tantùm non infinitæ immenſæq; ſint, haud fieri poteſt, vt vel certis generibus & cancellis concludantur, vel ad ſtabilem aliquam normã atque regulam, quæ ſemper vniformis ſit, referantur. Idem prorſus dicere liceat in Regulis Cancellarię: quarũ vt aliquę interdum iuxta occurrentiũ varietatẽ cauſſarum immutentur, ac potiùs certis formulis & clauſulis, vt loquimur, expli-

explicentur, suadet ac potiùs cogit plerumque necessitas. Nam quemadmodũ ferro agnascitur rubigo, lignis vermiculi ac teredines, qui sensim illa exedunt, perniciemque etiam sine vllo externo nocumento afferunt: ita bonæ leges rubigine malorum morũ sinistraque hominum interpretatione plerumque deprauantur. Qui igitur, PATER SANCTE, hoc ipsum his in Regulis, quod alijs humanis in rebus accidisse ex accuratâ illarum inspectione & examine deprehenderam, curæpretium me facturum existimaui, si non solùm quibus in rebus antiquis INNOCENTII Regulis abrogatum derogatumq; esset, planiùs exponerem, quidque discriminis inter illas, & Regulas æternæ memoriæ PAVLI V. & nunc SANCTITATIS VESTRAE esset, ad singulas eiusdem INNOCENTII VIII. Regulas curiosè ostēderem, verùm etiam istas Alphonsi Sot-

to

to glossematis ante sesqui ferè seculũ enucleatas, proprijs commentarijs pro virili explicarem. Quod sanè vt commodiùs fieret, enixiore equidem studio aduertere debui ad diuersas posteriorum Pontificum constitutiones, diuersa decreta, Rotæ decisiones vltimas, Notabilia Cancellariæ, vt taceam S. Concilij Trident. interpretationes explicationesque, quæ interdum vel explanant, vel illustrant nouissimas Romanæ Cancellariæ Regulas. Hanc verò quantulamcumque lucubrationem vt eidem Vestræ Sanctitati inscriberem, duæ potissimùm caussæ animum meum induxerũt. Imprimis, quòd toto iam applaudente & exultante Orbe in adepto Virtutibus Tuis debito dignitatum culmine, non poteram non in lætitiam & gratulationem erumpere, cui præsertim datum aliquando fuit illas affari ac venera-

nerari. Tanta enim præstantissimarum virtutum Tuarũ in Remp. Christianã merita visa sunt, vt Tua ad Pontificatum Max. electio, diuino potiùs, quã humano consilio accidisse prorsus homines existiment, dum nimirum non morosâ suffragiorum cunctatione Põtificales infulæ Tibi delatæ sunt, sed impetu, vt sic dicam, atque instinctu Numinis impositæ, adeò vt sacrum Collegium, ac potiùs diuina Prouidentia tempus disposuisse videatur, in quo liqueret Reip. Christianæ dandum esse Pontificem, qui antè opinione, sensu, voce omnium erat. Ita summum inter homines fastigium assecuturum Te nesciebas, & tamen iam assecutus eras, eras inquam Pontifex, & esse Te nesciebas. Ergo iure omnes SANCTITATI TVÆ gratulantur, sed nos Leodienses propriâ quadam caussâ. Est enim Ecclesia Episcopalis

Leo-

Leodienſis velut primogenita filia Eccleſiæ Romanæ, vt quæ primùm Tungris, anno ſalutis primo ſupra cẽteſimum, à B. Materno Petri Apoſtolorum Principis diſcipulo ſtabilita; deinde per S. Seruatium Chriſti ſecundùm carnem conſanguineum Traiectum tranſlata; demum, circiter annum DCLXXVII. per S. Hubertum Aquitaniæ Ducis filium Epiſcopum Leodienſem Leodium delata: quâ in Ciuitate loco martyrij S. Lamberti eius in Epiſcopatu deceſſoris, & Eccleſiæ Leodienſis Patroni, templum excitari curauit auguſtiſſimum, in quo ad noſtra vſq; tempora, vacillante nihiloſecùs vbique in Belgio fide, & tãtùm non in conterminis excuſſâ, Sanctorum illorum, qui vicini temporibus Apoſtolorum fuēre, exemplo & ritu ſacris continuis fuit operatum. Vt ſanè mirum videri non debeat, ſi

Ecclesia hæc Cathedralis eò honoris, atque amplitudinis peruenerit, vt vno eodemque tempore fuerint Canonici Regum filij nouem, Ducum quatuordecim, Comitum viginti nouem, Baronum septem. Cuius etiam Collegij maiestas in eo se pãdit, quòd diuersis temporibus ex illo ad Pontificatũ maximum assumpti sint nonnulli Canonici, nimirum Stephanus IX. Vrbanus IV. Gregorius X. quorum postremi Archidiaconi etiam eiusdem Ecclesiæ fuêre. Neque ingrato inuoluere possum silentio, eximia quidem profectò & diuersa à diuersis Pontificibus concessa huic Ecclesiæ Leod. indulta, qualia Eugenij IV. Nicolai V. Pij II. Sixti IV. Pij IV. Sixti V. aliaque aliorum priuilegia Pontificum, quibus Ecclesiam hanc ab amplitudine, pietate, atque singulari in S. Sedem deuotione celebrem, alijs nationibus cele-

celebriorem reddere voluerunt. Poterant igitur hæc mouere ad gratulandum: ſed & materia ipſa prouocare ad dedicandum. Cui enim alteri Commentaria in Regulas Cancellariæ deberentur, niſi illarum Conditori? Conditori inquam, qui ſic ab vſu, exercitatione, doctrina conſpicuum ſe olim in Sacro Rotæ Auditorio præſtitit, vt iura tanquam ex Delphico Oraculo reddi viderentur: vt ſanè nihil fuerit mihi vel ad patrocinium decētius, vel ad operis immortalitatem præſtantius, quàm glorioſiſſimo Sanctitatis Veſtræ nomini hæc inſcribere atque dedicare. Suſcipe igitur, Beatissime Pater, vultu ſereno, animoque benigno qualeſcumque lucubrationes iſtas ſub primis ac fœlicibus Tuis Auſpicijs prodeuntes: quæ ſi minùs dignæ ſint & idoneæ, vt certè ſunt, quæ Sacris

Tuis luminibus subijciantur, velim existimes non voluntate me, sed facultate impediri, ne maiora præstantioraque eruditis Tuis virtutibus dedicem consecremque. Deus Opt. Max. eandem Sanctitatem Vestram, quam Ecclesiæ suæ arduis difficillimisque hisce temporibus preesse voluit ac disposuit, quàm diutissimè conseruet, bonisque omnibus cumulatam in dies & annos fœliciorem præstet. Leodij XIX. Kal. Aprilis, MDCXXI.



LECTORI.

SI quod vnquam veriloquium legi, *benigne Lector,* istud quidem est Plinij Secundi: *Quemadmodum terræ varijs mutatisque seminibus, ita ingenia nostra nunc hac, nunc illâ meditatione recoluntur.* Gaudet enim mens humana, diuersa circumagi lectione, quando multos reperias à politiori humanitate ad grauiora studia, & rursus ab istis ad amœniora exercitia deflectere, vt sic alternante opera & certantibus, vt ita dicam, studijs, mox ad vnum, exindè ad alterum scientiæ genus vegetior alacriorque reddatur. *Alit enim lectio ingenium*, inquit Seneca, *& studio fatigatum, non sine studio tamen reficit. Apes debemus imitari, quæ vagantur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt, deinde quicquid attulêre disponunt, ac per fauos digerunt, & vt Virgilius noster ait:* Lib. 7. Epist. 9. ad Fuscum. Epist. 84.

—————————— Liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.

Eapropter cùm ante decenniũ, & quod excurrit, in vrbe viderem, nihil & ætati & professioni meæ magis pudendum, quàm otium, quod, auctore Flacco, distendit imis obliuionem sensibus, cœpi sic imperare mihi, vt à negotijs tum proprijs, tum alienis, litteris inuoluerem me, nuncque in vna, mox in altera meditatione animum reficerem recrearemque. Quod sanè institutum licèt non in gratijs susceptum, graue tamen in alieno solo negotijs districto videbatur: sed posteà consuetudine, vt solent omnia, ita facile reddidi, vt gratius iucundiusque visum sit mihi, quàm quantalibet inertiæ lasciuiæve dulcedo. Quid enim, sodes, honestius laudabiliusque, quàm ab ordinarijs necessarijsque curis amore accendi litterarum, & quod in nobis diuinitus datum est, in commune referre? Hac igitur accensus

cupiditate, cùm vndequaque materiarum segetem chartis & schedis indigestam tandem haberem, cœpi omnia disponere, ac primùm ciuilia quædam scripta in artem redigere, quam Libris sex Politicorum Aphorismorum cum Exemplis cuiuslibet æui circumscriptam, sanctissimæ memoriæ PAVLO V. Pontifici Max. dicaui: quæ porrò supererant, puero describenda dedi, in queis (vt omittam tractatum de Permutationibus beneficiorum, quem Romæ partim affectum, in Eburonibus, vt potui, perfectum reddidi & vulgaui) Commentaria sunt in Regulas Cancell. Apost. siue etiam in illarum antiquum Glossographum vulgò Glossatorem dictum, nomine Alphonsum Sotto Hispanum, virum sanè quàm sua ætate (vixit autem circiter annum Christi 1475) non solùm doctum, & vt de se ipse testatur, nobilem, verùm etiam in disciplina iuris praxisque Romanæ admodum versatum, vt qui, teste Mandosio, plerosque terminos præclaris etiam Doctoribus ignotos declarauerit, pluresque nodos insolubiles soluendi viam ostenderit, cuius proinde auctoritatem Rota semper maximi fecit, vti testatur D. Garcia vir in hoc genere studij apprimè versatus. Neque errore certè labitur. Satis enim & super constat illum per duos & viginti annos praxim in Rom. Curia exercuisse, in qua etiam annis plusculis ius ciuile, & canonicum professus est, vt legimus in ipsius glossematis ad Regulam de Triennali. Sed enim vt qualescumque nostras Lucubrationes & Commentaria in tanto doctissimorum virorum consessu, quibus alma Vrbs magis magisque præ cæteris circumfluit, publicarem, nequaquam animum sæpè reluctantem inducere poteram: Siquidē *ardua res est*, vt Plinius inquit, *vetustis nouitatem dare, nouis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiys fidem.* Verùm enim verò, cùm tacitus mecum expenderē, *grati esse animi plenique ingenui pudoris*, vt idem Plinius subijcit, *fateri per quos profeceris*, simùl etiam cogitarem *inter homines summum certamē esse debere, ne quid seculis profuturum diu lateat*, audaciam tandem sumpsi, non tam mea vt publicarem, quā vt familiarem meum Alphonsum, cuius exemplaria, sicut à Biblio-

In Reg. Iuly II. 1. par. pr. Ad Reg. XXXII.

Tract. de Benef. parte 5. cap. 1 §. 5. num 275

Num. 13.

Præfat. Hist. Nat.

bliopolis Romanis acceperam, intermortua erant, meo studio atque opera iam renatum, Vrbi & Orbi potius communicarem. Neque meam interim scriptionem remorata est par consimilisque industria quorumdam doctissimorum Iurisconsultorum, qui ante me, id est, post Alphonsum diu multumq; in has ac potius Iulij III. Regulas insudarunt. Nam vt B. Augustinus inquit, etsi in dissimili re: *non omnia quæ ab omnibus scribuntur in omnium manus veniunt, & fieri potest, vt nonnulli qui etiam hæc nostra intelligere valent, etiam illos planiores inueniant libros, & in istos saltem incidant: ideoque vtile est plures à pluribus fieri tractatus diuerso stylo, & non diuersa fide, etiam de quæstionibus ijsdē, vt ad plurimos res ipsa perueniat, ad alios sic, ad alios aūt sic.* Itaque mihi, vt opinor, Lector vitio non dabit, si post tot præstantissimorū messorū terga spicas hasce collegi pro vsu hodierni iuris & fori: præsertim cùm eas non ineptè, vt mea est sententia, disposuerim, atque adeò in ipsum Alphonsi horreum recōdiderim: ipsum quod non nemo fatebitur, qui horum lectione Commentariorum cognouerit post illius Innocentijque VIII. tempora, pleraque esse immutata, abrogata, innouata; vt certè solent Regulæ Cancell. (quo din progressu operis ostendam) *iuxta occurrentium varietatem caussarum & negotiorum immutari*, vt habetur in Regula XXVI. Neque eò tamen inutilia censere debes, quæ inter tot celebres Regulas alicubi fortè abrogatum censueris: Siquidem Leges & constitutiones abrogatæ allegari possunt pro interpretatione & declaratione iuris communis, vel in argumentum, vel inductionem, vt memoriæ prodidit Hiero. Gonzalez. Sed neque te moueat, quòd singulis Regulis numerum etiam Regularum Pauli V. æternæ memoriæ Pontificis Max. adiecimus, non etiam S. D. N. GREGORII XV. quia è humanis ereptus est optimus Pontifex opere isto paulò minùs excuso, præterquam vt nemini non notum est, quòd nihil modò distent Regulæ GREGORII XV. (cuius pios conatus bene secundet Deus propitius) à Regulis sanctæ memoriæ Pauli V. & aliquot eius decessorum. Veruntamen

Lib. 1. de Trinit. cap. 3. tom. 3.

Ad Reg. VIII. Procem. nu. 155.

vt tibi

vt tibi constet, in quibus posteriores istæ Regulæ differant ab Innocentij VIII. Regulis, hoc est, in quibus auctæ, vel immutatæ, aut abrogatæ sint, textui illarum interposuimus asteriscos, qui te ad commentariorum textum remittent: ex quo ex facili edisces, quid Pōtifices nouissimos induxerit, vt vel auxerint, vel alias immutauerint suorum Regulas decessorum. Porrò, si quæ minùs culta aut rectè digesta fortè repereris, non tam errori studiorum, quàm tempori, quod mihi parcissimum est, imputabis, putabisque inuentu difficilem esse Iurisconsultum, qui sic ad saliuam eruditorum scribat, vt nullam de sequerendi materiā præbeat, aut qui ita omnibus numeris sit perfectus, vt nullam reprehensionem mereatur, vt post Angelum scriptum reliquit Socinus. Cæterùm quod Alphonsus, siue etiam ego, rudiori, quod aiunt, minerua & inelegantiori stylo hasce in Regulas Cancellariæ Apost. explanationes scripserimus, parui quidem, si æquus es Lector, referes, sique existimes nihilo plus commodi afferre praxi floridam comptamque dictionem, quàm morbis curandis eloquentiam. Nā ecce, si vel ipsum eloquentiæ Principem Ciceronem audis, *imprudentiam magnam, aut stultitiam singularem putabis in verborum amore versari, rem verò & caussam & vtilitatem communē relinquere.* Vnde sæpissimè reprehensionem meruerunt, teste Didaco, multi iuris Pontificij & Cæsarei commentarij, quòd dū integro conatu latinitati & eloquentiæ opera ab auctoribus impenditur, ipsa Canonum, Iurisconsultorum & Legum interpretatio negligitur, aut denique ita expolitis verbis, ne dicam affectatis exponitur, vt quandoque magis Lectorem ipsum impediat dictionum significatio, quàm propositi tractatus & materiæ proprius intellectus integraque cognitio. Accedit, quòd hodierna praxis, ipsaque forensis caussarum tractatio, præsertim quæ materiam concernit beneficiorum, tametsi magno iudicij acumine explicetur, inculto tamen impolitoque sermone delectatur, Musasque ipsas humaniores præ suo rudi & impolito stylo despicatui habere videatur: id quod facilè excusat circumfusa illa negociorum multitudo, queis Pragmatici

Consil. 150.

Orat. pro Cacinna

In Præfat Lib. Varia. Resol.

tici in Dicaſterio aut Curia Romana obſeſſi, nequeunt ad verborum Lenocinia animum applicare. Quin, ſi res ipſa admitteret ornamenta dicendi, ne vacabat quidem mihi ſic impedito in tot euoluendis eiuſdem ſtyli libris, tot annotādis locis, tot excutiendis Rotæ deciſionibus, tot denique S. Concil. Trid. declarationib. expendendis, quarū magnā tibi penū allaturum opus iſtud, vel in ipſius veſtibulo facilè deprehendes. Satis itaq; mihi viſum fuit vulgato Canoniſtarū ſiue etiā Curialiſtarū, vt ſic dicā, ſcribendi genere vti, & eum denique ſtylum ſumere, qui ſuſcepto inſtituto & ſermoni Gloſſographi plebeio reſpōderet: ratus abundè eſſe, ſi velut rudi ædificio firmum ac duraturum parietem, licèt non ſatis expolitum & variegatum ſtabilirem. Pleraque etiam dicta illius minùs honeſta, aut certè ciuilia, quæ non ſine riſu interdum legebantur, meritò induxi: non enim ſatis magnificè & modeſtè de ea Sede ſentire & ſcribere debemus, ad cuius auctoritatem ſe cernuos exhibent Reges terræ. Porrò breuiloquum me fecêre ſcripta aliorum, vtpote ex quib⁹ pleniori manu depromere licebit, quæ hic obiter & κατὰ κεφάλεον à Gloſſographo examinata, à me autem non indiligenter retractata ſunt: multa enim aſſumere aut ſublegere nequaquam ſuſtinui, ne alieni ſudoris viderer plagiarius: prꝫterquam quòd intercedebat temporis breuitas, ac conditio Curialium, quibus hæc potiſſimùm vulgabantur. Enimuerò, ſi quæſtionum beneficialium copia, quæ circa Regulas iſtas incidunt, huc produci & ſigillatim diſcuti debuiſſet, multorum voluminum lucubratio fuiſſet, cui parem tamen, vt opinor, reddet hæc noſtra, quòd permulta analyticos, & per ſatyram ſcripſerim, contentus Lectorem benè de re libraria conſtitutū ad claſſicos auctores remiſiſſe. Regulis quoque & commentationibus argumenta ſiue ſummaria præfixi, vt materiarum ſede ob oculos poſita primo lector aſpectu videat, num quid cōducere ſibi putet. Porrò Innocentij Regulis adiecimus nōnullas aliorum Pontificum ſucceſſorum Regulas, qualis Clementis VIII. de Alternatiua menſium pro Epiſcopis reſidentibus, item Reuocationis facultatum conferendi beneficia re-

ſeruata;item Regulam de malè promotis,&c. Quæ verò ex ijſdem Innocentij VIII. Regulis expunctæ, qualis eſt de Publicandis, aliæque non paucæ,& cur Regulis Poſteriorum Pontificum, ac Moderni, minùs excuſæ, aut ſi quæ aliæ ſint, quibus ijſdē Succeſſores Pōtifices nonnihil derogarūt,ſuis ad eas locis ſcribens,obiter Lectori indicaui. Atque hæc omnia adeò facili, vt ſpero,methodo, vt non qui legerint beneficiorum & Rom. Cancellariæ praxeos ſtudioſi inficiaturi ſint, non ſolùm non mediocre leuamen à me allatum, verùm etiam magnam Gloſſographo lucem,intermortuo iam, & tenebris inuoluto, attuliſſe,qui ſi eruditioribus adhuc in pretio fuerit,erit, vt ſpero,nunc multò magis, vtpote nedum emendatus, ſed etiam Commentariorum dote locupletatus. Porrò, quàm neceſſaria ſit harum cognitio Regularum ijs,qui praxi Rom.id eſt,beneficiali animum intendunt,hinc licet colligere,quòd illarum vſus nedum in vrbe, ſed in omnibus prouincijs,quæ Catholicam agnoſcunt religionem,frequentiſſimus ſit: ita quidem vt in vniuerſo orbe ius certum atque exploratum conſtituant; ſi à paucis tamen diſceſſerimus, quæ expeditiones litterarum concernunt,vt poſteà in illarum procemio dicemus. Fruantur itaque his laboribus noſtris, quibus erit curæ ſtudium iſtud, ſin faſtidiant,aut clanculum hæc mordeant aliqui, non Hercle mouebor, aut mirabor,qui cum Salomone *animaduerti omnes* Eccleſ.4. *hominum labores, & induſtrias patère inuidiæ proximi.* Id quod reuera in hac breui vita deterrimum eſt; nam quò quiſq; plus laboribus de Repub.mereri ſatagit, eò magis telis patet inuidiæ, quæ alioqui auerſa minùs eſſet, ſi cogitaret Lectorem lapſu ſemihorulæ plures legere quæſtiones, quàm Auctorem vnam diſpari longè interuallo magno cum labore diſcuſſam ſtylo mandare,& ſuper hæc lucubrationes ipſius nedum plerumque in irritum cadere, verùm etiam in damno luculento eſſe. Sed enim hodie tantum quiſque probat, quantum ſe capere poſſe confidit;quod quia laboris eſt, à quo plerique mortalium ſunt alieni,fit ferè,vt quiſque id contemnat, à quo propter rerum varietatem atque copiam excellere ſe poſſe diffidit.

Alit

Alit enim liuorem, inquit Seneca, † *infælix inertia*, *& omnes destrui cupiunt, quia non potuerunt se prouehere*. At qui meliore genio nati sunt, M. Tullium imitantur, qui summis licèt vigilijs Maiores suos longè eruditione superaret, tamen multa vbique de Næuio, Cecilio, Ennio, Lucilio, alijsque magnificè, atque honoratè prædicat, neque arroganti supercilio dedignatus est eorum interdum scripta ad vsum suum assumere, qui tamen omnes etsi antiquorum hominum homines fuerint, minùs tamen in scribendo tersos illos & à natura parum institutos, atque adiutos fuisse scimus. Itaque vellicent alij ista, & carpant, equidem insuper habebo, vt qui illud etiam Epicteti iam diu imbibi, ἀνέχου καὶ ἀπέχου quod etiam tibi, *amice Lector*, ad vitam necessarium suggero, teque, donec ibi sis, vbi dilectio est sine simulatione, fœliciter valere opto.

† *Lib. de trāquil animi cap. 2.*

Sustine & abstine.

SYLLA-

SYLLABVS RE-GVLARVM.

Reg.

Regulæ sequentes habentur in Regulis Gregorij XV.

APPRO-

APPROBATIO.

EGo infrascriptus legi Commentaria IOANNIS A CHOKIER Canonici Leodiens. in Regulas Cancellariæ Apostolicæ, siue in Glossemata Alphonsi Sotto, in quibus multa scitu dignissima, omnibusque iuris & praxeos beneficiariæ studiosis maximè vtilia inueni, quàm plurimaque alia variâ eruditione plena: proindeque digna iudico, quæ pro communi vtilitate in lucem dentur. Datum Leodij 17. Martij, 1621.

Petrus Steuartius Vicarius Leodiensis, &c.

COMMENTARIA
IOANNIS A CHOKIER
ECCLESIAE CATHEDRALIS LEODIENSIS CANONICI.
IN
Regulas Cancellariæ Apoſtolicæ, ſiue in illarum antiquum Gloſſographum Alphonſum Sotto.

IN RVBRICAM ARGVMENTA.

1. Rubricæ ſunt de textu, ſeu ad textum referuntur.
2. Valet argumentũ à ſignificatione Rubricæ.
3. Rubricæ Decretaliũ nõ ſunt authẽticæ quando ſunt contrariæ textui.
4. Diſcrimen eſt inter Regulas, Ordinationes, & Conſtitutiones.
5. Regulæ Cancell. nedum Romę ſeu in Cancellaria, ſed in toto orbe ſeruãdæ ſunt, exceptis his quę ſunt dandæ.
6. Gaudent breuitate Romani.
7. Rubricæ reſtrictionem ac declarationem ab ipſo textu patiuntur.
8. Vna pars legis aliam declarat.
9. Ex præcedentibus ſequẽtia explicantur.
10. Ex Rubricà lex interpretationem accipit.
11. Quando textus generalior eſt Rubrica non debet reſtringi per Rubricam.
12. Omnes Rubricæ conſonantes textui poſſunt allegari.
13. A Rubricis Decretorum non licet arguere.
14. Regulæ appellatione quid veniat, & quid voce Ordinationis, & num. 16.
15. Regula quid?
16. Ordinationes Cancellariæ quid deſignent.
18. Regulæ iſtæ quare Regulæ Cancellarię nuncupentur.
19. Excluſio vnius eſt incluſio alterius.
20. Regulæ Cancellar. an ligent extra Curiam, ſeu an inducãt ius vniuerſale.
21. Regulæ Cancell. debent impetrari à Vicecancellario ſeu Cancellariæ Regẽte, vt faciant ius in iudicijs extra Curiam, alias ſententia vigore illarum lata nullitati non ſubiaceret.
22. Limita, niſi ſint illæ ſolemnes quæ uarijs Doctorum Commentarijs ſunt explicatæ.
23. Regulæ de dandis ius vniuerſale non conſtituunt.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
DOMINI INNOCENTII A
DIVINA PROVIDENTIA
PAPÆ VIII.

Regulæ, Ordinationes, & Constitutiones Cancellariæ, scriptæ & correctæ in Cancellaria Apostolica.

HÆC RVBRICA in quolibet verbo deberet ponderari,
1. quia Rubrica est de textu *Bart. in l. Imperat. ff de in diem* B
2. *addict. glo. in verb. Titulu in proëmio Sexti.* Ideo valet argumentum à significatione Rubricæ *l. 1. §. Hæc verba*
ff. quod quisq; iur. Hoc tamen non est verũ in Rubricis
3. Decretorum: quia non sunt authenticæ *secundum DD.* C
in diuersis locis, & suffi iat glo. in Rub. cap. charta 3. 4. 9. quod intelligo verum quando est contraria textui, vt ibi, alias secus. & sic intelligo gloss. in cap. sacrificium de Consecrat. dist. 2. & cap. Volumus 89. dist. Et circa Rub. possem allegare tam de iure Canonico, quam Ciuili multas gloss. & dicta Doctorum: sed quia non faciunt ad propositum, pro nunc omitto. Sed
4. hęc volui dixisse; quia hic ponuntur vt diuersa, scilicet, Regulæ, Ordinationes & Constitutiones, quarũ significationes sunt diuersæ, licet videantur idem significare *arg. l. Si idem C. de Codicill. cum gloss.* Nam simila vocabula quæ ad inuicem differunt, nunquam differunt sine magno mysterio, vt dicit Baldus *in l. ex legato C. de legat. per d. l. Si idem.* D

Sed ex ista Rub. sequitur, quod Constitutiones hic contentæ non solum debent obseruari in Cãcellaria & in Curia, sed in vniuerso Orbe: ex- E
5. ceptis illis quæ concernunt expeditiones litterarum, quæ non sunt dandæ indistinctè, vt infra dicam. Et dicuntur Cancellariæ, id est Iustitiæ, vt latius infra subijciam & vnumquodq; verbum hic positum deberet ponderari. Tametsi nolo multa allegare, sed tantum aliqua facientia ad casum, & omittam superflua, ac imitabor Iurisconsultum in l. si quis obrepserit ff. de Falsis & glo. in cap. tales 23. dist. & cap. fin. de ætat. & qual.
6. maximè pro tanta Curia, vbi verba inter litteratos dicũtur pauca & compendiosa; & sic debet fieri de iure *arg. cap. diffinimus in fi. 27. quæst. 2.*

COM-

COMMENTARIA IOANNIS A CHOKIER.

A S. D. N. Dom. Innocentij D. P. Papæ VIII.) *Aduerte Lector non tam esse Regulas Innocentij VIII. quas hisce Commentarijs siue Scholijs illustro, quam* PAVLI V. *Optimi Maximi Pontificis hodie Remp. Christianam summa cum prudentia & laude gubernantis: quippè quod in plerisq; recessum est ab Innocentij Regulis de quo iam te præmonui Epistola luminari, & porrò sigillatim ostendam operis progressu.*

B Rubrica est de textu) *Rubricæ sui natura, inquit Alciatus, ad subsequentem textum referuntur, & ideò in dubio restrictionem declarationemq; ab eo patiuntur* l. assc ff. de hær. instit. *Sicuti enim vna pars legis aliam declarat.* l. sed & posteriores ff. de leg. *& ex præcedentibus sequentia explicantur* l. si seruus plurium §. fin. ff. de legat. 1. *ita ex titulo siue ex Rubrica lex ipsa interpretationem accipere potest* Alciat. ad l. 1. ff. si cert. pet. *quando tamen lex vel textus generalior est rubro, non debet restringi per rubrum* gloss. in Auth. de Incest. nupt. in pr. verb. Illicitas col. 3. Præses in locis leg. in loco à Rubro ad nigrum, *vbi etiam scribit quod omnes Rub. consonantes textui allegari possunt.* Bald. in Rub. tit. Cod. An. seruus ex suo facto *& quidem allegari pro decisione* Bart. in Rub. quod quisq; fa. glo. in Procem. Sexti §. nos ad apicem Roma. consi. 32. nu. 6. l. 1. vbi glo. & Bart. C. de cap. ciui. cen. exi. lib. 11. alex. consil. 1. col. 2. vol. 4. & consil. 89. col. 2. vol. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

C Quia non sunt authenticæ) *& ideò ab illis non licet arguere* Anto. de but. & Pauor. in Procem. Decret. Præses dicto loco. 13.

D Sunt diuersæ) *Non desunt qui Regulas ad expeditiones litterarum in Cancellaria faciendarum referant: Ordinationes verò & Constitutiones ad ea quæ forum contentiosum respiciunt. Ego, tam ea quæ litterarum expeditionibus, quam quæ iudicijs modum & normam dant, Regulæ appellatione contineri puto. Nam Regula nihil aliud, quam Norma quâ lineæ diriguntur, quasi ad mensuram regens. quo in significato Regulam capit Columella, Vitruuius, alijq;. Metaphoricos, pro ordine; ex eo quod regat, & ordinem modumq; præbeat* cap. Regula dist. 3. *& ideò omnis lex & Constitutio Regula dici potest, vtpote quia regit & bene viuendi ordinem dat. Quid verò Ordinationes designent si quæris, dicam ipsas Constitutiones & Regulas appellari iam in ordinem certum redactas. Ordinatum enim dicitur τεταγμένον, quod est rectè atq; ordinatè constitutum: quod & in his Regulis deprehendimus, vt rectè noster notat Alphonsus. Nam prima earum parte tractatur maximè de Reseruationibus Apostolicis tam generalibus quam specialibus ad Reg. vsq; XXVII. à qua Regula ad XLVII. agitur de litteris Apostolicis expediendis. tum à dicta Reg. XLVII. vsq; ad Reg. LVI. continentur varia Constitu-* 14. 15. 16. 17.

tiones de dispensationibus Apostolicis impetrandis : & postea à Reg. LVI. *vsq; ad* LX. *tractatur de Indulgentijs Apostolicis concedendis & obtinendis. Deniq; à* LX. *Reg. vsq; ad finem de beneficijs vacantibus & certo modo vacaturis per Papam conferendis.*

E Sed ex ista Rub.) *Considerata scilicet persona Innocentij* VIII. *Regulas has constituentis. Nam ex persona Conditoris metimur legem esse generalem vel specialem* cap. fin. de Constit. in 6. *Nec obstat quod dicantur Regulæ Cancellariæ, quasi ponderata voce Cancellariæ, Regulæ istæ sint locales, siue certo loco, vtpote Cancellaria Rom. circumscripta. Quia respondeo hic appellari Regulas Cancellariæ, vel quia bona illarum pars concernit litterarum expeditionem quæ in Cancellaria expediuntur, vel quia eiusmodi Regulæ in Cancellaria publicantur & regestis consignantur, idq; auctoritate eius qui legis in ipso terrarum Orbe potestatem habet : atq; ideò vim obtinent legis vniuersalis* l. 1. ff. de Constit. Princip. Geminia. in cap. fin. per illum text. de hæret. in 6. *statim post publicationem in Curia*, Capella Tholos. quæstio. 444. Felij. in c. quod super his nu. 11. de fide instrum. *vbi etiam scribit Regulis Cancellariæ non comprehendi Cardinales, ergo alios, quia exclusio vnius, est inclusio alterius* l. Cum prætor ff. de Iudic. 18.
19.
Et quanquam non desint qui existiment Regulas istas inducere tantum ius particulare, quos latè recenset Lud. Gomes. in Proœm. Reg. Cancellariæ *cuius rationes reassumit Mascard.* tractat. de Probat. conclus. 257. incip. Cancellariæ Regulas probare *attamen crebrior certiorq; est opinio existimantium illas inducere ius vniuersale : quod ipsum probat idem Gomesius Rota auctoritate ac diuersis iuris Auctoribus, quos ipse recenset* in d. Proem. quæst. 2. vers. In contrarium nu 4. 20.
Vt tamen huiusmodi Regulæ ligent & in iudicijs faciant ius extra Curiam, debent prius impetrari à Vicecancellario seu Cancellaria Regente & extat Regula 27. infra De Regulis Cancell. producendis; & deinde produci in actis, Mascard. tract. de Probat. dicta conclus. 257. nu. 13, *alias secundum ordinationem Papæ non ligarent, & sententia lata vigore earum esset nulla quantumcumq; nota essent, vt scribit noster Alphonsus ad Reg. 26. etiam si haberent Decretum irritans & creberrimè Iudicibus allegentur, vt ex Fely.* in c. 1. de. Re. iud. *respondit Gomes.* ad Regul. de Annali quæst. 4. *quod demum præter Alphonsum concedit Auctor Analyt. Commentarij* ad Regul. de Idiomate siue de Annali possessore nu. 136. *de dubijs & ignotis Regulis, non ijs autem quæ glossis variorum Doctorum sunt illustratæ & explicatæ*, per not. Panor. Felij. & DD. in cap. Pastoralis de fide instrum. *quales sunt Regulæ de Annali, Triennali, de Publicandis, & similes, quæ à plusculis Iurisconsultis discussæ & Commentarijs explanatæ sunt. Vnde non videntur egere alia productione ad instar extrauagantium publicarum & notarum, quas ignorare non licet, & contra quas lata sententia est nulla* Bald. in l. leges sacratissimæ nu. 4. C. de legib. Mandos. secundum vnam opinionem ad Reg. 28. de Reg. Cancellar. produc. quæst. 1. vers. 21. 22.
Tertia

Tertia opinio. *Licet idem Mandos. postea nu. 4. priorem opinionem veriorem scribat, nimirum quod indistinctè Regulæ siue notiores, siue non, producendæ sunt forma in dicta Reg. 28. seruata, alias sententia contra eas lata subsistunt, vt probat auctoritate Anchor. Felij. Cassad. Gomes. & aliorum.*

Regulæ verò quæ non sunt de dandis & qualitterarum tantum expeditionem in Curia faciendam respiciunt, ius vniuersale non constituũt, nec solent impetrari aut produci & partibus petentibus dari, vtpote quæ restricta sunt ad certum & particularem effectum & locum, talesq; vim constitutionis specialis obtinent, nec extra Curiam ligant, quæ de re supra, & latius scribit noster Glossographus ad Regul. XXVI. de Regulis Cancellariæ producendis. *Intereà non existimandum est dictas Regulas, quæ minus celebres sunt, quæq; Doctorum cõmentarijs haud illustrata sunt, planè inutiles & spernendas esse: siquidem quatenus ius commune vel ordinarium iuuant, rationabiliter admittendæ sunt, & in causis decidendis vsurpandæ, quo minus à iure communi, & disciplina Ecclesiastica recedatur,* Auctor Analijt. Comment. ad Reg. de Annali nu. 112. 23.

In Proœmium

ARGVMENTA.

piant

Textus Proëmij.

SAnctissimus in Christo Pater & Dominus noster D. Innocentius Diuina prouidentia Papa VIII. suorū prædecessorum vestigijs inhærendo, normam & ordinem gerendis dare volens in crastinū assumptionis suæ ad Summi Apostolatus apicem, videlicet die xxx. mensis Augusti, anni à Natiuitate Domini M. CCCC LXXXIIII. Reseruationes, Constitutiones & Regulas infrascriptas, quas etiam extunc suo tempore obseruari voluit, & quas de eius mandato, nos Rodericus miseratione Diuina Episcopus Portueñ. S. R. E. Viceecancellarius die lunæ XIIII. mensis Septembris, in Cancellaria Apostolica fecimus publicari.

GLOSSEMA ALPHONSI.

HIc vnus curiosus dubitabit vbi ego non dubito, sed pro simplicibus Curialibus subjungam quod aut forte esset vitium Impressoris, aut vitium Ordinatoris huius Proëmij: quia Papa fuit creatus die Dominica 29. Augusti, ergò sequitur quod hic malè dicitur de XXX. die. Sed certè salua auctoritate illius qui hoc assereret, benè possumus saluare

saluare hanc litteram: quia si dictio *videlicet* hic posita referatur ad istud verbum *in crastinum* tunc benè stat: quasi dicat, quod licet Papa fuerit electus 29. tamen in crastinum, id est alia die sequenti, quæ fuit xxx. fecit istas Regulas, & sic non est vitium Impressoris. Sed si referatur ista dictio *videlicet* ad verba *suæ assumptionis* quod est prope, ita quod sit intellectus, quod ea die xxx. fuit assumptus, tunc esset mala sententia: quia non fuit
A factus nisi die 29. & hoc esset benè punctuare: quia dictio *videlicet* est re- 1.
strictiuà termini cui adiungitur, *vt not. per glo. & bart. in L quæsitum ff. de fundo instructo.* Et semper debemus virgulare & punctuare dispositionem salua ratione recti sermonis cum illo verbo cui magis cōgruit, *vt notanter dicit Bald. in l. 1. C. de liber. præt.* Sed vt euitemus incongruitatem sententiæ, melius est punctuare primo modo, per iura vulgaria, *sufficiat cap. Marcion & Basilides 1. quæst. 1.* Tamen in Reg. Sixti, vbi quasi eadem verba dicuntur, dicitur de decima die qua fuit electus Sixtus; & dictio *Videlicet* ibi posita refertur ad verbum assumptionis, & non ad verbum in crastinū ibi positum. Sed in hoc non est facienda vis, quia infinitæ leges habent orationem negatiuam in littera textus, & in alijs libris eædem leges habent verba affirmatiua, & tamen vtraq; lectura saluatur, vt sępè videmus, ergo sic in proposito nostro vtraq; lectura potest saluari. Sed si secunda sit vera possumus dicere quod fuit vitium scriptoris, siue vitium Impressoris, quia vbi debebat dicere xxix. dixit xxx. & potius volo hoc dicere, scilicet fuisse vitium scriptoris, quam superbè reprobare conditorem legis *arg. c. ego solis 9. dist.* & de hoc nō est mirum: quia in multis libris impressis est iste error: quia aliquādo ponitur in eis aliquod superfluū, aliquādo aliquid diminutū, vt sępenumerò vidimus, maximè in prima impressione Decret. & etiam in Feudis & in alijs: & circa hoc deberet prouideri: quia infinita menda sunt in impressionibus, tam in grammatica, quam in sententia, vt etiam in istis Regulis Innocentij infra videbimus. & licet debe- 2.
mus recurrere ad registrum quando dubitatur de aliqua Decretali vel de lege, *vt dicit glo. 29. dist. in sum. per cap. vt veterū 9. dist.* & si multi libri habent aliquam legem vel decretalem, præsumitur lex vel decretalis, *vt dicit glo prædicta* tamen hoc intelligo verum, quando multi libri sunt diuersis tēporibus scripti vel impressi, secus si in vna impressione: quia tūc etiāsi vna lex esset in mille libris impressis in vna impressione, non valeret magis, quam si in vno libro tantum foret *fa. glo. not. in l. Si conuenerint 4. in fi. ff. de-r. 9. act.* cum vnico actu imprimantur mille libri, & error vnius sit etiam in alijs; sed vtcunque sit ponderanda sunt in hoc verba Proemij.

Ex quibus sequitur, quod Papa dicitur assumptus tempore electionis 3.
etiam ante coronationē *& hoc vult glo. in c. fin. de concess. præbend. in 6. quam notat*

notat ibi Geminia. licet glo. in data sexti libri & in Proem. clement. voluit contrarium: tamen quoad Iurisdictionalia, credo hoc fore verum de iure *arg. cap. 1. 23. dist.* vbi probatur quod statim quando Papa est electus, potest administrare, & ita communiter tenetur *in cap. licet de electio.* & de coronatione Papæ quod debeat fieri, non memini me legisse alibi quam in d. c. 1. 23. dist. vbi dicitur de Intronizatione, & quid operetur non est meum nunc dicere, sed alibi dico in tract. Iubilæi, quem direxi Sixto. & cum hoc Proemio concordat Proemium Sixti: sed Proemium Pauli dicit contrarium, scilicet à tempore coronationis, & hoc est vtile scire propter datas bullarum: quia licet Papa Innocentius fuisset coronatus 12. Septemb. tamen ea quæ ante signauit, debet datari tempore quo signauit, etiam ante coronationem & statim cum Papa fuit creatus in cõclaui de nocte quod potuit fieri *arg. c. licet de electio.* tunc signauit aliquas supplicationes. Et per prædicta dico, quod si fuit electus tunc die Sabathi de nocte & ante mediam noctem, tũc dicitur assumptus die XXVIII. & si post mediam noctem, tunc dicitur assumptus XXIX. *arg. l. more Romano ff. de ferijs, & c. cõsulit cum ibi not. ff. de offic. deleg.* & extunc deberet poni data: & si Datarius poneret aliam, tunc posset probari contrarium per testes ibid.
B exiltentes ad hoc rogatos *fa. glo. in c. duobus ibi Geminia. de Rescript. in 6.* 5.
Sed hodie vsitatur in Curia quod non datantur supplicationes signatæ etiam in Conclaui, nisi post coronationem, licet possint datari ex tunc, per ea quæ superius dixi.

Item ponderanda hic arbitror illa verba ibi, *quas etiam ex tunc suo tempore obseruari voluit, &c.* Nam in alijs Regulis prædecessorum suorum dicebatur, *quas etiam extunc suo tempore duraturas, &c.* & istud verbum *duraturas* fuit hic cancellatum, & nescio an fuit ex deliberatione, sed credo quod eadem sit sententia. Sed propter aliqua dubia iuuenilia, dico breuiter, quod si illud verbum *ex tunc*, referatur ad illud *obseruari voluit*, intelligitur quod à tempore compositionis Regularũ incipiunt ligare, & etiam ante publicationem, & tunc videretur quod esset absurdus intellectus *arg. l. leges C. de leg. & c. cognoscentes, & c. fui de Constit.* Nam lex non incipit ligare nisi post duos menses *vt in Auth. vt facta noua Constit.* vel saltem post publicationem, &c. vt iura apertè loquuntur, sed istæ Constitutiones fuerunt factæ XXX. Augusti, & publicatæ XIII. Septẽb. ergo sequitur quod ille intellectus esset absurdus. Saluo tamẽ meliori iudicio, dico quod istud verbum *Extunc* denotat hic maximam sententiam. Nam licet regulariter debet attendi tempus duorum mensium, vel saltem publicatio Constitutionis, vt liget, tamen hoc verũ nisi Princeps velit quod statim liget, &c. & hoc quoad retractationem actus, secus quoad pœnam, hoc vult notãter glos. *in verbo Exnunc in clem. 2. de hæret. & hoc tenet Abb. in d. c. cognoscentes*

de quo

de quo per Bald. in d. l. leges. & sic iste est verus intellectus huius dictionis *Extunc*, hic positæ: nam vult Papa quod statim incipiant ligare.

C Et ex hoc soluo vnam quæstionẽ quæ est nũc in Rota de Hispania, quia Regul. infra x. reuocat expectatiuas quæ aliquo modo sunt sortitæ effectum, &c. & vacauit beneficium istud die qua fuerunt conditę istę Regulæ, sed nondum erant publicatæ & vnus amicus meus acceptauit vigore gratiæ in aliquo sortitæ effectum: dico quod gratia sua sit reuocata etiam ante publicationem reuocationis, & hoc per verbũ istud *Extũc* hic positũ, de quo doleo, sed ista videtur mihi veritas: & hoc intelligo verũ nisi acceptatio & prouisio præcederet etiam per horã hãc publicationẽ:quia hęc cõstitutio non extenditur ad præterita sed tantum ad futura *arg. d.iuriũ:* sed si non constat præsumitur hanc constitutionem præcessisse, propter potentiam Papæ, *arg. eorum quæ dicit Gemmia, in c. si à sede in 2. col. de præbend. in 6. Innocent. in c. præterea requisiti de appell.* Si verò dicimus *extunc suo tempore*, &c. iste intellectus videretur absonus, & quia hoc noluit sentire compilator, ideo non insisto.

Sed dubium facio, an per ista verba durent istæ Constitutiones post o- 8
D bitum Innocentij, & certè dico quod non, quia voluntas expirat cũ Conditore *arg. l. 3. ff de Reg. iur. cap. si gratiosè de Rescript. in 6.* ergò sequitur, quod cum hic dicatur quod *obseruare voluit suo tempore, &c.* quod eo mortuo eius voluntas expiret, & sic etiam leges istæ expirãt. Et propter istud
E verbum vidi altercari in Curia: si familiaris Card. vel Papæ cuius bene- 9
ficia sunt reseruata per Regulas Cancell. vt infra videbimus, mortuo Papa antequam alius sit factus moriatur etiam in familiaritate Cardinalis extra Curiam, an beneficia sua sint reseruata? Et videbatur quod non, per istud Proœmium *& per c. præsenti 1. resp. de off. leg. in 6. & ibi tenet dominicus per illum text.* Tamen Papa Paulus declarauit contrarium propter decisiones duas in Nouis, dicentes quod beneficia semel affecta, semper manent affecta; *videlicet decis. 177. incip. Item si benef. collect. & 214. incip. Item si iuxta ordinationem Greg. &c.* Et ad cap. Præsenti possem respondere, quod aliud est quando Legatus reseruat, aliud est quando ipsemet Papa reseruat, fa. 10
quod dicit Bald. *in cap. naturalis, si de feudo fue. contro. col 10.*

Item per hoc Proœmium Practicat Rota hodie, quod si à tempore Sixti 11
vacauerit beneficium, & acceptans acceptauit illud, & fecit sibi prouideri & infra tres menses ad insinuandum secundum Reg. Sixti vel infra annum ad experiendum cum aduersario, mortuus fuit Papa, quod non tenetur insinuare vel experiri, quia Regula expirauit vt hic, & sic vidi primò pronunciari tempore Pauli per D. Antonium de Grassis qui est fidelis relator ac doctissimus, & semper sequitur vota Dominorum, anno 66. Feb. 3.
F & tunc practicaui cum Casarello maximo Aduocato, & dixit mihi totum

B oppositũ

oppositũ per rationes iuridicas,maximè quia ex quo lex incipit ligare,&c. & replicaui quod Rota ea die pronunciauit contrarium: at respondit mihi quod Rota aliquãdo rotat. tamen ista sententia Rotæ videtur mihi verior, de quo faciat pro & contra gloss. in verb. De cætero, & quod ibi dicit Dominus *in c. licet canon de electio. in 6.* & idem tenui hoc legendo hic Romæ. Et ad contraria respondeo, quia illud est verum si incipit ligare constit. &c. si in aliquo indiuiduo incepisset ligare *arg. l. furiosa cum gloss. C. qui test. fa. poss.* alias secus in diuiduis, vt isto casu, *arg. c. vtile per inutile de Reg. iur. in 6. ibiq; glo.* Et idem dico si vnus tantum acceptauerit & ante prouisionem sibi factam moreretur Papa, quod etiamsi non faceret sibi prouideri per mensem, postea gratia eius non est nulla per prędicta: nam non est tempus statutum à iure expectanti infra quod debeat sibi facere prouideri, nisi per Regulas Cancell. ergò, &c.

Item in quantum hic dicitur de *Vicecancellario* qui publicauit has Regulas in Cancellaria Apostolica, &c. Sciendum necessarium puto, quod 12. Vicecancellarius est ille qui has Regulas regit, & ad eius dispositionem datur in Curia & extra eam, cum subscriptionibus duorum Abbreuiatorum, vt dicit vna Regula de qua infra dicemus, & iste est Iudex in pertinentibus ad expeditiones iuridicas bullarum, & est in Curia maior post
G Papam *vt dicit Card. in d. clem. 2. de electio. quæst. 4.* & vocatur de iure antiquo *Bibliothecarius*, *63. dist cap. Adrianus iuncta glo.* & arbitror quod 13. propterea vocatur Bibliothecarius,quia debet custodire libros bullarum, & libros Regull. extrauag. & ex hoc in Curia practicatur quod habet de registro bullarũ certam partem: quia tenetur reddere rationẽ de omnibus ibidem contentis. Item vocatur *Quæstor* de iure communi *textus est cum glo. in l. omnem C. de petit. bon. subl. l. 10. & in l. fin. C. de diuers. rescrip.* & possem allegare multa iura ad hoc, sed de iure Cano. est casus mihi vnicus quod vocetur *Quæstor* in c. Forus de Verb. signif. & sic infero, quod Vicecancellarius potest stare cum Auditoribus Rotæ in decisionibus causarum etiam in præsentia Papæ. Nam ipse est præses Iustitiæ in Curia: & hoc nomen Vicecancellarius non reperitur in Decretis, nec in Decretalibus quod meminerim; sed in Proœmio Sixti sic: tamen benè reperitur 14. Cancellaria in cap. adhæc de Rescrip. in cap. cum dilecta iuncta glo. eod. tit. & c. dura de Crim. fals. & c. porrecta de Confir. vtil. vel inut. omitto clem. 2. de electio. & c. statutũ de Rescrip. in 6. ibiq; glo. Ex quo sequitur quod Vicecãcell. debebat appellari Cãcellarius & non Vicecãcell. Tamen
H Zabar. *in d. clem. 2.* dicit quod antiquitus cõtendebat de paritate cũ Papa, saltẽ de facto,& propterea vocatur Vicecancellarius, & allegat Laurentiũ ibi. Et licet aliqui Curiales dicant quod propter S. Laurentium non vocatur

catur Cancellarius, tamen hoc non est verum secundum Card. ibi col. 12. quia S. Laurentius non fuit nisi Camerarius, quod apparet ibi cum dixit 15. Tyranno, Thesauros quos quæris manus pauperum deportauerunt, &c.
I Ex quibus infero quod solus Papa vocatur Cancellarius Christi, à Cancello as, id est, tollo tollis, scilicet id quod iniuste petitur. 16.

Item infero contra vulgares Curiales dicentes, quod quando præsentantur bullę Vicecancellario, quod propterea ponit ante vnum L. magnum 17.
K ad denotandum, quod gerit officium sancti Laurentij, quia illud est fallissimum per supradicta. Sed ipse ponit ibi vnũ L. ideò quod significat bullam esse lectam, & postea ponit ex alia parte vnum R. magnum quod significat nomen suum, vel mandat quod registretur, &c. Quis tamen sit
L maior vel Vicecancellarius, vel Camerarius Papæ, dixi late in tractatu Camerariatus. Et omitto hic inserere, an potestas Vicecancellarij restringatur hodie per Regulas Cancellariæ positas infra, de potestate Vicecancellarij, & ibi dicam contra somnium Ioannis Francisci Pauini, qui dixit quod sic. Item quo iure potest Vicecancellarius derogare Regulæ Cancellariæ qua cauetur quod executoriales dentur sub plumbo, &c. alias non valent. Item quomodo potest dare in forma humilibus Rescriptum sine supplicatione cum derogatione c. Statutũ de Rescript. in 6. quoad dietas.
M Item quo iure cauetur, quod Cancellaria ponit in bullis Decretũ irritans & alias clausulas non petitas in supplicatione, & de multis alijs de quibus infra aliquid dicam, & quid per signaturam per *placet* in Commissionibus, an sit necessaria, vel sufficeret potestas Vicecancellarij, & an non esset melius, quod non esset nisi potestas Vicecancellarij, & non darentur aliæ commissiones per *placet*, hoc dixi in tractatu quem feci D. Tirascon. & non in alio quem direxi Domino Sixto de Futuro Concilio, & fortè aliquid dicam infra. Venio ad primam Regulam de Reseruationibus.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

DIctio Videlicet est restrictiua) *Imò est declaratiua simul, & restrictiua* l. Cum quidam §. 1. ff. de vsur. l. si in venditione post pr. ff. Comun. præd. l. videlicet ff. ex quib. Caus. maior. c. 2. ibi, Canonici videlicet., & Ciuili, de priuileg. in 6. gloss. & bart. in lib. 1. num. 2. ff. ad l. aquil. *& nonnunquam non restringit: sed iuxta materiam subiectam diuersimodè capitur* c. Romana §. caueat ibi Geminia in 2. not. de sent. exco. Ias. in l. filio quæ pater nu. 19. iu fin. vers. puto quod ista dictio, &c. ff. de liber. & posthu.

B Sed hodie vsitatur in Cura) *Recessum est ab illo vsu hodiernis temporibus, quia Pontifices electi non amplius aut rarissimè signant supplicationes in Conclaui; vt nec ante coronationem.* 19

C 20

Statim incipiunt ligare) *Controuertitur inter DD. à quo tempore Reg. Cancellariæ incipiant ligare? v. g. Papa assumitur, seu creatur 2. Martij deinde 10. facit Regulas, postmodum die 15. eas publicat, quæritur à quo die incipit currere reseruatio? Geminia.* Consil. 92. incip. In causa Canonicatus. & præbendæ, *respondit quod à die publicationis. Aen. verò de Falcon.* tract. de Reser. 4. part. pr. effectu 21. *dicit quod à die editionis, seu compositionis Regularum; alij à die assumptionis ad Pontificatum, hancq; sententiam probare Rotam in vna S. Mariæ maioris de Vrbe docet Gomes.* in Proëm. Regul. quæst. 2. sub fi. *cui adde Curt. iun.* cons. 1. nu. 27. lib. 1. *Ego cum Zerola in praxi Episcopali* in verbo Regulę Cancellarię *probo Geminiani opinionem: Ratio. n. est ab omnibus recepta quod lex incipiat demum currere à die promulgationis quæ est causa formalis legis sancitæ,* Soto de Iust. & iur. lib. 1. quæst. 1. art. 4. D. Tho. quæst. 99. & habetur in c. 1. ibi glo. verb. publicè de postul. prælat. *hancq; Geminiani opinionem probat noster Alphonsus hic. Verum, contrariantes opiniones conciliat idem Aen. de Falcon. vt statim incipiant ligare, quo-ad effectum nullitatis actus in contrarium gesti, non tamen nisi post publicationem quoad pœnas incurrendas* Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. in proem. §. 5. nu 56.

Ligant itaq; statim quoad collationem à die promulgationis, & extinguuntur morte cuiuslibet Papæ illas promulgantis; quando enim Papa non exprimit in Constitutione quod sit perpetua sed quod duret certo tempore limitato, talis constitutio non se extendit vltra illud tempus, Simonetta de Reseruat. quæst. 58. Wames. consil. 245. nu. 4. vol. 1.

Vnde infertur, quod Sede Apostolica vacante cessant Regulæ Reseruatoriæ, & omnes menses sunt ordinarij, possuntq; Episcopi tanquam ad ius commune redeuntes (exceptis tamen ijs, qui concordatu nationis germanicæ subsunt, quorum beneficia etiam Sede Papali vacante in mensibus Papæ vacantia Successori remanēt affecta) prouidere de beneficijs vacantibus in quolibet mense, Caput Aquen. decis. 86. part. 1. & 214. part. 2. atq; ita fuit decisum in vna Albulen. Parochialis de la Calcada 28. Ianu. 1594. Gonsalez ad Reg. 8. §. 5. proem. nu. 46. *vbi ait quod non solum erunt omnes menses ordinarij ante assumptionem noui Papæ: sed etiam antequam faciat Reg. Cancellariæ, quæ semper fieri solent die immediate sequenti d. assumption. ita quod si etiam in illo medio tempore ab assumptione vsq; ad editionem Regularum vacaret aliquod beneficium in mensibus alias reseruatis, nullum obstaculum Ordinarius habere dicatur, & allegat Geminia.* d. consil. 92. nu. 1. *nisi alias beneficia sint affecta, aut Papa postea electus declaret non expirasse Reseruationem, aut illa de nouo reseruet, prout fecit* S.D.N. *Paulus* V. 21

de omnibus

de omnibus beneficijs tempore sua assumptionis non prouisis in bulla ad fauorē Conclauistarum data prid. Calend. Augusti 1605. Nicol. Garcia in suo copiosiss. tract. de benef. part. 5. cap. 1. §. 11. nu. 645. & 646. *Vt vt sit, assentior Zerola* d. loco. *Geminiano subscribenti, & scribēti Regulas istas incipere ligare à die publicationis illarum, sic quod si vacet beneficium aliquod ab obitu Papa vsq; ad promulgationem, Episcopus possit de illo disponere, quia tunc non currit alternatiua, nec reseruatio per supradicta,* Zerola d. loco adde Rebuffum hic verbo suo tempore. 22.

Interim nota benè, quod quandoq; solent Romani Pontifices, vt dixi in Paulo v. *reseruare omnia beneficia qua vacauerint in mensibus Apostolicis Sede vacante, & de quibus ordinarij collatores tempore assumptionis ad summi Apostolatus apicem non disposuerunt, præsertim quando Sedes diu vacauit, vt fuit in illa Fa. re. Vrbani* VII. *qua vacauit per duos menses, quibus exactis fuit assumptus Gregorius* XIIII.

D Et certè dico quod non) *Et cum illo Pet. de Anchor alijq; quos appellat Aufrer.* ad quæst. 444. Capellæ Tholos. *quibus adde Gonzalem* ad d. §. 5. nu. 2. & seqq. *Felij* in c. ex parte 1. nu. 46. de Rescript. *Geminia.* cons. 93. nu. 7. *Nicol. Garciam* de benef. part. 5. cap. 1. §. 11.

E Si familiaris Cardinalis) *Qui tamen sede vacante non sit receptus in familiam Cardinalis. Nam eo casu beneficia istius non sunt reseruata, ex quo Regula reseruatoria qua est tertia, vt & reliqua moriantur cum persona Conditoris* 23. *vt prædiximus, & latè scribit Mandos.* ad Reg. 32. quæst. 11. per tot, *& Anast. Germonius* de Indultis Cardin. §. Per quæ sublatis nu. 99.

F Casarello Maximo Aduocato) *Nota antiquitatē familia Cafarellorum, qua generis nobilitati iuris peritiā summa cū laude miscuit. Ex ea porrò paternum genus ducit Illustriss. Cardinalis Burghesius, qui adeò fœlici sidere natus fuit vt Paulum* v. *habuerit Auunculum, omnium quidem sensu circumspectissimum, & prudentissimum Pontificem : à quo meritis suis ita postulantibus creatus fuit summus in Vrbe Pœnitentiarius, & postea Bononiensis Archiepiscopus, &c. Cardinalis omni laude dignissimus.* 24.

G Maior post Papam) *Qui huius eminentissima dignitatis originem ex antiquis historiarum monumentis disquisierunt, tradunt illam demum post tempora Innocentij* III. *inuentam, & erectam fuisse, eamq; etiā exercuisse priuata sortis homines, sed probitate, & eruditione spectatissimos: postea sub Bonifacio* VIII. *dignitatem hanc vni ex Illustriss. Cardinalibus tributam; idq; ex congruentia rationis, vt quoniam Iustitia regimen penes Vicecancellariū residebat, par erat munus illud commendare personis Illustribus, in quibus maximè excellunt familiamq; ducunt Illustriss. Cardinales.* 25.

H Tamen Zabarella) *Eius opinionem velut anile quoddam somnium iure optimo* 26.

optimo eleuat subijcitq; Gomes. in Proem. Regularum : *adstruitq; ViceCācellarium inde appellatum, quod solus Pontifex in Ecclesia Dei sit Cancellarius, vt sicut Moyses in regno & Synagoga Iudaeorum pro Deo ViceCancellarius erat, ita in Ecclesia Dei solus Papa, cuius vnum & idem Consistorum cum Deo est*, Hostien. in c. quanto de Transl. Epis. Guil. Bened. in c. Raynutius vers. Vxorem nomine Adalasiam nu. 205. de Testam.

I Cancellarius à Cancello as) *Significātius Graecis Cancellarij dicuntur νομοφύλακες, quasi legum praesides & custodes; & νομοφυλακία, legum morumq; regimen & tutela. Iustiniani & posteriorum Principū aeuo, quem nunc Cancellarium dicimus, Quaestorem Palatij appellabāt, vt notat Cuiacius* ad No. 35. *Tametsi etymon Cancellarij non inscitè deducat noster à Cancello as are. vtpote quia Cancellat & corrigit rescripta, diplomata, & priuilegia Principis, de quo Poeta apud Lucain de penna:* 27.

Hic est qui leges regni cancellat iniquas,
Et mandata pij Principis aequa facit.

Plura hac de dignitate vide Boërium tract. de Auctor. magni consilij, & Parlamentorum Galliae nu. 8. 10. & 23.

K Bullam lectam) *Coniectura probabilis. Nam & veteres si quid lectū vel laudabile inter legendum animaduerterent, littera L. in margine signabant, quod rectè notauit Auctor Coniectaneorum* in lib. 1. Var. de Re. rust. 28.

L Vel Cancellarius) *Satis constat hodie Camerarium ViceCancellario non esse anteferendum: cum penes hunc consistat Iustitia & legum exercitium; penes Camerarium autē, Vrbis tantum regimen qua profanas res concernit. Vnde patrimonio Petri seu Fisco praeest: ideoq; Praefecto aerarij vel Procuratori Caesaris comparari potest. Porrò de illius dignitate & Iurisdictione.* v. glo. in clem. ne Romani de electio. *& ex professò Vestrium* in sua praxi lib. 2. cap. 1. & 2. 29.

M Decretum irritans) *De origine huius Decreti, eiusq; effectibus videat ad nauseam qui volet Hieron. Gonzalez* ad Regul. 8. Cancell. gloss. 67. *per tot & quae scripsi infra* ad Regul. VIII. in glo. verbi, aut aliorum sub Concordatis. vide quoq; *Marchesanum* de Commissionibus, & praesertim de aperitione oris & Decreti irritantis *adde Mandos.* ad Regul. 31. quaest. 11. & ad Reg. 7. quaest. 4. *vbi scribit Decretum irritans in fine Regulae appositum referri ad omnes Regulas praecedentes: an autem etiam ad sequentes extendatur eleganti disputatione ipse determinat* in Rub. quaest. 3. per tot. 30.

Porrò, non aliena sunt à proposito duae quaestiones Doctoribus tractatae, quarum prima est, An in generali & vulgari derogatione Constitutionum & Ordinationum Apostol. comprahēdantur Regulae Cācellariae? hanc quaestionē Gomesius in fine huius Proemij resoluit negatiuè: quòd ita seruet stylus Cancellariae à Rota receptus, qui quidem stylus disponit sub clausula generali Nonobstantibus Constitutionibus 31.

& Ordi-

& Ordinationibus Apostolicis, *non comprehendi Regulas Cancellariæ, nisi specialiter sit ijs derogatum, vel nisi eiusmodi derogatio fieret non per viam Rescripti, sed legis, quo casu per prædictam generalem clausulam* Non obstantibus Constitutionibus *censeretur derogatum istis Regulis Cancellariæ non facta illarum mentione, per ea quæ scribit Geminia* in cap. cum non deceat de Electio. in 6.

Altera est, an per d. clausulam Non obstantibus Regulis Cancellariæ *positam* 32.

A *in litteris Apostolicis, censeatur derogatum Regulis iudicialibus notorijs, videlicet de Annali, Triennali, de Publicandis, de surrogandis, & similibus? Ad eam respondit Gomes. dicto loco censeri derogatum Regulis tam iudicialibus, quam litterarum expeditionem concernentibus, quibus gratiæ origo, vel effectus facto personæ non interueniente impediretur: quia per dictam clausulam non censeretur sublata: licet enim quibusdam Regulis dispositio Papæ differatur, non tamen penitus tollitur*, Geminia. in c. si propter nu. 9. in fi. de Rescript. *nisi tamen in litteris diceretur* Non obstãtibus Regulis per quas nostra gratia impediri, vel differri posset. *Quinimò certum est, de stylo Cancellariæ illud indistinctè seruari, per d. clausulam non censeri sublatas Regulas nisi earum expressa fiat mentio, atq; adeò earum tenor in principio litterarum narretur: quod quidem limitat Gomes. dicto loco nisi in gratia vel supplicatione poneretur clausula generalis* Quarum tenores habeantur pro expressis: *nam tali casu censeretur dictis Regulis derogatũ ex decis. Rotæ* in vna Caurien. Canonicatus de anno 1538. & in vna Ferrarien. Archipræsb. 9. Iulij 1535. *vt & priuilegijs & indultis quibuscumq; vt post Grauettam* consil. 126. nu. 7. lib. 1. *Ripam* ad c. 2. nu. 55. de Rescript. *Mandos.* ad Reg. 19. nu. 19. *tradit Anast. Germonius* tract. de Indultis Card. §. ac irritum. *& hunc esse Curiæ stylum asserunt Ant. de But.* consil. 2. *Io. And* ad cap. vnicum de excess. prælat. *Alex.* cons. 216. col. 7. lib. 2. *Felij.* in cap. nonnulli nu. 6. vers. addatis primo de Rescript. *Stylus autẽ Curiæ seruandus est, quia pro lege habetur* cap. tam graui, de crim. falsi, DD. ad cap. ex litteris de Consuet. Anast. Germonius d. §. nu 2. & 3. Marchesan. in tract. de Commissio. & Rescript. vtriusq; signaturæ part. 1. cap. 5. nu. 176. *& sic facit ius vniuersale, etiam in partibus* Io. Gutierrez lib. 1. Canon. quæst. c. 33. nu. 35. in fi. Nicol. Garcia tract. de Benef. part. 1. c. 5. nu. 88. Io. Petrus moneta tract. de Optio. canon. cap. 8. quæst. 1. nu. 10. 33.

In Regulam I.

ARGVMENTA.

I. Constitutio Ad regimen, de Præbend. & dig. in extrauag. com. & Constitutio Execrabilis eod. tit. in extrauag. Ioannis 22.

funt Constitutiones perpetuæ.
2. Constitutio noua, re eadem cum antiqua, sed quæ clarius disponit, superflua dici non potest.
3. Statutum particulare quod alias iure cõmuni statutum est quid operetur.
4. Reseruationes de quibus in dictis Constitutionibus ad regimen, & execrabiles, an sint generales vel speciales.
5. Verbum generaliter debet aliquid operari, etiam in dispositione odiosa, & nu. 7.
6. Non est omnino idem quod habetur pro eodem.
7. Reseruationes de quibus in Constit. ad regimen, an sint temporales.
8. Aucta est hęc Regula per Clementem VIII. & Paulum V. & in quo?
9. Beneficia per Sctiptores Apostolicos acquisita post dimissum officiũ scriptoriæ, an sint reseruata, stante quod dimisso officio desinãt esse Protonotarij.
10. Reseruantur beneficia quæ conferũtur per ordinarios contra formam Concilij Triden. quod limita vt num. 11.
12. Reseruationis definitio.
13. Reseruationis diuisio.
14. Reseruatio habens Decretum irritans quid operetur.
15. Ordinarij collatio de beneficio reseruato nihil prodest ne quidem ad titulum coloratum: vt nec Permutatio illius auctoritate facta num. 16.
17. Papa dans facultatem conferendi omnia & quæcumque beneficia, non tamen includentur reseruata.
18. Obtinens beneficium reseruatum si spoliatur non potest agere spolio.
19. Possessio siue etiam detentio beneficij reseruati caret omni iuris adminiculo.
20. Decretum irritans inficit titulum & possessionem.
21. Opponens se aduersus restitutionem spolij admitti debet ad probandum incontinenti de dicta reseruatione. Item, quibus modis probetur Reseruatio.
22. Reseruationes non admittuntur in Germania & Gallia.
23. Vacante sede ordinarius confert omnia beneficia etiam Reseruata.
24. Reseruationum 35. casus obiter enumerantnr.
25. Optio an habeat locum in beneficijs quomodocumq; reseruatis.

Regula I.

RESERVATIONES GENERALES ET SPECIALES.

IMprimis reseruationes fecit similes illis quæ in Constit. Foel. re. Benedicti Papæ XII. quæ incipit Ad regimen continentur,

tinentur, & illas locum habere voluit, etiamsi Officiales in eadem Constit. expressi Apostolicæ Sedis Officiales ante obitum eorum esse desierint quoad beneficia, quæ tempore quo Officiales erant, obtinebant. Ac reseruauit beneficia quæ per Constitutionem piæ mem. Io. Papæ XXII. quæ incipit Execrabilis vacant, vel vacare contigerit.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A B *Ista Regula dicit quod facit Papa similes Reseruationes illis quas fecit Papa* BENEDICTVS XII. *in constitutione quæ incipit* Ad Regimen. *etiamsi Officiales esse desierint, &c. Item reseruat beneficia vacãtia per constitutionem* Execrabilis, *&c. Diceret quispiam ad quid fuit facta ista Regula, cum constitutio* Ad regimen. *& etiam* Execrabilis. *reseruēt illa beneficia & illa Constitutiones sunt* 1
perpetua ergò, &c. Respondeo, quia alias ego quæsiui in Cancellaria ab Abbreuiatoribus de Parco maiori: & dixerunt quod illa Ad regimen, *fuit alias Regula Cancellariæ, sed certè istud est somnium: quia illa & etiam* Execrabilis, *sunt Constitutiones ad perpetuam rei memoriã, vt ibi dicitur, ergò, &c: sed vnus alius dixit mihi quod fuit hoc vsitatum, ne viderentur sublata illæ Extrauagantes, &c.* pro quo facit quod notatur in cap. pastoralis de fide instru. per doct. & per Bald. in l. cum prolatis ff. de re iudi. & ista aliquantulum placet. *Sed posset dicere quod quando Constitutio noua idem disponit quod antiqua, tamen clarius* 2
disponit, tunc dicitur etiam necessaria & non superflua vt vult. Ang. in auth. vt omnes obediant iudi. in princ. col. V. pro quo facit gloss. in c. licet de elec. lib. *6. & sic est hic, vel aliter dico, quòd licet aliquid sit statutum de iure communi, potest iterum statui etiam à statuto particulari vt tollatur facultas supplicandi.* 3
Item vt magis puniatur transgressor, vt est casus in iure canonico mihi notabilis in cap. nullus lv. dist. in princ. *& sic est in casu nostro. Sed non credo quod licet hic renouentur istæ Constitutiones, quod mortuo Papa dicantur expirasse illæ Reseruationes ibidem contētæ, cum sint Constitutiones generales & ligant.* arg. c. 1. de Constitu. & l. leges C. de legi. *Item non credo quod Reseruationes ibidem contentæ sint speciales tanquam factæ per regulas Cancellariæ, ex eo quod hic* 4
approbantur. Nam licet Reseruationes inductæ per regulas Cancellariæ sint speciales, tamen contentæ in extrauag. Ad regimen, *sunt generales*, vt dicit decis. Rot. CCC. XXXIIII. quæ incipit. Item si mandetur mihi prouideri. *& idem intelligo de Reseruatione contenta in extrauaganti Execrabilis. & licet Io. Milis dicat quod hoc verum est de contentis in Extrauaganti* Ad Regimen *quæ continentur in iure communi* vt in cap. 2. & in cap. præsenti de Præbend. lib. *6. alias dicit quod sunt speciales: tamen salua sui gratia decisio loquitur indistinctè.*

C *Item*

Item dico aliud, si Regula dicat quod generalitèr reseruat Papa, &c. & tunc dico illam Reseruationem generalem propter illud verbum generaliter, *quod etiam in dispositione odiosa habet aliquid operari* : faciunt notata in cap. cum dilectus. de consuetud. *& licet Ioannes Milis* in verbo Reseruatio. *dicat quod est generalis quantum ad verba, sed specialis quantum ad reseruationem mentalem; certè credo quod malè dicat & sic practicat Rota. & hoc facit ad Regulam infra positam, dicentem quod de generali reseruatione debet specifica mentio fieri &c.! Item ad prædicta facit verbum* similes *hic positum: quasi dicat quod non tollit Papa istas* 5
C *Constitutiones* Ad regimen, *&* Execrabilis, *sed quod facit similes, &c. & debet intelligi de non contentu ibidem, sed de alijs officialibus. Nam non est omnino idem quod habetur pro eodem* vt est glo. notabilis in L. mercis appellatione ff. de verbo signifi. quam allegat Bald. sæpè, maximè. in cap.1. de consuetudine recti Feudi, colla. 10. 3. 2. colum. vbi notat quod non est omnino idem quod habetur pro eodem, *ergò, &c. vel potest dici quod in eo quod hic additur videlicet quod etiā si desinant esse Officiales, &c. tunc videtur quod ista Constitutio non sit superflua ex quo addit. Sufficiat ad hoc quod etiam notat Angelus* in dicta authent. vt omnes obedi. iudi. &c. coll. 5. *qui etiā subijcit quod si constitutio noua dicens idem quod antiqua, si addit, non obstante priuilegio, &c. quod tunc non dicetur superflua. Sed quia vidi postea Extrauagantem* ad Regimen. *credo quod prima opinio sit vera: nam reseruationes ibi contentæ sunt temporales vsq; ad obitum* BENEDICTI XII. *& hoc patet ex verbis in fine positis, ibi:* ordinationi, dispositioni, ac prouisioni nostræ donec diuina Clementia nos vniuersalis Ecclesiæ regimen possidere concesserit, &c. *& ibi* : auctoritate Apostolica reseruamus, *& hoc est clarum per c.* si gratiosè de rescript. lib. 6. & per concordantias ibi, &c: *& tunc mirandum est de decisione Rotæ quam superius allegaui, quomodo loquitur scilicet affirmando quod sit generalis Reseruatio: sed quoad Extrauagantem* Execrabilis, *vbi dicitur* sedis Apostolicæ dispositioni, &c. reseruamus, *dicendum arbitror, quod superius dixi: aliquid tamen infra dicam de ambabus.* 6 7

COMMENTARIA IOANNIS A CHOKIER.

A ISta Regula) Hæc prima INNOCENTII Regula nonnihil aucta est per SIXTVM V. quem secuti sunt CLEMENS VIII. & nouissimè PAVLVS V. dum vltra Reseruationes beneficiorū BENEDICTI XII. & IOANNIS XXII. de quibus in dictis Constitutionibus *ad Regimen*, & *Execrabilis* ampliationē hanc attexuerūt: *Declarans nihilominus beneficia quæ dictæ Sedis Officiales, qui ratione officiorum suorum huiusmodi* 8

modi eiusdem Sedis Notarij erant, etiam dimissis ipsis officijs, & quandocumq; assecuti fuerint, sub huiusmodi Reseruationibus comprehendi. & postea: *Quā Constitutionem (* Io. XXII. quæ incipit Execrabilis *) & reseruationem sua Sanctitas tam ad beneficia obtenta, quam ad alia quæcumq; de quibus Ordinarij, & alij Collatores cōtra Concilij Triden. decreta disposuerunt, & disponent in futurum extendit, & ampliauit; & ea etiam beneficia dispositioni suæ reseruauit, de quibus per prædictos ordinarios, aut alios Collatores contra eiusdem Concilij decretorum formam dispositum fuerit.* Quæ quidem appendiculæ non habentur in Regulis aliorum Pontificum ante tempora Sixti V. qui primam appendiculam adiecit, ad tollendum dubium de quo fuit actum in Rota vna Hispalen. beneficij 14. Ian. 1572. coram Illustriss. Card. Lancelloto, & habetur 1. part. diuers. decis. 70. an nimirum scriptores Apostolici dimisso officio scriptoriæ desinerēt esse tales, & sic beneficia per eos acquisita post dimissum officiū scriptoriæ non essent reseruata per *d. Extrauag. Ad Regimen, & hanc Regulam,* in quo tunc fuit resolutum desiuisse esse tales, & sic talia beneficia non esse reseruata, à qua decisione postea recessit Rota *in vna Palentina scolasteria de Villadolid. 9. 13. Aprilis 1574.* Itaq; quò has omnes difficultates tolleret Sixtus V. declarauit sub reseruatione cadere eiusmodi officia, vt rectè obseruauit Nicol. Garcia *tract. de beneficijs 5. part. cap. 1. nu. 200.* Quo verò ad secundam appendiculam, eò fuit adiecta, vt præter dictas Reseruationes, etiam hæc induceretur, ob non seruatam Constitutionem Pij V. *de data 16. Maij 1566.* quam explicat Gonzalez *ae Reg. VIII. Cancell. glo. 6.* iuxta quā Cancellaria & Rota passim iudicat, licet Brabanti illam non admiserint; quæ tamen Cōstitutio est cōformis Cōcilio Trid. *in cap 18. Sess. 24.* vbi sancta Synodus mandat curata beneficia prouideri per ordinarios per Cōcursum De qua reseruatione illiusq; restrictione vide Hieron. Gonzalem *ad Reg. 8. Cancell. glo. 6. nu. 111. 112. & seq. & nu. 158.* Adde Nicolaum Garciam *d. part. 5. cap. 1. nu. 209.* vbi dictam Concilij Triden. Constitutionem exemplificat in beneficijs collatis non habentibus ætatem à S. Cōcilio requisitam, *vt in specie cap. 6. Sess. 23. & cap. 4. Sess. 22. & cap. 8. & 12. Sess. 24. de Reformat:* aut non habentibus habilitates, & qualitates requisitas, *vt in cap. 10. Sess. 14. & d. cap. 4. Sess. 22. & cap. 18. vers. de cætero Sess. 23. & d. cap. 8. & 12. Sess. 24. & cap. 5 Sess. 25. de Reformat* aut non secuta forma à Concilio præscripta *vt in cap. 18. Sess. 1. & cap. 18. Sess. 24. de Reformat:* aut contra dispositionem cap. 15. Sess. 25. de Reformat. &c.

9

10

11 Hæc tamen intellige, quando ordinarius sciens, aut scire debens (paria

enim hæc sunt in iure *l. quod te ff. si cert. pet.*) disponeret de beneficijs contra decreta Concilij, secus si per iustum errorem facti, seu ignorantiam facti probabilem disponeret, vt quia facta debita diligentia existimauit prouisum habere ætatem, aut alias qualitates à Concilio requisitas, &c: Nam ista Reseruatio facta est in odium ordinariorum disponētium de beneficijs contra decreta Concilij, quod odium cessat tum, cum cessat culpa *ad cap. 2. de Constit. Nicol Garcia de benef. part. 5. cap. 1. §. 3. in fi.*

B *Similes Reseruationes illis*) Quoniam multiplices sunt Reseruationum species, earumq; in his Regulis creberrima fit mentio, notabilia aliquot non pœnitendæ, vt spero, lectionis præmittemus in gratiam tyronum, tum dictas Reseruationum species sigillatim ex dictis Constitutionibus BENEDICTI XII. & IOANNIS XXII. aliorumq; Pontificum decretis subnectam.

Exordiar itaq; ab ipsa definitione Reseruationis, quæ talis est: *Reseruatio* est alicuius beneficij Ecclesiastici vacaturi per habentem potestatem ad se facta auocatio *Aene. de Falcon. tract. de Reseruat. quæst. 1. Iacobus Simonetta eod. tract. quæst. 1.* Secundo *Reseruationem* aliam esse *Generalem*, aliam *Specialem*. *Generalis est* quando sub vna oratione plures inducuntur reseruationes; vt quando Papa reseruat beneficia quæ tali modo vacabunt. v. g. quæ per adeptionem secundi, vt in d. Cōstit. Execrabilis, vel quæ in Curia vacabunt, vel beneficia officialium & familiarium Papæ, & Cardinalium, vt in Cōstit. ad regimen, *Simonetta de Reseruat. q. 4* Deniq; quoties reseruatio est in corpore Iuris clausa, vel per Extrauagātem inducta, aut per Regulas Cācellariæ ea generalis dici potest. *Aegid. Bellam. cons. 34 incip. statuto col 5. vers. ad tertium istud Simonetta de Reseruat. quæst. 4. nu. 3. & 14.* *Specialis* Reseruatio ea est, quando certum corpus beneficij reseruatur, non tamen pro certa persona, vt quando reseruat certam Præposituram, vel Ecclesiam Cathedralem suæ dispositioni, *vt in cap. si eo tempore de Electio. in 6. Aene. de Falcon dicto tract. quæst. 2. quem latius ibi videto.* 12 13

Notandum secundo, siue Reseruatio generalis sit, siue etiā specialis habens decretum irritans, eundē fere operari effectum, vt probat. Mandos. *in Rub. Cancell. quæst. 4* & vtroque casu beneficia dicuntur vacare in Curia *glo. & DD. in clem. 1. vt lite pend. Anast. Germon. tract. de Indultis Card §. etiam ex eo nu. 5.* Nec ordinarij collatio quicquam præstat, ne quidem titulum coloratum, adeō vt prouisi per Ordinarios dicantur intrusi, *Felij in c. in nostra in fi de Rescript. Simonetta de Reseruat. quæst. 48.* & quemadmodum Collatio per ordinariū facta de beneficio reseruato non tenet; ita nec permutatio *Aeneas de Falcon. de Reseru. 4. q. pr. 3. effect. Simonetta quæst. 46. in addit.* 14 15 16

in addit. nu. 4. Renunciatio tamen beneficij reseruati potest fieri in manibus ordinarij, licet illud ordinarius non possit cōferre: sed ad Papam recurrendum sit pro collatione, *Rota de renunciat. decis 14. in antiq. in fi. & 4. eod. tit. in antiquo Simonetta de Reser. quaest. 46.* Idemq; dicendū de permutatione *Rota decis. 10. de Renunciat. in antiq. alias 398. Granuccius in addit. ad Simonett. nu. 3. qua de re latius scripsi in tract. de Permut benef part 2. c. 3.*

Tertio notandum Reseruationis tantam vim esse, vt etiamsi Papa daret alicui facultatem cōferendi omnia, & quaecumq; beneficia, non tamen includerentur reseruata *Rota decis. 3. de off. leg. in No. Geminia. in cap. si cui nulla nu. 8. de Prabend. in 6. Aen. de Falco. de Reseru. ben. effectu 6.* Ratio est quod requiratur specialis, & expressa mētio ad hoc, vt in cōcessione conferendi beneficia, veniant reseruata *cap 2 de Praben. in 6. Anast. Germonius de Indult. Card. §. etiam ex eo nu. 2.* qua de re scripsi ad Reg. de Triennali *in glo. verbi videlicet in vacantibus.* Idem etiam in expectatiuis: reseruatio enim impedit expectantes: quia beneficia reseruata non possunt per eos acceptari, nisi etiam ad reseruata expectatiua concederetur *Lud. Rom. cons. 260. incip. In proposito casu, Simonetta tract: de Reser. benef. quaest. 41. per tot.* 17

Quartò, hunc etiam effectum Reseruationis esse, vt qui contra eam beneficium retinet, si spolietur non possit agere spolio. *vt tenet Rota decis. 16 in No. incip. si contra agentem. & latè docet Simonetta d. tract. de Reseru. quaest. 40. per tot.* & ratio est, quia possessio beneficij reseruati non solū est nulla, sed etiam detētio caret omni adminiculo iuris, *Rota decis. 17. in No Gomes. ad Reg. de annali q. Mandos. ad Reg. 1. q. 3. Mochedan. decis. 15. de Caussa poss. & prop.* Siquidem decretum irritans quod in omnibus reseruationū Regulis apponi solet, non modo titulū inficit: sed etiā possessionē, praesertim si ea reseruatio proponatur, quae in corpore iuris sit clausa, *Ant. Faber. lib. 1. definit. forensium tit. 2. definit. 21.* opponens autē de tali reseruatione ad impediēdam restitutionem siue aliud remedium possessorium admitti debet ad probandum incontinenti de dicta reseruatione *Put decis. 193. nu. 2. lib. 3. Menoch. de Recup. poss. remed. 16. nu. 453.* licet autem collatio facta per Ordinarium de beneficio per Regulas reseruato infecta sit, tamen percipiens fructus ex eo non est inhabilis. Alios effectus Reseruationis vide apud Aene. de Falco. d. tract. de Reseruat. & apud Iac. Simonettam eodē tract. de Reseruat. Porrò, quibus modis probetur eiusmodi reseruatio consule *Mascard. tract. de Probat. conclus. 1277. nu 13. vt & Falcon d. tract.* 18 19 20 21

Quintò, Reseruationes istas cessare in Gallia, & Germania teste Rebuffo *ad Reg 4. Cancell. in pr.* & Simonetta *tract. Reseruat. benef. quaest. 1. nu. 3* quibus in locis plurium Iurisconsult. auctoritate docent id ex eo procedere, quia habent facultates beneficia conferendi, reseruationibus, & expectatiuis non obstantibus, Galli scilicet à LEONE X. anno 1516. Germani 22



mani autem à dicto Nicolao v. vt Bursatus ostendit *ibid. nu. 85. & seqq.* de quibus Concordatis latius scripsi infra ad Reg. VIII.

Sextò, Sede Apostolica vacante beneficia quouis modo vacantia etiam reseruata Episcopus liberè confert: Reseruationes enim Reg. Cancellariæ cum fiant ad beneplacitum Papæ expirant ipsius morte, nec impediũt tunc Ordinarium Collatorem *cap. Si gratiosa de Prabend. in 6. Mandos. ad Reg. 1. Cancell. quæst. 1. & 10. Gonzal. ad Reg. VIII. glo. 12.* quod intellige dummodo Papa tempore assumptionis ad summi Apostolatus apicem dicta beneficia & de quibus ordinarij collatores tum minimè disposuerũt, non reseruauerit, vt diximus supra ad Proemium nu. 21. 23.

Nunc venio ad Reseruationum species quas compendiò referam ex dictis Constitutionibus Ad regimen & Execrabilis, quas etiam sigillatim habes explicatas apud D. Gonzalem *ad Reg. 8. §. 15.*

Prima igitur & præcipua Reseruatio est, de beneficijs vacãtibus in Ro. Curia seu apud Sedem *vt in cap. 2. de Prabend. in 6.* atq; hæc sola Reseruatio dicitur in corpore iuris clausa teste nostro Alphonso *ad Reg. de Triennali post. princip. & Anast. Germonio tract. de Indult. Card. §. per qua sublatis nu. 34.* De his tamen beneficijs apud Sedem vacãtibus Põtifex intra mensem à die vacationis prouidere debet, alioqui dicto tempore elapso valebunt collationes ab Ordinarijs factæ potestate ordinaria, perinde atque si nulla vnquam reseruatio obstitisset *cap. statutum de Rescript. in 6. Ant. Faber lib 1. definit foren. tit. 2. definit. 32.* Quod verum est in vacationibus apud Sedem: nam in cæteris, nullum est præfinitum tempus ad conferendum *Aen. de Falcon. 4. quæst. princip. effectu 20. Gaspar de Perus. tract. de Reseruat. quæst. 5.* Mensis autem de quo supra incipit currere à die vacationis non scientiæ *glo. in d. c. statutum, verbo numerandum, Ant. Faber. d. tit. 2. definit. 35.* Itaq; Reseruatio ista non durat, nisi vno mense à die vacationis cõputando, quo elapso ordinarij Collatores illa conferre poterunt, quod sic interpretatur glossa *in d. c. statutum, verbo Per seipsos, vers. Papa enim,* vt post mensem illum Papa etiam conferre possit si velit, quam diu res est integra, hoc est quamdiu Ordinarij intra tempus à iure præfixum non contulerunt, & sic restrictio ad mensem non hoc operatur quasi post mensem omnimodo excludatur Pontifex vt conferre non possit, sed hoc tantum (*teste Pet. de Anchorano in d. cap. statutum*) vt posthunc mensem manus ordinariorum vlterius non censeantur ligatæ, qua restrictione non interueniente perpetuò mansissent ligatæ, *VVames. consil 239. nu. 3. de Prabend. & dig. vol 1.*

Secunda Reseruatio est, de beneficijs consistentibus in Vrbe, in quibus soli Papæ est reseruata collatio, veluti Episcopo Romano *cap. si quis Episcopus 7. quæst. 1. Aene. de Falcon. tract. de Reseru. 2. quæst. princip. nu. 9. Mandos.*

ad Reg.

ad Reg. 7. de qua reſeruatione vide Io. Petrum Monetã *in ſuo tract. de Optione Canonica cap 3. quaſt. 3.* Gonzalez *ad d. Reg. 8. glo. 13. in pr. & glo. 3. nu. 19.* vbi tamen ſcribit non cadere reſeruationem in Eccleſijs titularibus Cardinalium, ſed illos habere ius conferendi & ordinariã Iuriſdictionem *cap. his qua vbi plenè Feliȷ Abb. & Ant. de But. de Maior. & obed.* quod intellige quando ſunt Cardinales in Vrbe: nam in abſentia ſolus Papa confert, vt habetur infra Reg. 7. Nam licet tituli in Vrbe ſint, & eorum beneficia iure ordinario ad Pontificis Max. veluti ad Proprij Epiſcopi collationem & prouiſionem ſpectent, vt tamen Pontifices oſtenderent Cardinales ſibi verè filios & fratres eſſe, & vt eos ſuorum titulorũ ſtudioſos per reſidentiam magis allicerent, pleniorem eiſdem dederunt conferendi facultatem, *vt d. cap. his qua Rom. Conſil. 498. Hierony. Albanus Cardinalis in tract. de Cardinal. quaſt. 46. Anaſt. Germonius tract. de Indultis Cardin. §. Tam ratione, nu. 14.* Quam tamen reſtrinxerunt Pontifices, dummodo in Vrbe reſiderent; vt dictum eſt, alias enim cadunt beneficia ſub reſeruatione Regulæ VII. de qua ibi dicemus.

Tertia eſt, de beneficijs vacaturis per obitum S. R. E. Cardinalium & officialium S. Apoſtolicæ, videlicet Camerarij, Vicecancellarij, Notariorum, Auditorum litterarum contradictarum & Apoſt. Palatij cauſſarum Auditorum, Correctorum & Scriptorum Apoſtolicorum, ac Pœnitẽtiarij S. Sedis ac Abbreuiatorũ, nec non Commenſalium & aliorũ quorumcumq; Capellanorum Sedis eiuſdem, ac etiam quorumcumque Legatorum ſiue Nunciorũ ac in terris Eccleſiæ Rom. Rectorum & Theſaurariorum per Rom. Põtifices ſpecialiter deputatorum ſeu miſſorũ aut deputandorum, aut mittendorũ in poſterum vbicũq; dictos Legatos vel Nuncios ſeu Rectores aut Theſaurarios antequam ad Rom Curiam redierint mori cõtigerit, vt diſponitur in d. Cõſtit. ad regimen, quæ per hanc I. Reg. renouata eſt. & per Conſtit. Iulij III. incip. Sanctiſsimus anno 1553. anno 4. Pontificatus. de perſonis autẽ ſupratactis vide quo te remittat Gonzalez *in d. glo. 51. nu. 7. & ſeqq.* & quæ dixi infra ad Reg. III.

An autem officia Protonotariorũ ſint reſeruata conſule Card. Seraphinum *deciſ. 1251. nu. 18.* & Simonettam *de Reſeruat. quaſt. 10.*

Quartus caſus reſeruationis eſt in beneficijs Familiariũ & continuorum Commenſalium Papæ, etiamſi non ſint ex contentis in caſu præcedenti, vt vltra d. extrauag. ad regimen diſponitur in Reg. 3. Cancell. Qui ſint autem veri familiares Papæ vide Flãm Pariſ. *tract. de reſig. benef. lib. 2. quaſt. 16. nu. 36. & me ad. d. Reg. 3.*

Quintus caſus eſt in beneficijs vacaturis per depoſitionẽ, priuationem, tranſlationem aut muneris conſecrationis ſuſceptionem, auctoritate Apoſtolica factas & fiendas *vt in d. Conſtit. ad regimen. poſt pr. verſ. Necnon per depo-*

ſitionem

sitionem, flam Parif. de Resig. ben. lib. 2. q. 16. quod etiã obtinet vigore Concordatorum Nationis Germanicæ, vt notat Simonetta *de Reseruat. benef. quæstio. 99. nu. 6.*

Sextus casus est in beneficijs de quibus in concordia vel discordia electi vel postulati fuit facta electio vel postulatio, quæ postmodum fuit cassata seu repulsa vel renunciata admissaq; reseruatio, *vt in d Extrauag. Ad regimẽ, vers. Necnon si forsan Gomes. ad Reg. de Triennali quæst. 13. nu. 10.* 23.

Septimus casus est de beneficijs vacantibus & vacaturis per promotionem ad Patrarchialium, Archiepiscopalium & Episcopaliũ Ecclesiarum, vel Monasteriorum regimina, item per assecutionem pacificam quorumcumq; Prioratuum, Dignitatum, Personatuum, officiorũ Canonicatuum, & aliorum beneficiorum auctoritate Apostolica prouisorũ seu prouidendorum, *vt in d. Extrauag. Ad regimen. vers. Necnon etiam per assecutionem,* de qua v. Aen. de Falcon. *de Reser. quæst. 2. princip. nu. 12 vers quarta est.* Iacob. Simonettam *tract. de Reseruatio. quæst. 27.* vbi P. Granuccius in additione ostendit promoti beneficia post consecrationẽ duntaxat vacare etiam possessione necdum adepta. Quod non æquè dicendum est, in promotis ad Episcopum titularem: quia illi non amittunt priora beneficia, nisi per adeptionẽ possessionis dicti Episcopatus per not. Achil. de Grassis *decis. 2. de Electio.* qua de re dicam infra *ad Reg. XXIV. de Benef. vacant. per promot.*

Octauus casus est in beneficijs vacãtibus per execrabilitatem iuxta formam extrauag. Execrabilis §. qui verò deinceps & §. quæ omnia & cap. de multas de Præbendis. Nempe quando quis assecutus fuit secundum beneficium incompatibile cum primo, quia non solum vacat primum & est reseruatum Sedi Apo. per d. extrauag. quæ quoque renouata est per hanc 1. Reg. vt dictum est, sed etiã secundum, si illud statim nõ dimittit sed retinere contendit, vel pergit retinere, idq; ipso iure & sine vlla monitione, vt nuper resoluit S. Congregatio Ill. Cardinalium Interpretum Concilij Trid. *in c. 4. Sess. 7.* in vno qui cum parochiali Canonicatum erat assecutus: huic enim obstare Decretum Concilij respondit dicta S. Congregatio anno 1611. in Martio. quod intellige primo, iuxta limitationem quam posui infra ad Reg. VIII. glo. VII. in fine secũdo quando possessio secundi beneficij est pacifica de facto, & de iure, *Mascard. de probat. conclus. 183. nu. 12. Garcias tract. de benef. part. 11. cap. 5. nu. 105.* & cum commodo fructuum. Nam si fructus vel maioris partis secundi beneficij non percipiat, nec percipere possit, non vacat primum *Garcias ibidem nu. 123.* Sed aduerte, quod nonnunquam S. Sedes ob bene merita personarũ solet in his dispensare *d. cap. de multa,* vt & propter tenuitatem prouentuum, vnde in eiusmodi dispensatione solet adijci clausula hæc: Et quoad dispensationẽ petitã

petitã dũmodo fructus tam Parochialis Ecclesiæ quã Canonicatus & Præbendæ prætactorũ iuxta illorũ veum annuũ valorem non excedãt quantitatem superius expressam, & dictus Orator apud dictam Parochialem Ecclesiam personaliter resideat,& nihil ex necessario & debito illius seruitio & officio relinquat,ac pro illis diebus & horis, quibus maiori Ecclesiæ prædictæ ratione illius Canonicatus & præbẽdæ huiusmodi non inseruierit distributiones quotidianas amittat. In dispensatione verò retinendi Canonicatum cum Præpositura eiusdem Ecclesiæ, adijcitur hodie clausula hæc: Et de dispensatione retinendi Canonicatum & præbendam prætactos vna cum Præpositura ad triennium tantum. Et cum Decreto quod Orator infra dictum triennium vel Præpositura aut Canonicatu & Præbẽda huiusmodi quod maluerit dimittere omnino teneatur, alioquin tam Canonicatus & Præbend. quam Præpositura huiusmodi vacent ipso iure. Sic in dispensatione retinendi duos Canonicatus in diuersis Ecclesijs, hæc restrictiua adijci solet: Et ad biennium tantum; & quoad perceptionem fructuum Canonicatus & Præbendæ dictæ Collegiatæ Ecclesiæ, exceptis distributionibus quotidianis, & cum decreto quod finito dicto biennio, Orator infra duos menses à fine illius computando, Canonicatum, & præbendam dictæ Collegiatæ Ecclesiæ teneatur dimittere.

Porrò, quibus modis probetur beneficij vacatio per assecutionem alterius consule Mascardum *tract. de Probat. Conclus. 183. per tot. quem vide.*

Nonus casus est in beneficijs exemptorum ab ordinarijs & soli Sedi Apostolicę immediatè subiectis *cap. vlt. de Renũciat. Aen. de Falcon. dicto tract. quæst. 46. nu. 5.* Quanquam eiusmodi beneficia nõ esse reseruata latè contendit Gonzalez *d. loco*, quem sequitur Erasmus à Chokier frater meus in suo tract. de exemptio. à Iurisd. ordinarij *lib. 3. quæst. 28.*

Decimus, de beneficijs de quibus Ordinarij, vel alij Collatores contra Concilij Trid. decretum *in Sess. 24. c. 18.* disposuerint & disponent in futurum, de qua reseruatione, nonnihil initio supra scripsi.

Vndecimus, de omnibus Ecclesijs Patriarchalibus, Primatialibus, Archiepiscopalibus & Episcopalibus vbicumq; & quomodocũq; vacauerint *vt in Reg. 2. Cancell. infra, vbi vide quæ scripsi.*

Duodecimus, est de Monasterijs virorum valorem annuum 200. flor. auri communi extimatione excedentibus, *vt in ead. 2. Reg. infra disponitur vers. Necnon omnia Monasteria* de qua quoq; reseruat. in d. 2. Reg. dicetur.

Decimus tertius, est de beneficijs vacaturis Sede Patriarchali, Primatiali, Archiepiscopali, aut Abbatiali vel alterius collatoris seu collatricis vacante per obitum aut dimissionem seu amissionem vel priuationem vsque ad promotionem vel prouisionem successorum, & pacificam illorum possessionem adeptam; quãdo collatio seu dispositio ad quẽlibet illorum

D vel

vel illarum pertinet: dummodo non sit simultanea cum alio vel alijs, aut etiam ad alterius præsentationem vel electionem pertineat, *vt in vltima parte d. Reg. 2. continetur, & in constitutione 161. Pij. V. quæ incipit Sanctissimus de anno 1567.* de qua v. Hierony. Gabrielem *cons. 197. lib. 1.* & Gonzalem *ad Reg. 8. glo. 24. post pr. nu. 7. & in quæst. 6. nu 3. & in glo. 45. §. 3. quæst. 4.* & Ant. Fabrum *lib. 1. definit. forens. tit. 2. definit. 21. in addit.*

Decimus quintus casus, est de dignitatibus maioribus post Pontificiales in Ecclesijs Cathedralibus, etiã Metropolitanis & Patriarchalibus valorem annuũ 10. flor. excedentibus, necnon de dignitatibus principalibus in Collegiatis, *vt habetur in Reg. 3. Cancell. quæ* postea fuit extensa per Iuliũ 3. & alios ad dignitates etiã minores, &c. de qua *reseruatione vide præter nostrũ Glossographum*, nostra Commentaria ad d. Reg. III. in pr.

Decimus sextus casus, est de Prioratibus Præposituris & alijs dignitatibus conuentualibus ordinum quorumcumque, sed non militarium, *vt disponitur in d. Reg. 3. vers. reseruauit etiam.*

Decimus septimus casus, est de beneficijs familiarium & continuorum Commensalium S. R. E. Cardinaliũ quæ obtinuerint & obtinebunt (eorum familiaritate durãte) quamuis prius illa adepti fuissent etiamsi ab ipsa familirritate per obitũ dictorũ Cardinaliũ vel alias recessserint, *vt disponitur in d. Reg 3. vers. ac quæcũq; beneficia de qua reseruat. ibi plura & in Reg. 23.*

Decimus Octauus casus, est de beneficijs quorumcũq; Collectorũ (in quacũq; Ciuitate vel Diocęsi qui suo tẽpore officia exercuerũt) & subCollectorũ, fructuũ & prouentuũ Cam. Apostolicæ debitorũ, dum illis videlicet beneficijs dũtaxat quæ durãte eorũ officio obtinebãt & in quibus seu ad quæ eis ius cõpetebãt, *vt probatur in d. Reg. 4 infra, vbi scripsi & in extrauag. ad Rõ de Præb. Caputaq. decis. 138. p. Iacob. Simonetta tract de Reser. benef. q. 32.*

Decimus nonus casus est, de omnibus beneficijs Curialium quos, dum Curia Rom. transfertur, eo loci vbi Curia est decedere cõtigerit, *vt in Reg. 5. Cancell. infra.*

Vigesimus casus reser. est de beneficijs Cubiculariorum & Cursorum sedis Apostolicæ, *vt in Reg. 6. Cancell. ad quã v. Glossographũ & q̃ ibi scripsi.*

Vigesimus primus & vigesimus secundus casus, est de ijs beneficijs Ecclesiarum *de quibus in 7. Reg. Cancell.*

Vigesimus tertius casus, est beneficijs Germanicæ vacantibus in mensibus. Ian. Martij, Maij. Iulij, Septembris & Nouembris, *iuxta Constitutionem Nicolai V. de qua scribam ad Reg. VIII. infra.*

Vigesimus quartus casus, est de beneficijs receptis in cõfidentiam. Nam vacant ipso iure & sunt Sedi Apostolicę reseruata per Cõstitutionem 109. Pij IV. incip. Intolerabilis de Data anni 1369. de quibus Constit. v. flam. Paris. *tract. de confid. q. 7. & 58. & lib. 2, de Resig. quæst. 16. nu. 28.*

Vigesimus

Vigesimus quintus casus, est de beneficijs vacantibus propter crimen hæresis *per Constit. 29. Pij v. incip. cum ex Apostolatus de data anni 1566. &* Greg. xiii. *incip. in Ecclesiis.* de qua Reseruat. vide Simonett. *d. tract. q. 99.* vbi tract.an ideò sint reseruata in Germania hęreticorū beneficia vt Ordinarij in eorū mēsibus illa cōferre nō possint? & resoluit pro affirmatiua, videlicet ordinarios in suis mēsibus cōferre posse; quibus argumētis eum videto: sed magis placet opinio negatiua Gregorij Branden *ad Concordata quæst. 10. per tot.* plura hac de re vide infra *ad Reg. viii. glo. vii. casu 18.*

Vigesimus sextus casus, est de beneficijs collatis personis prohibitis ratione alicuius particularis statuti à Sede Apostolica confirmati vel Concessionis aut priuilegij veluti descendentibus ex sanguine infecto, vel ex genere aut stirpe de hæresi condemnato: nam tales collationes sunt nullæ, & remanēt Sedi Apostolicę reseruatę, *vn in Constit. 66.* Cregorii xiii. *incip. in Ecclesiis de data anni 1580. de qua Gonzalez ad Regul. 8. Gloss. 4. num. 161. & seq.*

Vigesimus septimus casus, est de beneficijs vacan. in Abbatia S. Crucis Camaldulen. Dioecesis Eugubinæ *per Constit.* Greg. xiii. *107. incipiente vt Apostolica anno 1578. anno Pontificatus 7.* Nam illa Abbatia fuit vnita Collegio Germanico in Vrbe pro sustentatione nobilium Germanorum qui in dicta Vrbe litteris ac Theologiæ assiduè operam nauant.

Vigesimus octauus casus, est be beneficijs vacantibus per delictū offendentis litigantes in Ro. Curia, eorum Iudices, Aduocatos, Procuratores, testes vel Notarios, *ex Constit. Alex. vi. de qua Puteus decis. 102. & seq. lib. 1.*

Vigesimus nonus casus, est de beneficijs vacantibus ob non factam publicationem resignationis *per Constit. 87.* Greg. xiii. *de data anni 1583.* de qua v. flam. Paris. *de Resig. benef. lib. 11. q. 8. nu. 1.* & ea quæ infra scripsi ad Regulam de Publicandis.

Trigesim. casus est de beneficijs illorū qui seipsos pro alijs examini supponunt vel annuas pensiones offerunt pro cōsequendis beneficijs, aut impetrant pro alijs, vt ab ijs aliquid consequantur, vel quando pro seipsis beneficia impetrant cum intentione illa resignādi, nam beneficia illorum vacant ipso iure & sunt reseruata soli Sedi Apostolicæ *ex Constit. 33.* Pauli iv. quam Constitutionem vide apud Hiero. Gonzalez *ad Reg. 8. glo. 15. nu. 89.*

Trigesi. primus casus, est de beneficijs collatis à Cardinal. vigore suorū Indultorum, quando prouisi intra sex menses à die sibi factæ prouisionis computandos nouas prouisiones à Sede Apost. non impetrauerint, & iura Cameræ Apostolicæ & alijs propterea debita non persoluerint; vnde lapso dicto tēpore vacant ipso iure & possunt per alios à Sede Apost. dūtaxat

liberè impetrari, dummodo prouisi de legitimo impediméto non docuerint, de qua reseruatione vide Gonzalem *ad d. Regul. 8. gloss. 51. num. 109. & seqq.*

Trigesimus secundus casus, est in beneficijs litigiosis, nam quãuis beneficium litigiosum propriè non dicatur reseruatũ, tamen ad effectum, vt Ordinarius non possit prouidere idem importat litigiũ quod reseruatio, *Gonzales d. loco nu. 111 Lancellotus de Atten. p. 1. c. 3. nu. 99. & seq.* quod singulariter limitandum est in beneficijs litigiosis per obitum vacantibus, nam in beneficijs impetratis propter crimen, beneficia non sunt litigiosa, sed persona accusata: vndè beneficio collitigatoris vacãte per eius obitũ in mẽse Ordinarij, poterit Ordinarius liberè cõferre. *Simonet. de Reser. q. 10. n. 5*

Trigesimus tertius casus, est de beneficijs deuolutis ad Papam, de quibus Flam. Paris. *de Resig. benef. lib. 2. q. 16. nu. 21.* quamquam eiusmodi beneficia non dici reseruata, non malè asserit Gonzalez *in glo 51. nu. 109.*

Trigesimus quartus casus, est de beneficijs affectis de quibus idẽ latiss. Gonzales *d. tract gloss. 52. per tot.*

Trigesimus quintus casus, est de Canonicatibus & Præbendis Ecclesiæ Metropol. Cæsaraugustanæ, vtpote quarum collatio in mensibus Ianuar. Aprilis, Iulij, & Octobris Papæ reseruata est de qua reseruat. vide eundẽ Gonzalem *d. loco nu. 116* Atq; hactenus dictum sit de Reseruationum modis, In quibus, an cadat Optio Canonica videndus Io. Pet. Moneta Mediolanen. *in suo tractatu de Optione Canonica cap. 3. quæst. 3. nu. 41.*

C *De non contentis)* Contrarium verius videtur Mandosio, asserenti omnia in Extrauagant. ad Regimen comprehensa, repetita esse, id quod pluribus auctoritatibus & rationibus probat *quæst. 2. & quæst. 12. per tot.* cui adde Anast. Germon. *in tract. de Indult Card. § Si verò illa nu. 2.* vbi scribit quod d. Extrauag. confirmatur per Reg. reseruatorias.

In Reg. II. Argumenta.

1. Per reseruationem nihil iuris hã bet Ordinarius ad beneficia.
2. An in expeditione litterarum sit facienda mentio reseruationis, & quid in prouisione Consistoriali, nu. 14.
3. Valor 200. flor. de quo in Regul. refertur tantum ad Monasteria, & non ad alias Ecclesias in illa nominatas.
4. Quid si Monasterium valeat 200. & in Camera minus sit taxatum, an tunc erit reseruatum?
5. Quid iuris si dignitates de quibus in hac Regul. vacent post mortem Papæ.

6. Monasto-

6. Monasteria quæ cõposita sunt viris & fœminis, an sint etiam per hanc Reg. reseruata?
7. Hæc Inno. Regula nonihil aucta est per Pium v. aliosque vsque ad modernum Pontificem, & in quo.
8. Per hanc Reg. reseruantur omnia beneficia & dignitates quæ per obitum Patriarcharum, Primatuũ, Archiepisc. & Episcop. vel dimissionem per illos factã, vel priuationem, aut translationẽ vacarent vsq; ad prouisionem successorum. limitatur dũmodo non sint simultaneæ collationis, vt nu. 13.
9. Reseruatione huic Regulę non ligantur Germani nec Galli; sed quadantenus.
10. Vacare quando desinat sedes Episcopalis vel Abbatialis, & respõd. quod demum litteris expeditis & pręsentatis: secus autẽ est in Diœcesi & Patria Leod. vt nu. 11. & 12. ibi habetur de eo cõstitutio Sixtina
12. Vacante Sede Episcopali vel Archiepiscopali Rex Galliæ fructus interim excretos percipit, beneficia confert, atque ita cessat etiam ibi dicta reseruatio.
14. Constito summariè de reseruatione Iudex debet quamprimum sequestrum apponere.
15. An reseruationes dignitatum electiuarum sint reuocatæ per Consilium Basilense.
16. Reseruationes dignitatum electiuarum sunt hodie per Concordata sublatæ, & hic ponitur summa Concordatorum.
17. Sub hac Reg. non cumprehẽdun tur Ecclesiæ quæ sunt ad præsentationem Regum & Principũ, &c.
18. De Concordatis Galliæ obiter dictum.
19. Reseruationis mentio an sit faciẽda in expeditione litterarum?
20. De quibus monasterijs hic textus loquatur.

Regula II. Innocentij.

RESERVATIO CATHEDRALIVM ECCLES. ET MONASTERIORVM VALOREM 200. FLOR. EXCEDENTIVM.

ITem reseruauit specialiter omnes Ecclesias etiam Patriarchales, * Archiepiscopales, Episcopales, necnõ omnia Monasteria virorum valorem 200. flor. auri communi extimatione excedentia,* quotiescumque illis vti voluerit. *

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *IN ista Reg. dicit Papa quod reseruat specialiter omnes Ecclesias Cathedrales, etiam Patriarchales, & Monasteria virorũ excedentia valorem 200. flor. auri, quoties illa vti voluerit, &c. Hic posset quæri, quid est specialis reseruatio, &*
B *quid sonet? ad hoc sciendum arbitror, quod siue sit specialis reseruatio, siue generalis*

ralis, amplius Ordinarius se non potest intromittere in conferendo, sed solus Papa etiamsi ignoret, &c. cap. si eo tempore de Electio in 6. Sed reseruatio generalis valet ad hoc vt in expeditione litterarum fiat expressa mētio de ea, alias non venisset, vt ait Regula infra LXII. Sed in speciali facta à Papa ex quo beneficium 1 2
C reseruatum est, satis est quod Papa sit certus de vacatione & prouideat: quia tunc non est opus quod ponatur in bullis generalis reseruatio, sed specialis; & hoc est quod vult dicere de speciali, & de istis solet Papa prouidere consistorialiter. Sed si sine consistorio faceret, valeret, argumen. c. cuncta per mundum IX. quæ. III. maximè quia nullà Constitutione cauetur quod debet fieri prouisio consistorialiter; tamen ex quo solet fieri, an habeat locum in gratia si neutri? & allegaui & obtinui in curia quod non, licet decisio Rotæ dicat quod omnia quæ debent seruari in prouisione debent seruari in gratia, Si neutri: & dixi decisionem habere locum in surreptione & sic loquitur decisio.

Item in quantum textus dicit hic de excedentibus CC. flor. &c: vidi in Curia dubitari an intelligatur etiam hoc de Cathedralibus puta in Italia quæ non valent C. florenos. certè dico quod istud adiectiuum excedētia tantum debet construi cum Monasterijs & non cum Cathedralibus: ideò secundum hoc istud adiectiuum debet intelligi de Monasterijs & non de Cathedralibus, facit glos. fin. in cap. si Papa de priuileg. lib. VI. facit quod dicit Bald. in l. I. C. de libe. præte. ex quo infero quod etiamsi Cathedralis non valeat nisi XX. duca. tamen censeteur reseruata. 3
D seruata. Sed ponamus quod monasterium valet CC. sed in Camera est taxatum minus, an censeatur reseruatum, & dico quod sic: & hoc propter verbum hic appositū ibi, cōmuni æstimatione. Ex quo sequitur quod etiā si sit taxatū in Camera in CC. Ducatis & communi æstimatione non valet centum quod non est reseruatum, vt hic: arg. L. de prætio ff. de public. tamen in isto secundo casu debito propter stylum Curiæ: quia Papa dicit in bullis quod dudum reseruauerat dispositioni suæ tale Monasterium, &c: & credendum est sibi per cl. I. de proba. sed si non posuisset ista verba credendum quod dixi. 4

Itē ista Reg dicit, quotiescūq; illis vti voluerit, &c. Ex qua sequi-
E tur quod cum voluntate Papæ censetur expirasse per eius obitum arg. c. si gratiosè de rescript. lib. VI. & facit .l III. ff. de Reg. iur. vbi dicitur quod eius est velle, cuius est nolle, & è conuerso: & quod si Papa INNOCENTIVS qui fecit has Regulas moreretur, & antequam eligeretur alius Pōtifex vacaret Episcopatus, vel Monasterium de quo hic, quod si vnus eligeretur, & confirmaretur in partibus valeret electio & confirmatio illius, per ista verba: vel si eligeretur & antequam confirmaretur eligeretur alius, & faceret Regulas quod tunc valeret electio, sed confirmatio illius postea secuta non valeret, per ista verba, vt est casus notabilis in d. c. si eo tempore de elect. lib. VI. & si dicatur quod illa Cathedralis censetur reseruata per Extrauagantem Ad regimen. dico quod non est verum: quia illa expirauit 5

expirauit mortuo BENEDICTO XII. *qui fecit illam: vt supra dixi in regula proxima: & hoc apparet ibi in fine. Quinimò plus dicerem, quod si vacasset Episcopatus, vel Monasterium tempore* INNOCENTII, *& antequam prouideretur de eo, moreretur Papa, quod eo mortuo posset fieri electio, & confirmatio de iure: tamē propter hoc venit vna Regula infra posita, quæ est decima: qua disponit quod eo casu censetur reseruatum cuiuscumq; sit valoris, à contrario sensu hic. Sed posset dubitari quid de Monasterio vbi sunt fœminæ & viri permixti*, de quo in c. 6 indemnitatibus. §, supradicta, per doct. de elect. lib. VI. *licet de iure nō deberent esse talia Monasteria*, vt in c. diffinimus cum tribus seq. XVIII. q. II. *sed si sit de facto tale Monasterium, an illud foret reseruatum vigore huius Regulæ? & certè dicendum arbitror quod si legeretur per masculos, sit reseruatū: sed si per fœminas, secus*, argum. l. Hermaphroditus ff. de testi. canonizata IIII. q. III. & in l. quærit. ff. de sta. 50. *licet in rei veritate foret satis dubitandum: quia appellatione simplicis non venit compositum & mixtum* l. II. ff. de verb. obl. vbi per doct. c. statutum de elect. lib. VI. *vbi bonus casus: tamen primum credo verius, maximè quia declararet Papa pro sua reseruatione.*

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

I*n ista Regula*) Hæc Regula congruit cum Regulis aliorum posteriorum Pontificum, saluo quod in modernis Regulis caussa maioris lucis, 7 & vt Ecclesia Primatialis cōprehenderetur, fuit addita vox *Primatialis*, post dictionem *Patriarchales*; & loco clausulæ *quotiescumq;* &c. reposita est ista: ***Et voluit quod excessus eiusmodi in litteris exprimatur***: quæ non icircò inutilis est, quod extet infra Regula de Valore: cum illa non comprehendat Monasteria, vt not. Lapus *alleg. 84. D. Papa gratiosè nu. 11. & seqq.* vel saltem oriri poterat dubium; quod vt penitus amoueretur addita fuit dicta clausula. Postea verò pius V. anno III. sui Pontificatus, aliam adiecit reseruationem, quam alij ipsius successores ad nostra vsque tempora laudarunt, suisque Regulis inseruerunt; & est eiusmodi: 8 ***Ac etiam reseruauit dignitates & beneficia omnia, ad collationem, præsentationem, electionem & quamcumq; aliam dispositionem Patriarcharum, Primatuum, Archiepiscoporum, & Episcoporū, necnon Abbatum & aliorum quorumcumq; Collatorū & Collatricum, secularium, & regularium quomodolibet, non tamen ad collationem cum alio vel alijs; aut etiam ad alterius præsentationem vel electionem pertinentia, quæ post obitum illorū aut Ecclesiarum seu Monasteriorū***

nasteriorum , vel aliarum dignitatum suarum dimissionem , sed amissionem, vel priuationem seu translationem, vel alias quomodocumq; vacauerint, vsq; ad prouisionem successorum ad easdem Ecclesias seu monasteria, vel dignitates Apostolica auctoritate faciendam & adeptam ab eisdem Successoribus pacificam illorum possessionem quomodocumq; vacauerint, & vacabunt in futurum : vt nimirum, sub hac generali reseruatione comprehenderetur etiã prętactæ dignitates & beneficia, quæ per obitum Patriarcharum , Primatum, &c. vel dimissionem per illos factam de dictis dignitatibus seu amissionem , aut priuationem, vel translationem vacarent, vsq; ad prouisionem Successorum & adeptam aliorum pacificam possessionem, quæ reseruatio elucidat textum & glo. in cap. Generali 31. de Electio. Verùm , huic reseruationi non ligantur Galli & Germani per Concordata inter illos & S. Sedem inita, seruatis tamen modificationibus in illis comprehensis,vt nec priori parti Regulæ,nisi quatenus facta electione in dictis Ecclesijs debeãt electi cõfirmationem petere à S.Sede; alioquin sunt reseruata, seu electiones deuoluuntur ad S. Sedem. iuxta NICOLAI III. Constitutionẽ repetitam seu mentionatam in Concordatis Nationis Germanicæ, seu Constitutione NICOLAI V. *in §. Item placet nobis quod in Metropolitanis, &c.* 9

Porrò, cessantibus eiusmodi Concordatis, prætactæ dignitates & beneficia vacatura,casu iam in præscripta appendice præmisso,hoc est per dimissionem, amissionem, vel priuationem, seu etiam Sede Episcopali, vel Abbatiali vacante, sunt reseruata S. Sedi, ea tamen quæ sunt liberæ collationis, vt patet in verbis: *non tamẽ ad collationẽ cum alio, vel alijs,* de qua paulò post dicemus ; & hoc quidem vsq; ad promotionem successorum ad easdem Ecclesias, aut Monasteria,vel dignitates Apostolica auctoritate faciendam, duratq; eiusmodi vacatio Sedis Episcopalis, vel Abbatialis donec & quousq; litteræ confirmationis, institutionis aut prouisionis Apostolicæ sint expeditæ, & pręsentatæ Capitulo, seu Conuentui, cuius Prælati Sedes vacabat, vt doctè notauit Hieron. Gonzalez *ad Reg. 8. Cancell. glo. 51, nu. 52.* 10

Cæterum , cessante hac Reseruatione , in Germania vt diximus, vbi libera relinquitur collatio in mensibus , &c. & electio quibus competit, notandum quod nedum electi ante confirmationem,non debent administrare per se vel alium,alioqui iure sibi ex electione quæsito priuati existant, *de quo est textus in cap. Auaritia, de electio in 6.* verum etiam recipientes talem electum absq; litteris confirmationis, efficerentur suspensi à suis beneficijs *per Extrauagantem Iniunctæ de Electio in Extrauag. commu.* quam

postea

postea IVLIVS III. renouauit, & ampliauit in sua constitut. *de data anni 1555. Maij 17.* quę tamen constitutio & Extrauagans cessat in patria & ditione Leodiensi, in qua electus habet Sex menses ad obtinendã electionis confirmationem, quibus pendentibus, nihilominus poterit administrare, &c. vt habetur in constitutione SIXTI V. *de Anno 1588. die 4. Decembris Pontificatus sui anno IV.* cuius tenor talis est.

Ad perpetuam rei memoriam. Ea quæ executionem Iurisdictionis Ecclesiasticæ impedire, ac ad bonorum Ecclesiasticorum dispositionem tendere; perhibentur, necesse est pro nostri Pastoralis officij debito è medio remouere. Cum itaq; initio Pontificatus nostri quædam Concordia inter Sedem Apostolicam ac dilectos filium Clerum Ecclesiæ Leodien. vt videlicet Capitulis permittatur electio ad præposituras huiusmodi pro tempore vacantes, ad Sedem verò prædictam pertineat dictarum electionum confirmatio inita, & cõtracta extiterit, prout in litteris Apostolicis sub datum Romæ apud S. Petrum Nonis Maij Pontificatus nostri anno primo expeditis latius contineri dicitur, & in Cõcordia huiusmodi caueatur expresse quod pro tempore electi ante confirmationem Apostolicam nullo modo in administratione Præpositurarum prædictarum, earumq; fructuum & bonorũ se ingerere possint, compertumq; fuerit reipsa, sicut nuper accepimus, prohibitionem prædictã valde esse damnosam, pro eo quod omnes Præposituræ huiusmodi habent annexam Iurisdictionem temporalem, etiam priuatiuè quoad alios, & contingit nonũquam labi multos menses antequam confirmationes Apostolicæ desuper expediãtur: vnde euenit quod cessante Iurisdictione Præpositi, nemo sit qui interea Iurisdictionem ministret, aut bonorum prouentuum & redditũum dictarum Præpositurarum curam gerat, Cupientes itaq; huiusmodi incommodis obuiare, per præsentes perpetuo statuimus, ordinamus, & permittimus, quod Præpositi ad dictas Præposituras pro tempore electi à die electionis suæ ad sex menses immediatè sequentes computandos, Iurisdictionẽ prædictam exercere, necnon bona, res, fructus, redditus, & prouentus Præpositurarum exigere, percipere, leuare, & administrare liberè, & licitè possint; præstita tamen prius cautione idonea in manibus nostri & Sedis Apostolicæ Nuntij pro tempore in illis partibus existentis, de fideliter administrando, necnon quatenus eorum electiones intra dictos sex menses non fuerint confirmatæ, de reddendo fideli computu administrationis huiusmodi ac de restituendo redditus, fructus, & prouentus quoscumq; per eosdem Præpositos, vt præfertur, exactos & perceptos in manibus dicti Nuntij, Nonobstantibus dicta Concordia quoad illius partem, cæterisq; in contrarium facientibus, Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die IX. Nouembris M. D. LXXXVIII. *Pontificatus nostri anno quarto.* 12

Cæterũ, aduertat quoq; Lector, hanc reseruationẽ cessare etiã in Gallia, propter concordata, ac ius Regaliæ, quo iure vacante Sede Episc. vel Archiepisc. Rex Ecclesiæ vacantis prouentus administrat, beneficiaq; ipso facto, vel iure vacantia quamdiu Ecclesia suo Pastore viduata est, cõfert: 13

Sed huic vidétur obstare Canones, *vt est textus in cap generali 13. de Electio. in 6. Io. Monach. in cap. 2. de Præbend. in 6*. verum Galli antiquissimâ consuetudine, & Pontificum Indulgentiâ, priuilegioq; sese fundant, qui meritò inquiunt, ius istud, quod est species iuris patronatus excellentior illis permiserant, ob ingentes donationes, & fundationes Ecclesiarum per ipsorum Reges factas. De hoc iure pleraq; habes apud Chopinum *in libris de sacra Politia*, Arrestographum Paponem *lib. 2. tit. 3. per tot.* AEgidium le Maistre Curiæ Paris. Præsidem *in suis decis. tract. de iure Regalium*, & apud Boëtium Epo *tract. de Regalibus* & obiter apud wames. *in cap. bona memoria de appellat*. Eo verò iure cessante in alijs locis, Papa prouidebit de beneficijs vacantibus in mensibus non reseruatis Sede Episcopali vacante, vt resoluit Cong. Interpp. Concilij Triden. *ad cap. 18. Sess. 24. de Reformat.*

Sed vt ad suprascriptam reseruationem PII V. reuertar, dubitatũ fuit, an comprehenderet beneficia spectantia ad collationem Episcopi, & Capituli simul? & quidem non compræhendere respõdit Hiero. Gab. *Cons. 197. lib. 1.* & satis euincunt verba PII V. ibi, ***non tamen ad collationem cum alio, vel alijs, &c.*** Nam cum tunc deficiente Episcopo, ille, vel illi ad quos collatio pertinebat, possent de iure talia beneficia conferre, *vt in cap. 1. ne Sede vacãte in 6.* vbi de illis noluit Papa præiudicare, *vt in Salmantina portionis 30. Aprilis 1599. coram Illustriss. Mellino*, in qua etiam dictũ fuit dictam reseruationem non comprehendere simultaneã collationem, quæ diuisa est per turnos, quia non habebit locum non solum quando beneficium vacat in turno Capituli, sed etiam in turno Episcopi *cap. vnico, §. cum verò ne Sede vacanti in 6. Nicol. Garcia de Benef. part. 5. cap. 7. nu. 235. vbi plura hac de re.* 13

B ***Siue sit specialis Reseruatio)*** Quid sit specialis Reseruatio, quid item Generalis diximus supra *ad Reg. 1. in 2. Notabili.* Quod verò subijcit noster Alphonsus, constito de reseruatione seu speciali, seu generali, Ordinarij manus esse ligatas, id adeò verum est, vt si prouisus Auctoritate Apostolica contra prouisum ab Ordinario litem moueat super beneficio reseruato, Iudex debeat statim, constito sibi summariè de dicta reseruatione, sequestrum in fructibus apponere, quod cautum est in Constitutione PII IV. *de data anni 1560. Octob. 26. quæ in Bullario est 142. quam eruditè & explicatè aperit Gonzalez ad Reg. 8. Cancell §. 7. per tot.* 14

Porrò, nec illud omittẽdum est, quod licet sint qui existiment dignitatum electiuarum reseruationes esse per Concilium Basiliense sublatas, *vt constat ex pragm. Sanctio. tit. de Electio. & reseru.* attamen verior est contraria opinio, dignitatum nimirum electiuarum reseruationes, non esse 15

reuocatas

reuocatas, vt multis probat auctoritatibus Mandosius *ad hanc Reg quæst. 2. nu. 6, & seqq.* vbi nu. 12 subijcit non obstare Concilium illud Basiliẽse, vtpote quod non fuerit receptum nisi in Gallia, & postea eo nõn obstante, reliqui Pontifices fecerunt Regulas suas Reseruatorias, à quibus non solet recedere, nisi per Concordata aliud statuatur, cuiusmodi sunt dicta Germaniæ Concordata inita inter Fredericum Imper. aliosq; Principes Germaniæ, quibus statuitur quod in Metropolitanis & Cathedralibus, & Monasterijs immediatè subiectis Sedi Apostolicæ, fiant canonicæ electiones, quæ ad d. Sedem pro obtinenda confirmatione deferantur intra tempus constitutum per Constit. Nicolai iii. In cæteris verò dignitatibus, & beneficijs quibuscumq;, tam secularibus, quam Regularibus (exceptis maioribus dignitatibus post Pontificalem in Cathedralibus, & principalibus in collegiatis Ecclesijs) Papa sibi reseruat omnia prædicta beneficia vacatura in mensibus Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septemb. Nouembris. Si tamen Pontifex intra tres menses à die notæ vacationis in loco beneficij computandos (quos tamen tres menses Gregorius xiii. speciali sua constitutione extendit ad alios tres & sic sex menses idq; certis ex caussis tunc expressis, sed natione Germanica inconsulta, quæ proinde dictam Constitutionem non attendit, vt docet experientia) non prouiderit alicui de dicto beneficio vacante, tum Ordinarius, vel alius ad quem illius dispositio pertinet de illo liberè disponere poterit. 16

Similiter sub hac reseruatione non cõprehenduntur illæ Ecclesiæ, quæ sunt ad præsentationem Regum, & aliorum Principũ, vti quoq; animaduertit noster Alphonsus *ad Reg. 40. infra nu. 14.* quos quotidie videmus præsentare viros idoneos & Pontificem Maximum postea conferre; quale Indultum concessum est per Adrianum vi. Carolo v. Regi tunc Hispaniarum, eiusq; successoribus, quo Indulto dedit facultatem præsentandi in suis Hispanijs Abbates, aliosq; Prælatos Ecclesiarum conuentualium, & Collegiatarum secularium: quâ concessione idem Carolus & ipsius successores huc vsq; vsi sunt, vt rectè notauit Nauar. *de Regul. Comment. 3. pag. mei 78. & 54.* Abbatiales tamen quæ sunt electiuæ & durant ad triennium, vt pleræq; in Hispania, non subsunt dicto Indulto, neque Rex in ijs nominandi habet facultatem. 17

Itidem in Gallia sunt Concordata non absimilia cum Sede Apostolica, quibus statuitur, quod Rex possit nominare ad Archiepisc. Episc. Abbatias, 18
Prioratus, & Monasteria, & Papa postea conferat. In alijs verò dignitatibus inferioribus, & beneficijs quibuscumq; conceditur Ordinarijs Collatoribus libera collatio in omnibus mensibus, iuxta iuris communis dispositionem: Ita tamen quod vnum Canonicatum, & præbendam conferre teneantur in vna quaq; Cathedrali, & Metropolitana, vni graduato,

 cum

cum onere prædicationis & S. Scripturæ lectionis: & tertiam partem omnium dignitatum, & beneficiorum vacantium in quatuor anni mensibus, videlicet primo, quarto, septimo, & decimo mense, post acceptationem Concordatorum, similiter viris graduatis & per vniuersitates nominatis conferre debeant. Denique, quod non solum nullę gratię exspectatiuæ, nec reseruationes speciales, vel generales ad beneficia d. regni à Papa emare possunt, sed nec lites, & caussæ beneficiales in Rom. Curia tractari & agitari valeant, & alias vt plenissimè legitur in Constit. LEONIS X. ad quam latissimè scripsit Petrus Rebuffus.

C *Non est opus*) Tutius tamen est illam exprimere, vt docet Rebuffus *in praxi, tit. forma signaturæ simplicis prouisionis, in verbo, specialiter, vel generaliter*. 19

D *Quod Monasterium*) Caue intelligas de quolibet Monasterio. Nam textus iste loquitur de Monasterijs solitis commendari, quæ Monasteria hic reseruata, alias Consistoria dicuntur, eò quia de ijs consistorialiter per viam scedulæ prouideri solent, vt tradit præter Gomesium *in fi. 15. quæst. de surrog. Collitig.* Mandosius *ad hanc Reg. quæst. 3. nu. 3.* & Anast. Germonius *in tract. de Indultis Card. §. Regularia nu 7.* 20

E *Expirasse per eius obitum*) Aliud dicendum in beneficijs affectis, vt noster Glossographus probat, & exemplis illustrat ad Procmium vers. *&* *propter istud.*

In Reg. III. Argumenta.

1. MAior dignitas quæ dicatur in Ecclesia Collegiata.
2. Monachi & Fratres, quî differant remissiuè.
3. Beneficia vt sint reseruata debent esse perpetua.
4. Præceptoriæ quatuor, vt hic, non sunt reseruatæ.
5. Lex, seu Cõstitutio non debet esse obscura.
6. Non publicata hac Regul. vtpote mortuo Papa si familiaris Cardinalis recedat à familiaritate, an ipsius beneficia sint reseruata?
7. Beneficia semel affecta manent affecta.
8. Curialis qui habet partẽ seu portionem vt loquuntur, à Cardinali, vt associet eum, &c. an illius beneficia sint reseruata.
9. Reseruatio est odiosa quoad Ordinarios & Curiales.
10. Aliud est esse de familia, aliud esse familiarem.
11. Beneficia familiarium aliorum familiarium Papæ, aut Cardinalium an sint reseruata? & nu. 29.
12. Familiaritas, est quędam societas.
13. Habens portionem pro se & vno familiari ab vno Cardinali, & tenebat

nebat tres aut quatuor familiares, an beneficia omnium sint reseruata?

14. An beneficia familiaris Cardinalis existentis de familia Papæ sint reseruata?

15. Regula hæc non comprehendit Cardinales.

16. Hæc Reg. in quo differat à modernorum Pontificum Regulis? & an sit ei derogatum per Concordata.

17. Reseruatio huius Regulæ sublata est per Concordata.

18. Sixtina Cõstitutio Leodiẽsibus data tollit hanc Reseruationem, & concedit Præpositis electis administrationem Parpositurarum toto tempore sex mensium datorum ad petendam confirmationem à S. Sede.

19. Quę consideranda, vt dignitas maior post Pontificalem dicatur.

20. Præpositus an sit maior Decano? Tenor Constitutionis Sixti V. de Præposituris Leodien. Diœcesis.

21. Dignitates maiores post Pontificales vt includantur sub hac Reg. debent esse principales actu.

22. Dignitas si tẽpore prouisionis esset actu maior, licet non tempore vacationis & è contra, sub hac reseruat. comprehenditur.

23. Dignitates maiores post Patriarchales an sint sub hac reseruatione comprehensę?

24. An vna tãtum maior dignitas post Pontificalem, an verò plures sub hac Regula sint comprehensæ?

25. In hac Regula reseruantur tantum Prioratus conuentuales.

26. Prioratus est dignitas.

27. Regula hæc an intelligatur de dignitatibus sęcularibus, an autẽ de Regularibus?

28. Dignitates ordinum militiarum, an sub hac Regula includantur.

29. Vacante beneficio familiaris Cardinalis in Curia existentis, cõsensus illius requiritur, vt per Papam conferatur.

30. Vacante beneficio familiaris Cardinalis, consensus illius requiritur, vt conferri possit per Legatum.

31. Familiares Cardinalium, de quibus hic agitur, qui dicantur, & quo temporis interstitio contrahatur eiusmodi familiaritas,

32. Feudum de Caneua, & de Camera.

33. Familiares familiarium Papæ, vel Cardinaliũ an sub hac Reg. comprehendantur, & quid dicendum de eorum absentibus? & quid de fictis familiaribus.

34. Veri familiares Papæ ad effectum huius Regulæ qui sint?

35. An beneficia Vicariorum Cardinalium Papæ sub hac Regula includantur?

36. Cardinales partem ex Palatio capiẽtes non dicũtur continui Commensalès, ideòq; familiarium ipsorum beneficia non sunt reseruata.

37. Habens partem è Palatio Cardinalis, an is ius Cõmensalitatis consequatur?

Regula.

Regula III. Innocentij.

RESERVATIO DIGNITATUM NECNON SUORUM ET S. R. E. CARDINALIUM FAMILIARIUM BENEFICIORUM.

ITem reseruat generaliter dispositioni suæ omnes dignitates maiores post Pontificales in Cathedralibus etiã Metropolitanis *, ac principales in Collegiatis Ecclesijs va'orẽ x. flor. auri communi æstimatione exceden. necnon Prioratus, Præposituras, & Præpositatus, ac alias Dignitates conuentuales, & præceptorias generales ordinum quorumcumque, sed non militiarum. Necnon quæcumq; beneficia quæ sui & S. R. E. viuentium, tunc & qui erunt suo tempore Cardinalium Familiares continui commensales obtinent, & in posterum obtinebunt, eorum familiaritate durãte: & in quibus seu ad quæ ius eis competit, etiamsi ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorũdem vel alias recesserint.*

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *IN ista Regula reseruat Papa maiores post Pontificales dignitates in Cathedralibus & Metropolitanis, & principales in Collegiatis Ecclesiis excedẽtes x. flor. aureos communi æstimatione. Item reseruat Prioratus Præposituras generales ordinum quorumcumq;. Sed non militiarum, & beneficia suorum familiarium, & Cardinalium, &c. & ista regula habet tres partes: & circa primam partem, in qua reseruantur maiores dignitates post Pontificalem, est dubium, quæ dicatur maior dignitas etiam in Ecclesia collegiata* :& in hoc decisio Rotæ laborat CCCCXLIIII. quæ incipit: Item fuit dubitatum vtrum præpositura, & Oldra. Consil. CCXXVII. quod incipit: De toto themate quæstionis in penult. & vlt. col. & per Io. And. & Doct. in c. deliberatione de offic. leg. lib. VI. 1

B *Breuiter tamen credo standum fore consuetudini, vt vult glo.* in d.c. deliberatione, *& recompilator decisionum in dicta decis. & si non apparet, quæ esset maior, tunc crederem quod superius dixi,* per multa iura in simili & per d. l. *& in hoc*

C *quo ad principalitatem debet attendi illud, quod principaliter reputatur, & non accessoriũ.* facit glo. iuncto text. in c. sciant cuncti de elect. lib. VI. & in c. II. de pact.

de pact. eod. lib. *ex quo sequitur quod cum in Hispania, & in Gallia, & credo quod alibi sint dignitates habentes sub se canonicos in collegiatis, tamen habent sedes in Cathedralibus, quod ista dignitates sunt reseruata, ex quo sunt principales in collegiatis, licet sint minores in Cathedralibus, & sic fuit in Rota pronunciatum in vna Abbatia Burgen. & in quantum hic non sit mentio de Patriarchalibus forte*
D *non censetur maior dignitas post Patriarchalem reseruata.* arg. c. quamuis I. de præbend. lib. VI. & in c. II. pac. eli.

Quoad secundam partem, ego non intelligo hanc reseruationem, quia supra regula proxima reseruauit monasteria valoris CC. *ducatorum, & hic principales in*
E *collegiatis &c. nisi intelligatur regula proxima de monasterijs Monachorū tantum, & ista secunda pars de monasterijs Fratrum, vel de Ecclesijs conuentualibus puta leprosorum, vel alterius cuiuscumq; ordinis, & qua sit differentia inter monachos,* 2
& fratres plenè per Doct. modernos in c. caussam quę de iudic. *sed satis est quod conuentualis dicitur, vbi collegialiter viuitur,* vt ait gl. in cle. I. §. cæterum de sta. rel. de quo per doct. in c. nobis. de iure pat. *ex quo sequitur quod Prioratus ordinis sancti Augustini, & sancti Dominici sunt reseruati, quia collegialiter, & conuentualiter viuunt fratres ibidem existētes: sed quia non sunt beneficia perpetua, non videntur reseruata; nam beneficia debent esse perpetua* cap. præcep- 3
ta l. v. distinct. & notatur in cap. veniens de filijs præsbyt. & gloss. in cap. I. de capel. mon. lib. VI. *maximè quia illi fratres sunt mendicantes, & non habent beneficia. ergò. &c. & in hoc dico cogitandum fore: tamen circa præcepto-*
F *rias est hic notandum, quod præceptoria ordinis sancti Iacobi de Spata, nec de Al-* 4
cantara, nec etiam de Calatrba, aut Sancti Ioannis Hierosolimitani, non sunt reseruata, ex quo sunt militiarum vt hic: nam sunt instituta contra Saracenos vt patet in eorum priuilegijs, maximè in Hispania, & circa illud, quod dixit de Præpositura, &c. postea interrogaui vnum doctißimum virum, & dixit mihi, quod erat verum illud, quod dixi, & allegauit mihi exemplum in fratribus Sancta Cecilia trans tyberim, & de similibus: & quod Prioratus Sancti Augustini, & Sancti Dominici non comprehendebantur sub ista regula, quia erant temporales. postea consului Dominum Nicolaum de Castello vtriusq; censura monarcham, & abbreuiatorem benè stylatum: & respondit mihi in effectu quod regula pracedens loquitur tantum de Abbatialibus monasterijs, & in illis solet poni in bullis, Dudum tali prasidenti &c. specialiter reseruamus: & ista loquitur de alijs monasterijs, qua reguntur per Priores, &c. etiam si sint alijs subiecta, vel per se reguntur, etiam per Abbatem, & non valerēt CC. *libras, quod non essent reseruata, nec per regulā proximam, nec per istam: & ita dicit quod seruatur in Cancellaria. sed certè in Rota nescio si seruaretur: quia ista regula non distinguit, ergò nec nos distinguere debemus.* l. III. cum gloss. de offic. præf. *ideò oportet cōsulere Papam, quia lex non* 5
debet esse obscura c. erit autem lex IIII. dist.

G *Quoad tertiam partem, in qua dicitur quod reseruat beneficia familiarium suorum, &*

H *rum, & Cardinalium continuorum commensalium, &c: quæ obtinent durante familiaritate, super hac regula, iuncto Proemio, ibi, suo tempore duraturas, &c: vidi valde altercari in curia & fuit sententiatum pro & contra, videlicet si ante-* 6
quam esset ista regula facta, vel publicata, vnus familiaris Cardinalis recesserat à familiaritate Cardinalis, an beneficia sua essent reseruata, & allegabatur dictum Dominici in c. præsenti de offic. leg. lib. VI. *quod non; per illum textum iuncto proemio regularum: tamen Papa* PAVLVS *declarauit contrarium, quod beneficia*
I *semel affecta, semper manent affecta, & incipit illa declaratio, Ad Romani Pontificis, &c: Calen. Septembris anno tertio sui Pontificatus scilicet anno* XVII. *&* 7
de hoc sufficiant quæ dixi superius in proemio.

Item quæro hic, an Curialis, qui habet certam portionem à Cardinali, vt associet eum, non tamen facit guardiam, nec aliâ seruitia familiarium, an beneficia 8
istius sint reseruata? & certè dici posset quod non est familiaris continuus cômensalis, vt hic requiritur, sed potius posset appellari vasallus ratione Feudi, quod habet ex canapa, vel camera iuxta cap. sciendum & quod ibi exponit Bald. de
K Feudi cognitione coll. x. in verbo ad tempus, & exponit ibi Bal. ad tempus §. de pane & vino, &c: facit quod dicit Bald. in c. I. respôso I. in verb. quid de feudis scutiferorum, & aduocatorum, & capellanorum, de feudo guardiæ. collatione x. *maximè quia est reseruatio odiosa quoad Ordinarios, &* 9
& quoad curiales, ergo restringendâ, per regulam Odia. de regul. iur. in VI, *maximè quia aliud est esse de familia, & aliud esse familiarem,* vt dicit Ioannes 10
de Milis, in verbo familiarium, qui sic intelligit l. pronûciato ff. de verb. signific. *Et sic ego fui cum Domino Montisferrati, & cum Domino Vlixbonen.*

L *Item quid de beneficijs familiarium aliorum familiarium Papæ, aut Cardinalium, an sint reseruata? & per textum in l. 1. C. de Episc. & cler. & per ea quæ* 11
dicit ibi Salic. videtur respondisse Papam in consistorio public. quod sic. Sed crederem de iure iuncta ista regula, quod si Papa vel Cardinalis daret sibi expensas sicut patrono, tunc essent reseruata, alias non per hanc regulam, maximè quia familiaritas non est nisi quædam societas, vt dicit Io. Andr. in c. sicut, de verb. 12
sig. lib. 6. *Sed ego habeo, quod socius mei socij, socius meus non est,* vt in l. nam socij ff. pro socio, &c.

Sed ego volo vnam submittere quæstionem, casu quo beneficia illius, qui habet portionem à Cardinali, essent reseruata, si habet pro se, & vno familiari, & ipse 13
tenebat tres vel quatuor familiares, an beneficia illorum sint reseruata, vel nullius? & breuiter dico quod nullius arg. l. duo sunt Titij ff. de test. tut. & l. si fuerit ff. de rebus dub. & facit gloss. nota in c. nolite recedere. XI. q. III. *quæ*
M *dicit, quod si vnus est interfectus ab vno ex tribus, & nescitur à quo, quod in dubio possunt omnes promoueri.*

Item hic moueo vnam quæstionem quæ est nunc in practica: quia D. T. R. *ante Cardinalatum fuit familiaris ante sanctæ memoriæ Pauli, & post Cardinalatum*

tum fertur quod habebat expensas ab eo, an beneficia familiarium suorum dicantur reseruata Papa? & certè licet Oldradus *dicat* in consil xlviii. quod incipit Ius commune, quod posuit in tit. de cler. non resild. *quod nullus est magis familiaris Papa quam Cardinalis: tamen fateor quoad eius fauorem, vt ipse loquitur, secus in suum odium.*

N *Item licet sit familiaris, non tamen continuus*

O *commensalis, vt hic dicitur, & est etiam de iure* c. licet de priuil. lib. 6. & in c. fin de verb. sig. eod. libro. *Item quia si fuisset* D. T. R. *familiaris continuus commensalis Papa, tamen ista constitutio non comprehendit Cardinales, ex quo de eis non facit expressam mentionem* arg. c, fin. de offic. deleg. lib. vi. & c. ne aliqui de Priuil. lib. 6. & dixi latius in quæstionibus Cardinalium quæst. xvii. *Ex quo infero quod etiamsi Papa dedisset* D. T. R. *expensas & etiam tuis familiaribus, tamen etiam beneficia* D. T. R. *familiarium non cõprehenderentur sub ista regula, ex quo persona tua non cõprehendatur, ergò nec familiares tui tanquam accessorij* arg. c. accessorium de reg. iuris in 6. 15

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A IN *ista Regula*) Hæc Innocentij Regula in aliquo mutata est ac potius aucta per posteriores ad nostra vsque tempora Põtifices, quatenus nimirum isti post dictionem *Metropolitanis*, addiderunt *& Patriarchalibus*, & post dictionem finalem *vel alias recesserint*, Iulius iii. & alij exinde Pontifices subiecerunt: *Declarãs dignitates quæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis põst Pontificales non maiores existunt, & quæ ex Apostolicæ Sedis indulgentiâ, vel ordinariâ auctoritate, aut consuetudine præscriptâ, vel alias quouis modo in Collegiatis Ecclesiis principalem præeminentiam habere noscuntur, sub reseruatione prædicta comprehendi debere.* Quæ clausula ampliatiua est huius iii. Regulæ INNOCENTII per quam solum reseruantur dignitates maiores post Pontificales in Cathedralibus & Metroplit. & principales in Collegiatis: nam per hanc appendicem reseruantur quoq; dignitates quæ non maiores existunt in Cathed. & Metropolitanis. Sed vt hæc reseruatio erat olim generalis, viresq; habebat in omni, & quocumque tempore; ita per Reg. viii. de alternatura mensium restrictior facta est, vtpote quæ locum demum obtineat in mensibus Apostolicis; & denique multo restrictior facta est, imò sublata est in Germania per Concordata, quibus iure ordinario de prædictis dignitatibus erit prouidendum per illos inferiores, ad quos alias collatio, prouisio, præsentatio, electio, seu 16

quæuis alia diſpoſitio pertinet, *vt conſtat per Conſtitutionem* NICOLAI V. *ſuper concordatis in verſ. de cæteris verò dignitatibus, &c. & infra latius oſtēdemus ad d. Re. 8. in glo ver.* ***Aut aliorum ſub Concordatis.*** Quinimò nos Leodienſes ſpeciali Concordato, priuilegio, & prærogatiua cohoneſtauit SIXTVS V. Pontifex Maximus, anno ſalutis 1585. Pōtificatus ſui primo, dum prætactas dignitates electiuas, tam in Ciuitate, quam tota Diocœſi Leodienſi voluit non comprehendi ſub hac, & quibuſcumq; Regulis reſeruatorijs, aut alijs in corpore iuris non clauſis; ſed relinquit liberę electioni inferiorum, dummodo tamen intra 30. dies à die vacationis computandos electio fiat, & confirmatio petatur à S. Sede infra ſex menſes à die electionis numerandos, alias eiuſmodi electiones nullas declarat, ſuæque, & ſucceſſorum ſuorum diſpoſitioni reſeruat: nec eiuſmodi electioni voluit præiudiciū aliquod afferri per quaſcumq; collationes, prouiſiones, commendas, vel quaſuis alias in contrarium auctoritate Apoſtolica factas diſpoſitiones, etiam cum ſpeciali derogatione horum priuilegiorum, & concordatorum, vt ex illius tenore, qui ſequitur, videre eſt:

„ SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabili Archiepiſco-
„ po Colonienſi, & dilectis filijs Sancti Iacobi Leodienſis, & Sancti Lau-
„ rentij prope, & extra muros Leodiēſes, Monaſteriorum Abbatibus Sa-
„ lutem, & Apoſtolicam benedictionem. Hodie à nobis emanarunt lit-
„ teræ tenoris ſubſequentis. SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,
„ ad perpetuam rei memoriam ſuper gregem dominicam noſtrę vigilan-
„ tiæ diuinitus creditam, prout nobis cōceditur, intenti ad ea quę ad dig-
„ nitates quaſcumq; præſertim in Cathedralibus poſt Pontificales maio-
„ res, & in collegiatis Eccleſijs principales, perſonę dignę, & idoneæ, ſub-
„ lâtis litium anfractibus eligi valeant, libenter intendimus, & in hoc no-
„ ſtræ ſollicitudinis partes fauorabiliter impertimur: Exhibita ſiquidem
„ nobis pro parte dilectorū filiorum Winandi à Wingarde Præpoſiti ma-
„ ioris, & illius, nec non ſecularium, & collegiatarum Eccleſiarum Ciui-
„ tatis & Diœceſis Leodien. petitio continebat, quod cum ipſa Capitula
„ prætextu litterarum ſelicis recordationis EVGENII Papæ quarti præ-
„ deceſſoris noſtri quas vim concordatorū inter ipſas Eccleſias, & Sedem
„ Apoſtolicam habere prætendunt, ac quibus inter alia caueri dicitur ex-
„ preſsè Electiones ad dignitatem maiorem poſt Pontificalem, & princi-
„ pales in Collegiatis electiuas, per tempora à iure ſtatuta expectari, illaſ-
„ que approbari, & confirmari, vel infirmari debere, prout iuſtitia, & æ-
„ quitas ſuadebit, ac prætextu etiam litterarum piæ memoriæ PII ſecun-
„ di & SIXTI quarti, & forſan aliorum etiam Romanorum Pontificum
„ prædeceſſorum noſtrorum, quibus inter alia idem etiam de nouo in-
„ dultum & conceſſum eſſe dicitur, quibus etiam litteris prædicti SIXTI
præde-

„ prædeceſſoris antiqua conſuetudo approbata prætenditur, quod tam
„ maioris, quam etiam fere omnium aliarum prædictarum Eccleſiarum
„ Ciuitatis, & Diocęſis huiuſmodi, maior, & principales dignitates præ-
„ fatæ, alijs quam Canonicis actu præbendatis ipſius maioris Eccleſię con-
„ ferri, aut commendari nequirent: Quodq; ab ijſdem dignitatibus om-
„ nes aliæ, præter certas in dictis prætenſis cõcordatis, & indultis ac pri-
„ uilegijs expreſſas reſeruationes, ſunt excluſæ, ocurrentibus pro tempo-
„ re vacationibus dignitatum tam maioris, quam principalium dignita-
„ tum in huiuſmodi perſonarum idonearum ad illas electiones ad ſe legi-
„ time pertinere prætendant, ac poſtea inter prouiſos de illis auctoritate
„ Apoſtolica, & electos à prætactis Capitulis ad eaſdem dignitates, variæ
„ ſępè lites, & controuerſiæ oriãtur, prout nuper cum de Tongrenſi per
„ quendam Ioannem Witten de Martij, Amanienſis, & Viſetenſis loco-
„ rum dictę Diocœſis Eccleſiarum præpoſituris, per quendam Philippum
„ à Corſvvaremia ipſarum Eccleſiarum Tongrenſis, & Amanienſis, & Vi-
„ ſetenſis reſpectiuè Præpoſitorum, de Aprilis menſibus anni Dñi 1584.
„ extra Romanam Curiam defunctorum obitus vacantibus, dilectus filius
„ magiſter Franciſcus Oranus clericus Leodienſis, cauſarum Palatij Apo-
„ ſtolici Auditor, & Capellanus noſter, ſibi per recolendæ memoriæ
„ Gregorium Papam XIII. ſimiliter prædeceſſorem noſtrum proui-
„ deri obtinuerit, & earundem Tungrenſis, Amanienſis, & Viſetenſis Ec-
„ cleſiarum Capitula winandum prætactum, dilectos filios Conrardum
„ à Gauer, & Ioannem de Oersbach dictæ maioris Eccleſiæ canonicos ad
„ præpoſituras huiuſmodi, vt præfertur, vacantes elegerunt; ac dictus
„ Franciſcus Auditor eoſdem Winandum, Conrardum, & Ioannem aut
„ iam moleſtare cœpit, aut certè periculũ eſt, ne inter eos occaſione præ-
„ miſſorum lites, & controuerſiæ oriantur. Quare vt litibus, contro-
„ uerſijs, & moleſtijs huiuſmodi finis aliquando imponatur, & impoſte-
„ rum ſuſcitandis controuerſijs via præcludatur, pro parte tam Vvinãdi,
„ qui hac de cauſa à Capitulis prædictis ad nos, & ſedem prætactam miſ-
„ ſus, magnis etiam ſumptibus, & laboribus pro conſeruandis, & tuendis
„ iuribus eorundem Capitulorum ad Vrbem acceſſit, & dicto Grego-
„ rio prædeceſſori noſtro iura, priuilegia, & concordata, quæ pro eiſ-
„ dem Capitulis iam pridè, vt præfertur, à pręd icta Sede impetrata fuiſſe
„ prætendit, exhibuit & pro parte Capitulorum ac Conrardi, & Ioannis
„ prætactorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus in præmiſſis
„ oportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igi-
„ tur, qui Eccleſiaſticarum perſonarum quarumlibet quieti libenter con-
„ ſulimus, winandum, Conrardum, & Ioannnem, & Capitula huiuſmo-
„ di, & illorum ſingulares perſonas, à quibuſuis excommunicationis

F 2 ſuſpenſio-

„ suspensionis, & interdicti, alijsq; ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœ-
„ nis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus
„ quomodolibet innodati existant; ad effectum præsentium dumtaxat
„ consequendum; harum seriè absoluentes, & absolutos forè censentes,
„ huiusmodi supplicationibus inclinati, quascumque lites, controuersias,
„ molestias & causas huiusmodi super premissis, vel alijs Prepposituris prę-
„ dictis, vel illarum occasione coram quibuscumq; Iudicibus ordinarijs,
„ vel delegatis tam in dicta Curia, quam extra eam, inter prætactos Vvi-
„ nandum, Conrardum, Ioannem; ac quouis alios ad dignitates huius-
„ modi ab ijsdem Capitulis electos ex vna, & dictum Franciscum Audi-
„ torem vel alios auctoritate Apostolica prouisos, partibus ex altera, in
„ quacumq; instantia pendentes, aut si quas imposterum moueri contige-
„ rit, quoad hoc dumtaxat, an ius eligendi personas idoneas ad illas dum
„ pro tempore vacant, ipsis Capitulis competat, & an sub reseruationibus
„ Apostolicis ipsæ dignitates comprehendantur, ad nos auocantes, illas-
„ que quoad premissa dumtaxat penitus cassantes, & extinguentes, ac par-
„ tibus collitigantibus desuper silentiū imponentes, & ijsdem Iudicibus,
„ ne in illis ad vlteriora procedant, districtiùs inhibentes, electiones, à
„ Capitulis prætactis alias ritè, & Canonicè factas validas, & efficaces in
„ suo robore permanere, neque dignitates ipsas electiuas huiusmodi sub
„ Cancellariæ Apostolicæ Regula, dignitatū huiusmodi reseruatoria, aut
„ alijs in corpore iuris non clausis reseruationibus Apostolicis cōprehen-
„ sas esse: Ita vt neq; per Regulam huiusmodi, neque per quascumq; alias
„ reseruationes in corpore iuris non clausas ipsæ electiones iam factæ in-
„ firmari, aut minus validè dici aut censeri possint, dicta auctoritate te-
„ nore prȩsentium decernimus. Præterea eadem prætensa concordata,
„ seu indulta, & prædecessorum nostrorum huiusmodi litteras in hac par-
„ te moderantes, & ampliantes, loco illorum, imposterum ijsdem Capi-
„ tulis omnium tam maioris, quam aliarum Ecclesiarū Ciuitatis, & Dio-
„ cȩsis prætactorum, & illarum singulis occurrentibus vacationibus præ-
„ positurarum, seu Abbatialium sȩcularium nūcupatarum earundem Ec-
„ clesiarum tam scilicet maioris post Pontificalem, quam etiam aliarum
„ Ecclesiarum principalium dignitatum, nisi illȩ per reseruationes in cor-
„ pore iuris clausas, aut ex Personis Sanctȩ Romanæ Ecclesiæ Cardinaliū,
„ Notariorum Sedis Apostolicæ de numero participantium nuncupato-
„ rum, Auditoris Contradictarum, Correctoris litterarum Apostolica-
„ rum, Auditorum Causarum Palatij prætacti, Curiæ causarum, Came-
„ ræ Apostolicȩ Auditoris, & eiusdem Camerȩ Clericorum accolitorum,
„ Cubiculariorum, Abbreuiatorum, Scriptorum Apostolicorum ad nu-
„ merum centum & vnius, & aliorum Sciptorum minoris gratiȩ numero
viginti

„ viginti quatuor, ac omnium verorum familiarium & continuorũ Com-
„ mensalium nostrorum; & Romanorũ Pontificũ pro tempore existen-
„ tium ac prætactorum Cardinalium quamdiu illorum vera familiaritas
„ durauerit illas obtinentium, pro tempore vacantes dispositioni Apo-
„ stolicæ reseruatæ fuerint, ad liberam electionem personarnm idonea-
„ rum ad dignitates eiusmodi procedere liberè, & licitè valeant, auctori-
„ tate, & tenore præmiss. concedimus, & indulgemus, necnon quod e-
„ lectio ipsa intra triginta dies à die vacationis eiusmodi cõputandos om-
„ nino fieri, & confirmatio intra sex menses à die electionis numerandos
„ à Romano Pontifice pro tempore existente, à quo confirmari, vel in-
„ firmari debeat, prout æquitas, & iustitia suadebit petenda sit: ac electio-
„ nes ipsas post triginta dies factas, vel quarum cõfirmatio intra sex men-
„ ses huiusmodi petita non fuerit, nullas, & inualidas, nulliusq; roboris,
„ & momenti eo ipso esse, ita vt de ipsis dignitatibus per Romanũ Pon-
„ tificem pro tempore existentem dumtaxat, liberè disponi possit, etiam
„ decernimus. Prouiso tamen quod sic confirmati, Ordinarijs ipsis de-
„ bita præstent iuramenta, obsequia & alia ad quæ de consuetudine, &
„ iure tenentur. Insuper ne ad Præposituram maioris Ecclesiæ prætactæ
„ quæ inibi dignitas maior est post Pontificalem, vel ad Sanctorum Pe-
„ tri, Martini, Pauli, Sanctę Crucis, Ioannis, Dyonisij, & Bartholomei Ci-
„ uitatis, necnon Tungrensis, Huyensis & Fossensis, Beatæ Mariæ Tra-
„ iectensis, & Eychensis, Visetensis, Amaniensis, Cinacensis, Dionanten-
„ sis, Tudinensis locorum dictæ Diocęsis, & Beatæ Mariæ Namurcensis
„ Ecclesiarum Præposituras, seu Abbatias sęculares, quæ inibi principa-
„ les sunt dignitates; alicui personæ præterquam Canonici eiusdem maio-
„ ris Ecclesiæ actu præbendati, & personaliter in ea residentes, etiamsi
„ dignitatem aliam in Ecclesia maiori ad cuius dignitatem maiorem, vel
„ principalem electi fuerint, vel in prętacta maiori, aut alijs Ecclesijs præ-
„ tactis obtinuerint, eligi possint, aut debeant, & ne quis illorum plures
„ quam vnam ex Præposituris, seu Abbatijs sęcularibus, vel dignitatibus
„ eiusmodi insimul retinere possint, ita vt (sine præiudicio eorum qui
„ plures illarum ad præsens Canonicè obtinent) si qui vnam ex illis ob-
„ tinentem ad alteram imposterum eligi contingat, electio quidem alias
„ ritè, & canonicè facta valeat, sed intra sex menses numerandos à die
„ acceptæ possessionis, secunda prius obtenta eo ipso vacacare censeatur,
„ perpetuò inhibemus, & interdicimus; decernentes alias, quam prædi-
„ ctas in corpore iuris clausas, & ratione personarum superius nominatim
„ expressarum à nobis, vel prędecessoribus, seu successoribus nostris pro
„ tẽpore factas & faciendas speciales, vel generales de vacantibus, & vaca-
„ turis beneficijs Ecclesiasticis & dignitatibus eiusmodi reseruationes etiã

per

„ per Cancellariæ pręfatæ Regulas vel alias quascumq; cõstitutiones, vel „ ordinationes Apostolicas etiam perpetuas, vel temporales, etiamsi in „ eis electiuę & dignitates nominatim, & in specie reseruatæ, ac indulta, „ & gratię eiusmodi in specie fuerint reseruatę, ad dictas dignitates minimè extendi, sed quoties illæ emanauerint, toties ipsa Capitula in suum „ pristinum ius restituta, & integrata censeri: nenon qualcumque collationes, prouisiones, commendas, vel quasuis alias dispositiones etiã cum „ speciali derogatione pręsentium & etiam aliorum pretactorum cõcordatorum priuilegiorum & indultorum prætactis dignitatibus auctoritate Apost. prætacta quibusuis personis faciendis, nullũ omnino personis „ ad illas canonicè & infra tempus præscriptum electis, & vt pręfertur, „ confirmatis, & petentibus pręiudiciũ adferre, easdemq; præsentes vim „ concordatorum, & efficacis, ac validi contractus, seu pacti per nos, & „ Sedem prætactam cum dictis Capitulis initi, obtinere, & de surreptionis, vel obreptionis vitio, etiam ex eo quod ij, quorum interest, vocati, & auditi non fuerint, intentionis nostrę, aut alio quouis defectu notari, vel impugnari, seu inualidari & conuentionem huiusmodi, perinde ac si consistorialiter, & de consensu dictæ Romanæ Ecclesiæ, Cardinalium, & ex causa onerosa facta esset, sine expresso consensu eorum „ quorũ interest, aut alio quouis pętextu, ac quęsitoo colore reuocari aut „ rescindi non posse, nec Capitula ipsa ad exhibendum vlterius præmissa „ cõcordata, & priuilegia quæ asserũt sibi à pręd ctis nostris prædecessoribus concessa, & verificandum se esse in quasi possessione iuris eligendi „ huiusmodi, vllo tempore teneri, sed ijsdem præsentibus vti liberè & licitè posse, sicq; per quoscumq; Iudices Ordinarios & delegatos, ac etiam „ Romanæ Ecclesiæ Cardinales & causarum dicti Palatij Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere: Irritum quoque, & inane quicquid super his à quocumque, quauis auctoritate, scientèr vel ignoranter contigerit, attentari; non obstantibus Regula de non tollendo iure quęsito, ac alijs eiusdem Cancellarię Regulis, ac cõstitutionibus, „ & ordinationibus Apostolicis, nec non dictarũ Ecclesiarum iuramento „ confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & „ consuetudinibus priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis, quibusuis personis, necnon pętensis concordatis, & indultis pętactis quatenus pręmissis in aliquo aduersentur, quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiamsi de illis, eorumqne totis tenoribus specialis specifica, expressa, & indiuidua mentio, seu quęuis alia expressa ad hoc seruanda foret, illorumq; tenores etiamsi de verbo „ ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter insertis habentes,

illis

„ illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum seriè
„ specialiter & expressè derogamus, cæterisq; cōtrarijs quibuscumque.
„ Volumus autem quod ad dignitates prætactas pro tempore electi ante
„ illorum electionis confirmationem, seu prouisionem à Sede Apostolica
„ habendam, nullo modo in Pręposituris, seu Abbatijs prætactis, earūq;
„ fructibus, rebus, & bonis, aut administratione sese ingerere nullo modo
„ possint, alias eorum electio huiusmodi nulla sit eo ipso. Nulli ergò om-
„ nium hominum liceat paginam hanc nostræ absolutionis, auocationis,
„ cassationis, extinctionis, impositionis, moderationis, ampliationis,
„ concessionis, indulti, interdicti, derogationis, voluntatis, inhibitionis,
„ & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis au-
„ tem hoc attentare pręsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac
„ Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.
„ Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesi-
„ mo quingentesimo octuagesimo quinto, Nonis Maij, Pontificatus no-
„ stri anno primo. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica Scripta
„ mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrū, per vos, vel alium,
„ seu alios pręinsertas litteras, & in eis contenta quæcūque, vbi, & quan-
„ do opus fuerit, ac quoties pro parte Capitulorum, seu alicuius singula-
„ ris personæ eorum, aut aliorum, quas litterę huiusmodi concernūt fue-
„ ritis requisiti, solemniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defen-
„ sionis pręsidio assistentes faciatis, Capitula huiusmodi necnon illorum
„ singulares personas, ac alios, quos litteræ ipsę concernūt, vt pręfertur,
„ nostris extinctione, inhibitione, interdicto decretis, alijsque pręmissis
„ pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, vel eorum aliquem, per
„ quosuis quauis auctoritate fungentes quomodolibet molestari, pertur-
„ bari, vel inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias,
„ censuras, & pœnas Ecclesiasticas aliaq; oportuna iuris, & facti remedia,
„ appellatione postposita compescendo, legitimisq; super his habēdis ser-
„ uatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vi-
„ cibus aggrauando, Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit brachij sęcularis
„ auxilio, non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ
„ VIII. prædecessoris nostri, qua cauetur ne quis extra suam Ciui-
„ tatem, seu diocęsim, nisi in certis expressis casibus, & in illis vltra
„ vnam diętam à fine suę Diocęsis ad iudicium euocetur, seu ne iudices à
„ Sede pręfacta deputati extra Ciuitatem, vel Diocęsim, in quibus depu-
„ tati fuerint, contra quoscumq; procedere, aut alij, vel alijs vices suas
„ committere quoquomodo pręsumant, & de alijs duabus dęitis in Con-
„ cilio generali edita, dūmodo vltra tres dięctas quis auctoritate præsen-
„ tium ad iudicium non trahatur, alijsque constitutionibus, & ordina-
tionibus

„tionibus Apostolicis, necnó omnibus supradictis, seu si aliquibus com- „ muniter, vel diuisim ab Apostolicà sit Sede indultum, quod interdici, „ suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non „ facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de huiusmodi „ mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnatio- „ nis Dominicæ Millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Nonis „ Maij Pontificatus nostri anno primo.

Imò, idem SIXTVS V. anno 1588. die 9. Nouẽbris; anno eius 4. concessit eisdem Præpositis electis, vt à die electionis eorundem, ad sex menses Iurisdictionem omnimodam exercere, necnon fructus, &c. dictarum Prępositurarum exigere, &c. poss int, dummodo pręstent cautionem in manus S. vel eius Nuncij, de fideliter administrando, quatenus eorum electiones huiusmodi infirmari contigerit, vt ex eius constitutione videre est, quam supra habes in Reg. 2. sub nu. 12.

Standum fore consuetudini) Idem sentit Mandos. *ad hãc Reg. quæst. 3 per not glo. in cap. deliberatione, ante fi. ibi: licet inspicienda consuetudo* & *de consilo 451. col. 8. vers. ego verò.* Alex. *cons. 142. viso processu, per tot. lib 6. Rota in vna Tuden. Abbatia, citata Mandosio d loco.*

C ***Illud quod principalior reputatur***) Et in hoc considerari debet ordo, ordinemq; & administrationẽ respiciẽtia per ea, quæ allegat Mandos. 19 *dicta quæst.* 3. quibus adde Rotã *d. decis. 451. in No.* in pr. vbi dicitur illam esse dignitatem maiorem in quo concurrant hæc tria: 1. quod sit electiua, 2. quod habeat administrationem bonorum temporalium, 3. quod habeat prærogatiuam in stallo chori, & loco, ac voce capitulari: indeque concludit quod licet Præpositus collegiatæ Ecclesiæ haberet sessionem supra 20 Decanum, tamen quia Decanus haberet alias præeminentias, videlicet Iurisdictionem, & curam in eligentes & cæteros clericos dictæ Ecclesię, dictum fuit Decanatum maiorem, & principaliorem dignitatem esse, quia præeminentiæ illæ plus arguunt prælationem, & maioritatem, quam aliæ præeminẽtiæ, de quibus supra, adde Boerium *decis. 286. nu. 8. 9.* quam resolutionem hactenus pro vera, & certa putauerim, dũmodo consuetudo loci, vel prouinciæ aliud non statuerit, Innocẽtius in cap. de multa de Præbend. sed in Ecclesia Leodien. Præpositura maior est dignitas post Pontificalem.

21 Porrò, cessantibus Indultis & concordatis, notãdum, vt reseruatio capiat dignitates maiores post Pontificalem requiri, vt sint principales actu: quia non sufficeret, vt intret hæc reseruatio, quod dignitas sit erecta in maiorem post Pontificalem in posterum post mortem obtinentis nunc primam, *vt fuit practicatum in Decanatu Vallisoletano vacante per obitum io. de la Torre*

la Torre anno 1600. Decemb. 11. coram D. Mellino teste Nicol Garcia de benef. part 5. cap. 1. §. 5. nu. 257. & 258. vbi inquit, quod si tempore vacationis 22
Dignitas non esset actu maior, ante prouisionem verò esset talis effecta, intraret reseruatio: quia eo ipso, & in ipso pūcto quo facta est maior actu, eam capit reseruatio. & èconuersò videtur, quod Reg. comprehenderet illam dignitatem quæ tunc esset actu prima, licet iam esset ordinatū, quod cum primum vacare contigerit, desineret esse talis: statim enim Regula eam efficit, & satis est, quod vigente clausula semel sit actu prima.

D *Non censetur*) Contrariam tamen opinionem velut iuri, & rationi magis consonam defendit, varijsque tuetur argumentis, Quintil. Mandosius *ad hanc Reg. 3. quæst. 2.* vbi probat affirmatiuam, videlicet sub hac 23
reseruatione etiam comprehendi maiores dignitates post patriarchales.
Cæterum, an per istam primam huius regulæ partem, censeatur reseruata, 24
etiam vna tantum dignitas maior post Pontificalem, & vna principalis in collegiata? Gonzales *ad Reg. VIII. infra glo. 9. 4. nu. 11.* Cardinalis *consil. 30. nu. 7.* Geminia. *consil. 36.* & Mandosius *hic quæst. 5.* existimant non comprehendi sub hac reseruatione, quod Papa non præsumatur voluisse priuare Collatores vno suo lumine, *vt per glo. in Clem. 1. verbo incerta de Prabend.* deinde, quia non debemus à proprietate verborum recedere *l. non aliter de leg. 3* Regula autē ista de pluribus Principalibus loquitur; & maioritas seu principalitas non potest demonstrari in Ecclesia, vbi vna tantum est dignitas. Hincque opinionem probant quoq; Milis *in Repert. verbo gratia, per quam mandatur alicui,* Felij: *in cap. in nostra de Rescript.* Aeneas de Falcon. tract. *Reseruat. quæst. 3. in pr. nu. 3.* Nihilominus stant pro contraria opinione validissima argumenta, quæ copiosè producit Simonetta *tract de Reseruat. benef. quæst. 85. nu. 5. 6. 7. 8. & seqq. qua si vsus postulat videto.*

E *Reseruauit Monasteria*) Ita quidem, sed consistorialia, quæ nimirum consistorialiter per viam scedulæ prouideri solent; in hac autem regula reseruantur tantum Prioratus conuentuales, & Præpositurae Regu- 25
lares propter subiectam regulæ clausulam, ***Ac alias dignitates conuentuales***, & quidem Prioratus, vt dixi, Regulares, & perpetuas, non etiam seculares, & temporales *per not. Mandos. quæstio. 10. nu. 8. & seqq.* & quod Prioratus sit dignitas docet Abb. *in cap. nisi essent de Prabend. & in cap. cum* 26
terra de electio. quò in loco appellat Congregationem religiosorum, Conuentum: secularium verò, Capitulum. Itaque sub hac Reseruat. comprehendentut dignitates principales Regularium conuentualium, seu mona- 27
steria fratrum, quæ non reguntur per Abbates, de quibus in Reg. preced. sed per Priores, Præpositos, &c. & ita Mādos. intelligendus, licet postea

videatur noster Sotto dubitare, eò quod eiusmodi Prioratus non sint beneficia perpetua: Papa enim reseruando beneficia videtur intelligere perpetua, nec mutare beneficiorum naturam, *vt not. Nicol. Garcia de beneficijs part. 5. cap. 1. §. 11. nu. 510.*

F *Tamen circa Praeceptorias*) Regula tantum excipit pręceptorias ordinum, quorum suppositi pro fide Catholica militant, quales sunt ij qui 28
sunt ordinis S. Mariæ Theutonicorum, S. Iacobi de Spata, & aliorum hic expressorum: nam Præceptorię religiosorum, quæ dantur in titulum perpetuum, seu in administrationem perpetuam, eæ non sunt exceptæ, sed sub Regula comprehenduntur, *Aen. de Falcon. tract. de Reseruat & Parif. Consil. 36. lib. 4. nu. 14. & seqq.* Verum dubitari potest an sicut præceptoriæ, de quibus hic agitur, sunt exceptæ ab hac Regula, sint etiam exceptæ seu comprehendantur sub Regula VIII. de Reseruatione mensium, & alternatiua Episcoporum; & non comprehendi docet Gonzalez *ad dictam Reg. glo. 8. nn. 61. Cesar de Grassis decis. 1. nu. 5. & 6. de priuilegijs.*

G *Familiarium suorum*) De his ago infra in glossa verbi, Beneficijs familiarium.

H *Et Cardinalium*) Notandum tamen est requiri Cardinalis, (cuius fuit familiaris ille, cuius beneficium vacat) in Curia tamen existentis con- 29
sensum in collatione talis beneficij reseruati per obitum vacantis facienda per Papam, quamuis beneficium vacet apud Sedem, *vt in Reg. 30. de Impet. benef. per obit. famil. Card. Cassiad. decis. 9. in fin. de Prebend.* si autem alius Cardinalis sit collator beneficij vacantis ob familiaritatem, tunc dictum consensum non requiri, nisi vacatio in Curia contingat, *vt statuitur in d. Reg. 30. de impet. ben. vacan. per obitum fam. Card.* Sed hodie ex constitutione Gregoriana 14. *de anno 1591. incipiente, Sanctissimus § volentes,* beneficia familiarium Cardinalium semper sunt Papæ reseruata, quamuis collator ordinarius sit Cardinalis, neque requiritur illius cōsensus; sed dumtaxat illius Cardinalis, cuius fuerit familiaris ille, per quem beneficia vacare contingit, si viuat, & in Curia præsens de tempore vacationis fuerit. Porrò, quemadmodum requiritur consensus illius Cardinalis in collatione per Papam facienda de beneficio vacante per obitum familiaris ipsius Cardinalis: ita quoque, imò maiori cum ratione interuenire debet dictus 30
consensus in prouisione facienda per Legatū vel alium inferiorem habentem facultatem conferendi tale beneficium reseruatum. Nam ista potestas fuit in eum translata, & deuoluta (mediante tali concessione) cum omnibus oneribus & qualitatibus inhærentibus & proinde non debet esse melioris conditionis, quam ipse Papa concedens *Gonzalez ad d. Reg. 8. glo. 51. Rebuff. in praxi tit. de deuolut. nu. 40. & seqq. & tract. de Nominat. quaest. 8. nu. 21.*

nu. 21.

An autem familiares, de quibus hic agitur, accipi debeant iuxta limitationem, de qua in dicta Reg. 30. de Impet. benef. per obitum familiarium Cardinalium, datam per Iulium III. & exinde confirmatam? nimirū quod tales fuerint per quatuor menses, videto Quintil. Mandos. *ad hanc Regul. quaest. 20. per tot.* & Nicol. Garciā *tract. de benef. part. 5. cap. 1. § 5 nu. 276.* vbi scribit ad effectum huius reseruationis id non esse necessarium, sed sufficit, quod durante familiaritate beneficia obtinuerit, seu in illis ius ei cōpetierit quantumcunque paruo tempore duret familiaritas. Et procedit hęc reseruatio & dispositio dictæ Reg. 30. etiamsi postea familiaris esse desierit, vt tam in hac, quam illa Reg. habetur, probatque Paulus Gran. ad Simonettam *quaest. 35. nu. 40. & 41.* Cæterùm, hæc Reseruatio includit etiam beneficia ad quæ familiaris habebat ius ad rem *teste eodem Garcia num. 278.* ex quo reseruat beneficia, quæ familiares obtinent familiaritate durante, & in quibus seu ad quæ ius eis competit *Aen de Falcon. de Reser. quaest. 4. effectu 47.* vbi subijcit 10. modos, quibus quæritur ius ad rem. 31

Sed an familiaritas finiatur per absentiam à Ciuitate Romana? Negatiuam sustinet Achilles de Grassis *decis. 276.* & quid in familiaribus Auditoris Rotæ proficiscentibus cum Cardinale legato vide Crescentium, *decis 5. de Prebend.* vbi scribit familiarem istum Auditoris, non céleri contrahere familiaritatem cum Cardinali, licet in Tinello comedat cum aliquibus familiaribus Cardinalis.

I *Ex canapa*) Opinor legendum *caneua*: quod Feudum, vt & Feudum de Camera, in annonis, nummisque consistit sub onere fidei & seruitij, vide Cuiac. *de Feud. lib 1. tit. 1. ad §. notandum est autem.* Et tales dicuntur continui commensales, quicquid hic dicat noster: Nam licet partem accipiat etiam extra domum, dummodo domi Cardinalis inseruiat, continuus commensalis dicendus est, illiusq; beneficia sunt reseruata, *Simonetta de Reseruat. quaest. 35. nu. 23.* alioquin vbi non adest ista commensalitas continua, cessat reseruatio huius Regulæ, *Illustriß. Cardin. Seraphinus decis. 1251. nu. 6. & 12.* 32

K *Manent affecta*) Auctoris nostri sententiam probat, & sequitur Simonetta *de Reseruat. quaest. 35. nu. 18. & seqq. & quaest. 17. in pr. Rota decis. 616. & 699 & 552 in Antiq. & decis. 1251. apud Seraphinum de anno 1597. Decemb. 15*

L *Beneficijs familiarium aliorum familiarium*) Hanc quæstionem multum esse notādam ad intelligentiam Regularum reseruatoriarum notat Aeneas de Falcon. *tract. de Reseruat. in 30 effectu*, & tandem probat affirmatiuam sententiam, quā nec repudiant alij Mandosio citati *ad hanc Reg.* 33

quæſt. 17. per text. in lib. 2. ibi, ſcilicet, ſub finem C. de Epiſcop. & cler. qui in terminis concludit Reſeruationem Papę de beneficijs eius familiariũ comprehendere etiam beneficia ſuorum familiarium. Nam ſeruiendo familiari Papæ vel Cardinalis dicitur & ipſe familiaris Papæ vel Cardinalis, vt in ſimili quæſito voluit Oldrad. *Conſil. 11.* & poſt eum Simonetta *tract. de Reſeruat. benef. quæſt. 35. nu. 11. & 12.* vbi ſubijcit quod etiã abſentes poſſunt dici familiares, & continui commenſales, quando pro negotijs domini animo redeundi ſe abſentant *iuxta text. in cap. fin. in fi. de Verb. ſignif. in 6.* quem textũ ibi glo. fi. ampliat. poſt Archidia. quem alij ſequuntur, etiamſi pro ſuis negotijs ſe abſentent, & expenſis ſuis viuant, quia præſumuntur animo redeundi abeſſe: ſi tamen abſint vltra quinquennium præſumitur animi mutatio, *vt not. Simonetta in tract. de Reſeruat. quæſt. 35. nu. 15.* atq; iſta hactenus intellige de veris familiaribus Papę vel Cardinalis non fictis, quales ſunt illi qui ex priuilegio, & gratia Papæ familiaritatẽ conſequuntur: quia familiares iſtorum non comprehenduntur ſub hac regula per ea, quæ tradit noſter Alphonſus *in 7. parte Regulæ Iulij 2. de prærogatiuis expectantium in fine gloſſæ.* Veri autem familiares Papæ quo-ad effectum huius 34
ſeptimæ Regulæ (vt conſtat ex conſtitutione 78. & 79. PAVLI III. & in conſtit. 44. IVLII III.) ſunt omnes Referendarij, & alij Officiales ex Palatio Apoſtolico panem habẽtes, Protonotarij, Subdiaconi, Auditores Rotæ, Acolyti, Scutiferij, Secretarij, litterarum Apoſt. ſcriptores, Cubicularij, Conclauiſtæ ex Conſtit. SIXTI V. ac milites S. Petri, & reliqui Officiales Rom. Pontifici deſeruientes. Sed quid de cubicularijs honoris? vide infra Reg. VI. Aduerte tamen quod ſi Papa, vel Cardinalis daret ſuo familiari portionem, ſeu expenſas pro ſe, & duobus familiaribus, & ille haberet plures, puta tres vel quatuor; & non nominaret illos duos, qui viuunt expenſis Papæ, vel Cardinalis, nullius beneficia erunt reſeruata quod hic probat Gloſſographus, ante finem nu. 12. An autem comprehendantur ſub hac Regula beneficia Vicariorum, Cardinalium in Archiepiſcopatibus, Archidiaconatibus, vel Abbatijs? diſtingue cum Rota Man- 35
doſij *quæſt. 19.* ad hanc Reg. nimirum, aut ille, qui conſtitutus fuit Vicarius, erat prius Cardinalis conſtituentis continuus commenſalis, & familiaris propter aſſumptum Vicariatũ *arg. c. fin. de verb. ſignif. in 6.* aut nunquam fuerat in familiaritate, & continua commenſalitate Cardinalis illum Vicariũ conſtituentis, & tunc nullo modo cenſetur fuiſſe continuus commenſalis, ſeu familiaris, id eſt ſeruitor ſeu famulus. ſed Officialis, & tanquam talis, & non tanquam familiaris recipit expẽſas, ſed potius ſtipendium à Cardinali, & eius beneficia ex conſequenti erunt reſeruata. Hac diſtinctiuncula quæſtionem hanc terminauit Rota Mandoſio probata *dicta quæſt. 19.* quibus alludunt ea, quæ ſcribit Gomeſius *ad Reg. de impetran. benef.*

benef. vacan. per obitum familiarium Cardinalium, quaest. 14. per totũ. Tametsi Segura de Aualos *in directorio iudicum Ecclesiastici fori 1. part. cap. 14. nu. 34.* dicat Iudices ordinarios, vel delegatos Episcoporum venire appellatione famulorum, & ex communi vsu loquendi famulos nuncupari. atque ita in proposito tenuit Rota, vt per Simonettam *d quaest 35. nu. 21.* Mandos. ad hanc Reg. *quaest. 19.* quod tamen sic intelligunt, nisi ille, qui constitutus fuit Vicarius, esset ex familiaribus continuis commensalibus Cardinalis, vt notat Gonzalez *glo. 51. nu. 66.* & idem dicendum de Visitatoribus & alijs Officialibus huiusmodi, licet tam Vicarius, quam isti si sint sine salario aut expensis non dicantur continui commensales vt notat Garcia vbi supra.

Omnes promoueri) Textus est elegans in l. Item Mela & ibi DD. ff.
M ad l. Aquil.

N *In suum odium*) Scilicet vt beneficia ipsorum sint reseruata.

O *Non tamenn continuus)* Et licet panem ex Palatio capiant, non 36
iccirco sunt continui commensales, quia panis ille non recipitur caussa familiaritatis, sed honoris: nam ad cõmensalitatem aliud requiritur quam solus panis, *Gomes. ad Reg. de Impet. benef. vac. per obitum fam. Card. quaest. 13.* Hinc dicitur quod familiares Cardinalium, qui haberent expensas victus, seu partem vt loquuntur, non vt familiares, & seruitores, sed vt amici, aut consanguinei, vel ex eleemosyna, vel alia de caussa, non sunt isti familiares, nec eorum beneficia sunt reseruata, *Bonif. in clem. fin. de celeb.* 37
missar. nu. 34. Simonetta d. q. 35. nu. 6. Mascard. quaest. 755. nu. 3. atque ita in terminis de Ferdin. Mexia de Mendoca nepote ex sorore Card. D. Io. de Mendoca fuit resolutum in vna Salamantina & Albulen. benef. 9. Iunij 1596. coram D. Pegna, his verbis: Rota censuit Don-Ferdinandum non fuisse familiarem Bo. mem. Cardinalis de Mendoca ad effectum, vt beneficia per eius obitum vacantia remanserint reseruata, nam cum ad illum effectum requiratur mens & dens, *Sarnen. in d. Reg. 30. quaest. 13.* & ex qualitate personae receptae, & intentione seruiendi colligatur, quis sit vel non sit familiaris, in casu proposito haec omnia excludebant familiaritatem: quia cum is esset nepos Cardinalis, licet ei conuiueret, non intendebat illi inseruire tanquam familiaris, nec vt talis receptus erat. *vide Flam Paris. de Reser. lib. 10 & tertio.*

In

In Reg. IIII. Argumenta.

I. ORatio seu dispositio distinguẽda salua ratione recti sermonis.

2. Subcollectorum beneficia à Collectoribus subsidiorum Papæ deputatorum an sint reseruata?

3. Id quod succedit loco debit. Cameræ, est eiusdem naturæ.

4. Si Papa cõcedit alicui priuilegium vt eius beneficia non sint reseruata etiamsi foret Collector, vel subcollector Apostolicus & is postea fiat Collector, vel Sublect. an illius beneficia sint reseruata? & num. 17.

5. Hęc Regula tollit leges generales, vel speciales loquentes in contrarium.

6. Collectoris & subcollectoris facultas quomodo probetur.

7. Collectorum, & Subcoll. facultas nedum inducit reseruationem, sed etiam Exemptionem.

8. Collectores sunt instar Nunciorũ Apostolicorum, & gaudent nonnullis priuilegijs, & honoribus sicut Capellani Papæ, illorumq; beneficia sunt reseruata, etiãsi Collectores esse desierint.

9. Subcollector vnicus quis dicatur, aut qualis esse debeat ad effectum huius Regulæ?

10. Vnicitatis probatio cui incũbat.

11. Mandosij reprobatur opinio asserẽtis beneficia Subcollectoris officium sibi datum ignorantis esse reseruata.

12. Probatur illius opinio, dummodo Subcollectoris officiũ acceptauerit quamuis actu non exerceat.

13. Limitatur, dummodo talis Subcollector sit persona qualificata iuxta formã cap. Statutum, de Rescript. in 6.

14. Beneficia cuiuscumque Subcollectoris pro tempore vnici successiue deputati sunt reseruata.

15. Quid iuris si plures eodem tempore in vna Ciuitate, vel Diœcesi sint constituti? 19

16. An Subcollector Subcollectorem substituere possit, ita vt istius etiã beneficia sint reseruata?

17. Glossographi opinionem infra num. 4. reprobat Mandosius.

18. Plurium Collectorum in vna Ciuitate vel Diœcesi beneficia sunt reseruata, dummodo durante eorum officio adepta sint; secus si finito officio. 20

19. Collectorum beneficia sunt reseruata etiam antequam officium exerceant, vel illud acceptent.

20. Beneficia familiarium non sunt reseruata antequam acceptent familiaritatem. 21

Regula

Regula IIII. Innocentij.

RESERVATIO BENEFICIORVM COLLECTORVM ET SVBCOLLECTORVM.

ITem reseruauit generaliter omnia beneficia ecclesiastica quorumcumque Collectorum, vnicorum in quacumque Ciuitate vel Diœcesi, qui suo tempore eorum officia exercuerint, Subcollectorum fructuum & Cameræ Apostolicæ debitorum, illa videlicet beneficia duntaxat, quæ durante eorum officio obtinebant, & in quibus, seu ad quæ ius tunc eis competebat.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A B *IN ista Regula reseruat Papa beneficia Collectorum, & Subcollectorũ vnicorum in vna ciuitate, vel diocesi &c. & circa hanc reseruationem sciendum est; quod beneficia Collectorum deputatorum per Papam sunt reseruata.* & sic concludit decisio CCIII quæ incipit. Item si iuxta ordinationem domini nostri Greg. *& tunc debet intelligi nostra regula ibi*: qui suo tempore eorum officia exercuerint, *id est de Subcollectoribus tantũ, & non de Collectoribus, ita quod* 1
C *fiat punctus ibi: Collectorum: nam debemus punctuare, siue virgulare dispositiones salua ratione recti sermonis*, vt dicit Bald. in l. I. C. de lib. præter. *Et isti Subcollectores licet debeant esse vnici in ciuitate, vel diœcesi, vt hic dicitur, tamen si vno remoto succedit alter, beneficia vtriusq; sunt reseruata, vt hoc etiam vult dicta decisio.*

Et circa hanc regulam vidi dubitari in curia & consului, nescio tamen quid fuit
D *decisum, scilicet si Papa imposuit subsidium in aliquo regno contra Turcas, & posuit* 2 *ibi Collectores, & illi deputarunt Subcollectores, an beneficia istorum sunt reseruata? & tandem post multa conclusi quod non: quia isti fructus, vel prouẽtus non sunt debiti Cameræ Apostolicæ, sed in subsidium, &c. Et quia verba Regulæ debent intelligi propriè, & non impropriè, vel fictè* l. III. §. hæc verba. de negot. gest. *quia exorbitat à iure* c. quæ contra ius. de reg. iur. lib. VI. l. ius singulare ff. de legibus, *ergò, &c. Et si dicatur, quod illud quod succedit loco debiti Cameræ, debet esse eiusdem naturæ* vt vult Bart. in Rab. C. de iure fisci. lib. XI. *Fateor* 3 *quando esset omnimoda similitudo Arg. eorum quæ dicit Ioan. And.* in regula qui sentit.

sentit. de reg. iur. lib. VI. & doct. in c. quando de cens. *Sed de familiaribus subrogatis loco aliorum, an gaudeant eodem priuilegio? sic consului: nescio tamen quid fuerit decisum.*

Item vidi dubitari, si Papa dedit alicui priuilegiũ quod etiam si foret Collector, vel Subcollector Apostoli us, quod eius beneficia non forent reseruata: tamen postea fuit Collector: an eius beneficia sunt reseruata? & credo fuisse conclusum quod 4
sic: quia ista Regula tollit omnes leges generales, vel speciales loquentes in contrarium, & fuit allegatum tunc dictum doct. in cap. fin. 6. in præbendis de con- 5
suet lib. VI. *nescio quid fuit conclusum, seu decisum in vna causa Legionensis.*

E *Item notandum est, quod si sint multi Collectores simul in vna Diœcesi, vel Ciuitate, tamen eorum beneficia sunt reseruata, vt hic,* quorumcumque, &c. *& illud verbum Vnicorum refertur ad constructionem suam, & ibi inferius Subcollectorum.*

COMMENTARIA IOANNIS A CHOKIER.

A *Collectorum*) Collectoris,& Subcollectoris facultas quomodo probetur vide latè Mascardum *tract. de Probat. conclus. 317. per tot.* & 6
Simonettam *tract de Reseruat. quæst 34. fol. mei 111.* vbi scribit Collectoris facultatem probari per litteras, non etiam per illarum transumptũ, quem sequitur Petrus Moneta *tract. de Decimis cap. 9 quæst. 5. nu. 212.* vbi limitat nisi sumptum fuerit nulla lite pendente, seruata forma cap. fin. de Fide instru. aut sumptum fuerit ex registris Bullarum Papæ. *Mascard. dicta conclus. 317. nu. 7. & 8.* Subcollectoris verò facultas probatur per testes qui tempore commissionis illi iniunctæ præsentes fuerũt *per not. Rota decis. 10. de off. deleg. in no. Bellem. de charit. subsid. quæst. 110.* non tamen probatur per communem hominum existimationem *Moneta d. quæst. 5. nu. 234.* Notandum autem illorum facultatem nedum inducere Reseruationem, de qua in hac Regula, verum etiam exemtionem à iurisdictione ordinaria, vt resoluit S. Congregatio Illustriss. Cardinalium Consilij Trident. 7
ad cap. 6. sessionis 25. de Reserua. sunt enim isti præsertim Collectores instar Nunciorum Apostolicorum, & gaudent nonnullis priuilegijs & honoribus sicut Capellani Papæ *Rota decis. 207. in No. nu. 1. Staphileus in signatura* 8
fol. 116. vbi tales Capellanos honoris, & Officiales, exemptos etiam dicit ab Ordinarijs. De istis Collectoribus, & Subcollectoribus vide multa apud Alex. Monetam d. tract. *de decimis cap. 9.* Horum itaque beneficia sunt reseruata, adeò vt etiamsi Collectores esse desierint, vt quia remoti, vel priuati, vel alias officium eorum expirauerit, nihilominus reseruata censean-

censeantur, quia beneficium semel affectum, manet affectum *Rota decis. 11. 13. 14. 15. de preb. in antiq. Simonetta tract. de Reseruat. quaest. 33. nu. 4.* Sed in Francia cessat hæc reseruatio vt notat *Rebuff. in addit. ad hanc Reg.*

B *Subcollectorum)* Satis est ad effectum huius Regulæ vnũ esse in vna Ciuitate vel Diocęsi, & non vnũ in illa, & aliũ in ista: nam alias non esset vnicus, sed plures contra mentem disponentis, atque ita resoluit *Rota in vna Calagurita benef. 2. Decembris 1602. coram Illustriss. Lancelloto, teste Gonzalez ad Reg. 8 glo. 4. nu. 197.* quamquam si plures succesiue deputentur, beneficia ipsorũ erunt reseruata, quia Regula expresse dicit *quorumcumq́;*. *Bellec. de charit. subsid. quaest. 118. Simonetta tract. de reseruat. quaest. 33. nu. 1.* 9

10 Vnicitatis verò probationem incumbere asserenti pluralitatem, seu multiplicitatem multis probat auctoribus Mandosius *ad hanc Reg. quo in loco etiam astruit quaest. 4.* beneficia subcollectoris esse affecta, & reseruata, etiãsi ipsi officium sibi datum esse ignorauerit, vel alias illud non acceptauerit, vel exercuerit vt post dicam, quam tamen opinionem reijcit Hieronym. Gonzalez *ad Reg. 8. glo. 51. nu. 71.* probatq́; negatiuam varijs Rotæ decisionibus, quarũ nouissima fuit coram Rpd. Orano de anno 1594. in vna castellana beneficij: eamque sic temperat, vt sufficiat quod tali Subcollectori sit datum officium, illudque acceptauerit, quamuis actu non exercuerit, aliquo vtpote impedimẽto detentus: dũmodo tamẽ talis Subcollector sit persona qualificata iuxta formam c. statutum in §. in nullo in fi. de Rescript. in 6. alias eiusmodi officij collatio nulla erit, & reseruatio cessabit *DD. in d. c. statutum §. fin.* & in terminis ita docet *Bellencinus Rota Auditor dicto tract. de Charit. subsidio quaest. 108. nu. 1.* 11 12 13

C *Isti Subcollectores)* Atque ita in terminis, quod beneficia cuiuscũque subcollectoris pro tempore vnici, succesiue deputati sint reseruata: conclusit Bellencinus *tract. de Charit. subsid. quaest. 124. Rot. decis. 411. in antiq. & decis. 207. in No.* At verò, quid iuris si plures eodem tempore in vna Ciuitate, vel Diœcesi sint constituti? vide Mandos. quæst. 10. & quæst. 3. quo in loco quærit, an Subcollector Subcollectorem substituere possit, ita vt istius etiam beneficia sint reseruata? & resoluit pro negatiua, quam tamen varijs limitat modis nu. 3. & seqq. 14 15 16

D *Et conclusi quod non)* Ab illo dissentit idem Mandos. *quaest. 6. nu. 3.* hac potissimum ratione, quod appellatione Collectoris fructuum, & prouentuum Cameræ Apostolicæ, veniat etiam Collector, & Subcollector subsidiorum contra infideles: cum illa imponantur super fructibus beneficiorum, sintque onera quæ spectant ad Cameram Apostolicam, id quod pluribus ibi probat rationibus. 17

E *Sint reseruata)* Dummodo durante eorum officio, vt in Regula

H statuitur 18

statuitur, illa adepta fuerint, secus enim de beneficijs postea obtentis, *vt decidit Rota decis. 181. incip. Benef. Collectorum in No.* & Bellencin. d. *tract. de Charit. subsid quæst. 119 in fi. & Simonetta de Reseruat quæst. 32.* Non tamen requiritur exercitium officij Collectoris, vel Subcollectoris, vt eius beneficia sint reseruata *Feliij in cap. In nostra de Rescript. col. 21. Flam. Par s. de resign. bene. lib. 2. quæst. 16. nu. 26. dicens communem, Zerola in Praxi Episcopali part. 1. verbo Beneficia § 2. Fallen. 8. & 2. par. verbo exempti. §. 6. Simonetta q. 33.* qui dicit solã deputationẽ sufficere etiã absq; acceptatione & exercitio: 19
atq; ita fuit resolutum in caussa Vrgellen Canonicatus 7. Maij 1593. coram Ill. Cardinali Blanchetto. cuius decisionem profert Nicol. Garcia *tract. de benef. part. 5. cap. 1. §. 6. nu. 346. & 347.* vbi ampliat dictam doctrinam, vt sola deputatio sufficiat, etiam antequam suam potestatem videat vel recipiat *per not Rota decis. 12. de Prabend. in No. Mandos. hic quæst. 4. An. de Falcon. de Reser. 3. quæst. Pritcal. nu. 16.* licet aliud dicendum sit in familiaritate: quia illa consensu vtriusque partis tantum contrahitur, sicut societas, *Simonetta d. quæst. 33.* 20

In Reg. V. Argumenta.

1. Hæc Reg. ampliat cap. præsenti de Præbend. in 6. nimirum, vt non solum vacet beneficia Curialis intra duas dietas morientis, sed etiam vltra, si sequendo Curiam moriatur.
2. Quid si Curia non mutatur, sed tempore pestis vel solatij caussa proficiscatur vltra duas dietas.
3. Curia Romana ibi dicitur, vbi Papa.
4. Curialium appellatione veniunt etiam Cardinales.
5. Cardinales magis sunt familiares Papæ quam alij, non tamen quod ad reseruationes beneficiorũ, nisi sint continui commensales Papæ iuxta Reg. 111.
6. Beneficia Cardinalium Curiam hoc est Papam sequentium sub hac Reg. comprehenduntur.
7. Beneficia Cardinalium sunt reseruata Papæ per Extrauag. ad regimen.
8. Beneficia familiariũ Cardinalium sub hac Reg. comprehenduntur, familiarium tamen conuictorum, & nu. 9.
10. Quod verum de beneficijs acceptatis.
11. Beneficiũ non dicitur collatũ absenti ante illius acceptationem.
12. Quando dicatur acceptatum beneficium.
13. Acceptatio debet fieri vel per seipsum vel per procuratorem ad id speciale mandatum habentem.
14. Tacita beneficij acceptatio quæ?
15. Curia Rom. quando transferri dicatur.

Regula

Regula Innocentij V.

RESERVATIO BENEFICIORVM CVRIALIVM DVM CVRIA TRANSFERTVR.

ITem reseruauit omnia & singula beneficia Ecclesiastica quorumcumque Curialium, quos, dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo, decedere contigerit, & quouis loco quantumcumque etiam à dicta Curia remoto.

GLOSSEMA ALPHONSI.

IN ista Regula reseruat Papa omnia beneficia quorumcumq; Curialium decedentium vbicumq; sequendo Curiam. Ista Regula etiam continetur in extrauag. ad regimen. & venit ad extensionem c. præsenti de prabend. lib. 6 vbi dicitur quod beneficia dicuntur vacare in Curia, cum vacant infra duas dietas à curia &c: tamen hic dicitur quod vbicumq; moriatur Curialis, etiam vltra duas dietas, censentur eius beneficia reseruata, si sequẽdo Curiã moriatur &c. Ex quo sequitur quod si cur. Rom. non mutatur, sed tempore pestis, vel alias Curialis vadit ad solatium vltra duas dietas, & ibi moriatur, quod eius beneficia non sunt reseruata. Nam non est recedendum à verbis huius regulæ arg. l. non aliter & l. ille aut ille ff. de legat. III, *maximè, quia quod nõ mutatur, quare stare prohibetur.* l. præcipimus C. de app. cum similibus. *Et ex hoc consului, quod si Curialis recedens ad partes in via mortuus fuit vltra duas dietas, quod eius beneficia poterant acceptari vigore expectatiuæ.* arg. huius regulæ iuncto cap. præsenti de præbend. lib. 6. *& in hoc casu crederem quod Curia dicatur vbi est Papa, & non vbi est audientia Rotæ, & Contradictarum, quia Cle. intelligitur tantum de electione Pontificis, licet verba ibi posita de Curia transferendo &c. tamen arbitror Rotam sic pronuntiasse tempore PII: nam ipse PIVS recessit in æstate ad balnea; & audientia mansit in Vrbe, & Curiales tunc sequentes Papam moriebantur ibi, vel infra dietam, tamen visum fuit gratias expectatiuas non habere ibi locum, secundum Regulam istam, quæ egeret tamen declaratione, meo sensu.* 1 2 3

Item in quantum textus dicit, de quibuscumq; Curialibus, sequitur etiam quod A *intelligatur de Cardinalibus: nam Curiales sunt, quia Curia dicitur à cura: & illi potissimè Curiales dici debent per quorum curam & consilia Respublica expeditur:* 4

tales ergo sunt Cardinales: ergò &c: verba sunt Oldradi in Cōsil. CCXI. quod incipit, ad propositum fratrum Sancti Antonij, versi. circa secundem. *Et si dicatur quod beneficia Cardinalium sint reseruata, quia sint familiares vt vult Oldrad.* consil. XLVIII. quod incipit, Ius commune, *vbi dicit quod Cardinales magis sint familiares Papæ, quam alij, tamen quod ad reseruationem beneficiorum, non est verum: quia Regula tertia supra, non dicit de familiaribus continuis Commensalibus. Sed Cardinales non sint tales ergo, &c. Et ideo dico* 5
quod in beneficijs Cardinalium habet locum ista regula, si sequuntur Papam, ca- 6
B *piendo curiam hic, vt dixi, pro loco vbi est Papa & per hoc verbum* quorumcumque *hic positum quod est vniuersale. ergò etiam Cardinales comprehendit* arg. c. solitæ. de maio. & obedien. & de hoc latius dico in XVII. quæst. Cardin. *vbi dico istam quæstionem an regulæ Cancellariæ comprehendant Cardinales; Sed de hoc etiam clarè disponit extrauagans Ad regimen: quæ reseruat be-* 7
neficia Cardinalium etiam vbicumque decedentium & quorumcumque, officialium sedis Apostolicæ.

COMMENTARIA IOANNIS A CHOKIER.

A DE *Cardinalibus)* Non solum Cardinaliū beneficia per hanc Reg. & per extrauag. ad Regimen sunt reseruata dū scilicet Curia transfertur: verum etiam illorum familiarium, Oldra. *Cons. 211. nu 6.* quippe 8
qui proprie sunt Curiales, licet magis eos à cura, quam à Curia appellari dixerim; iuxta illud:

Si Curiam cures, dabit tibi Curia curas.
Viuit securè, cui non est Curia curæ.

Nec tantum beneficia, quæ tempore Cardinalatus dignitatis, vel familiaritatis adepta sunt; sed etiā quæ ante, cum qualitas ipsa beneficij, personæ mutatione immutetur. *Ant. Faber. lib. 1. definit. Forensium tit. 2. definit. 16.* Aduerte tamen, vt familiares Cardinalium comprehendantur sub hac Regula, requiri vt sint verè & propriè familiares, hoc est qui sint in contubernio Cardinalium *cap. fin. vbi DD. & præsertim Dominic. de verb. signif.* 9
Anast. Germonius tract. de Indultis §. Præterquam nu 2. & seq. non etiam vt officij & honoris tantum caussa illos sectentur: cum isti propriè non dicantur familiares, licet quadantenus dicantur Curiales. De illis tamen qui verè & propriè sunt familiares, hactenus capienda Regula, vt demum eorum beneficia sint reseruata, si illa acceptarint: nam de non acceptatis 10
Regula hæc non obtinet: cum beneficium non dicatur collatum absenti ante

ante illius acceptationem, seu ratificationem *cap. si tibi absenti, ibi, vt tuum dici valeat nonacquiras de praebend. in 6. & ibi Francus. Ant Faber d. lib. 1. definit. 19.* 11

Declaratur autem hæc acceptatio expressè & tacitè, vt latè apud Mandosium *in Reg. 32. quaest. 27. nu. 3.* & Hieronym. Gonzalez *ad Reg. 8. gloss. 47. nu. 23. & seqq.* Sed illis omissis, dicitur expresse fieri acceptatio, quando is cui facta est collatio illam certò acceptat, vel per seipsum, suamque propriam declarationem, vel per suum procuratorem ad id speciale mandatum habentem. Requirunt enim hoc casu DD. mandatum speciale ad acceptandum, propter onus & grauitatem negotij, quo contrahitur matrimonium spirituale inter beneficiatum, & Ecclesiam, ad instar matrimonij carnalis, in quo opus est speciali mandato *cap. vlt. de Procur. Conar. Var. resol. lib. 3. ca. 16.* Tacitè verò declaratur beneficij acceptatio, si beneficiatus post obtentam canonicam collationem, inceperit beneficium administrare, illius bona elocare contra possessores bonorum agere, sic enim censetur satis suum animum & consensum manifestare, & collatum beneficium amplecti, *Tiraquel. in tract. de Iure consti. poss. limit. 30. num. 11. & seqq.* 12 13 14

B *Pro loco vbi est Papa)* Curiam Romanam hic nonnulli accipiunt pro loco vbi est Papa *vt hic noster, & cum illo Sarnen. ad Reg. de Triennali quaest. 13. vers. Sed antequam Rebuff. in Concord. forma Mand. Apost. verbo Extra Rom. Curiam,* alij verò Curiam ibi esse dicunt vbi est caussarum & litterarum Apost. audientia licet ibi non sit Papa *Sarnen. in Reg. de Verisimili quaest. 7. Clem. ne Romani §. sanè de Electio. ibi Bonifac. & Card.* Verùm Nicol. Garcia. *tract. de benef. part. 5. cap. 5. §. 7.* postposita istorum opinione dicit in terminis huius Reg. tunc dici trasferri Curiam cum Papa vadit cum Cancellaria & tribunalibus suis ad aliquem locum: Nam quādo Papa tantum aliquò vadit, non dicitur transferri Curia, sed Papam ire ad talem locum, sicut quando Clemens VIII. petijt Ferrarium; & sic beneficia illorum qui Papam sequentes vltra duas diętas decederent non essent reseruata inquit Garcia, per hanc Regulam. 15

In Reg. VI. Argumenta.

I. Beneficia Officialiū Papæ etiam caussa honoris, an censeantur Papæ reseruata? & nu. 4.

2. Capellanus Papæ est exemptus ab Ordinario etiamsi actu non exerceat officium suum.

3. Cubicularij extra muros, nec cursores sunt cótinui Commensales Papæ.
4. Cubicularij extra muros siue honoris an sub hac Reg. comprehendantur.
5. Reservatio est odiosa, nec inducitur nisi in casibus expresśis.
6. Conclauistarum beneficia sunt reseruata.
7. Officiales Papæ & Curiales an sint exempti à iurisd. ordinaria.
8. Cursores ad effectum huius Regulæ qui?

Regula Innocentij VI.

RESERVATIO BENEFICIORVM CVBICVLARIVM ET CVRSORVM.

ITem reseruauit omnia officia Cubiculariorum & Cursorum suorum.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *ISta Regula dicit quod reseruat Papa beneficia cubiculariorum & cursorum suorum: & debet intelligi de cubicularijs extra muros qui non sunt commensales sui, quia alias non esset dubium: nam regula tertia dicit de familiaribus continuis commensalibus, &c. ex quo sequitur quod beneficia officialis Papæ etiam caussa* 1 *honoris censentur reseruata* & ad hęc allego glossam mihi singularem iuncto text. in auth. Vt ordinariæ præfecturæ §. 1. col. v. *perquam glo. alias dixi*
B *quod Capellanus honoris Papæ est exemptus ab ordinario, etiamsi non exerceat actu officium suum, & idem dico de Cubiculario* vt hic *& hoc etiam vult decisio Rota in* 2 *nouis* CCIIII. quæ incipit: Item licet iuxta ordinationem. *Item ex ista*
C *regula iuncta regula tertia sequitur quod nec Cubicularij extra muros nec cursores sunt continui commensales Papæ: quod valet ad prærogatiuas familiarium conti-* 3 *nuorum commensalium & quo ad expeditionem gratis, & quod valeat argum. à coniunctione duorum iurium vel duarum regularum facit gl. notabilis* in l. prospexit ff. qui & à quib. & not. Bald. in l. Gallus. §. penult. ff. de liber. & posth. ergò, &c.

COM-

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *Cubicularij extra muros*) Aliud hodierno iure. Nam post constitutionem LEONIS X. editam anno 1415. de qua in Bullario. nu. 14. in §. Et ne Apostolicorum, &c. qua ad certum numerum redacti sunt Cubicularij Papę, suntq; circumscripti alij Cubicularij extra muros siue honoris, certum est ad effectum huius Regulæ non comprehendi istos Cubicularios prout etiam resoluit Rota, *apud Mohedanum decis. 90. alias 2. nu. 10. de Probation. & Put. decis. 13. tit. de Prabendis in M. S* ex quibus etiam dixit Rota quæ extat apud Farinaciũ *decis. 691. coram* R. P. D. *Lancellotto* S. R. E. *Cardinali meritissimo in vna Seguntina Archidiaconatus & Canonicatus 19. Martij 1601.* non esse reseruatos Archidiaconatum & Canonicatum vacantes in Ecclesia Seguntina de mense Augusti (Episcopo alternatiua gaudente) per obitum quondam D. Petri sylua extra Curiam defuncti, quãuis constabat dictum Petrum fuisse Cubicularium honoris SIXTI V. & Feudum de caneua, siue partem (vt loquimur) in Palatio habuisse. Nam cum reseruatio sit odiosa *glo in cap. præsenti, verbo, finitur de off. leg. in 6. Cassad. decis. 2. nu. 5. de reseruat.* eaque non inducatur nisi in casibus expresis *Cassad. decis. 2. nu. 9. de Reseruat.* non potest dici Cubiculariorum eiusmodi beneficia esse reseruata, cum id nullibi cautum reperiatur: non in constit. PAVLI III. non in bulla Iulij III. non denique in hac Reg. VI. Et in dicta decisione Seguntina fuit etiam dictum non intrare in casu prætacto reseruationem Reg. III. vt nec constitutiones 78. & 79. PAVLI III. & Costitutionem 44. Iulij III. qua de re plura videto apud Farinacium *dicta decis 691.* & Nicolaum Garciam *in tract. de benef. part. 5. cap. 1. §. 5. nu. 331.* vbi producit dictam Rotæ decisionem: iuxta quam cum de mense Decembri 1603. vacasset Archipręsbyteratus Segobien. per obitum D. Alphonsi Perez, qui fuerat Cubicularius, seu Camerarius honoris CLEMENTIS VIII. Fuit per D. Petrum de Castro Episcopum Segobien. datus ipsius nepoti D. Petro de Castro, qui adhuc est in illius possesione, & ita fuit obseruatum in impetratione Concordatorum Germanię, vt in vna Placentina Mirabel coram R. P. D. Orano, de data 31. Ianua. 1594. fuit decisum, teste D. Seraphino decis. 1251. nu 8. qui tamen scribit Conclauistarum beneficia, etiamsi non sint continui Papæ commensales, censeri 6 reseruata, & cadere sub reseruatione Reg. III. supra, idque propter bullam SIXTI V. qua declarauit dictos Conclauistas veros, indubitatosque, & non fictos familiares continuos, idque cum decreto irritanti, & clausula

sublata

sublata &c. & proinde illorum beneficia. Spectare ad liberam collationem Papæ sine consensu Cardinalis cuius sunt familiares. Verum dicta SIXTI constitutio loquitur de Conclauistis Conclauis, in quo ipse SIXTVS assumptus est ad S. Apostolatus apicem; vnde in alijs non habebit locum, nisi adsit alia similis constitutio, quam etiam de suis Conclauistis fecit S. D. N. Paulus V. & Leo XI. pridiè Kal. Augusti 1605.

B *Est exemptus ab Ordinario*) Officiales Papæ, & Curiales vtrum exempti, & quid de capellanis Legijs consule Erasmũ à Chokier fratrem 7 meum in suo tract. de. Exemtionibus *part. 1. qua.* 32. & quæ scripsi supra *ad Reg. IV. nu* 7. *& seqq.*

C *Nec Cursores*) Cursores intelligi possunt Apparitores, qui in iudicijs mandata Officialium exequuntur, *vt tit. C. de Apparitoribus lib.* 12. latius verò sollicitatores litterarum Apostolicarum, quos Ianixarios appellant, qui per cancellariam cursitant pro expeditionibus bullarum Apostolicarum: Propriè autem. Papæ cursores illi sunt, qui suum habent in vrbe banchum, suntque omnes penè clerici, & in clericali habitu incedunt, atque de his maximè loquitur hæc Reg. teste Mandos. *hic quæst.* 2 *nu.* 5.

In Reg. VII. Argumenta.

1. Ecclesiæ Patriarchales in Vrbe sunt quatuor, & cur ita nuncupentur.
2. Ecclesia Sancti Petri an sit potior, seu principalior lateranensi.
3. Papa cur Episcopus nuncupetur.
4. Basilica quî differat ab Ecclesia.
5. In Ecclesia non consecrata possunt esse beneficia.
6. Romæ sex sunt sedes, seu tituli Cardinalium.
7. Beneficia ecclesiarum Vrbis quia non sunt de titulis Cardinalium non sunt reseruata.
8. Papa proprio iure confert beneficia in Vrbe existẽtia, nisi subsint titulis Cardinalium.
9. Hæc Regula cur condita fuerit.
10. Absentia de qua in hac Reg. qui intelligatur.
11. Differentia inter Reseruationem huius Regulæ, & Reseruationem sequentis Regulæ.
12. Huius Regulæ reseruatio non cõprehẽdit beneficia vacãtia in alijs diœcesibus vbi Cardinales accidentaliter, sunt Episcopi.
14. Ecclesia S. Io Lateranensis prima totius Vrbis & orbis; & à quo condita.
13. Decretum irritãs in fine huius Regulæ appositum refertur etiam ad omnes Regulas præcedentes.

Reg-

Regula VII. Innocentij III.

RESERVATIO BENEFICIORVM ECCLESIARVM S. PETRI ET S. IO. LATERANEN. AC B. Mariæ Maioris de Vrbe, ac beneficiorum titulorum Cardinalium à Curia absentium.

ITem reseruauit dispositioni suæ generaliter, quoscũq; Canonicatus & præbendas, dignitates, personatus, & officia in Basilica principis Apostolorum, & Sancti Ioannis Lateranensis, ac Beatæ Mariæ Maioris de Vrbe Ecclesijs, nec non ad collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium à Romana Curia absentium ratione suorum Episcopatuum Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titulorum, ac Diaconiarum spectantia, quamdiu absentia sua durauerit, Canonicatus, & præbendas, dignitates, personatus, administrationes, vel officia cæteraque beneficia Ecclesiastica cum cura vel sine cura, vacantia & in antea vacatura, tam in eadem Vrbe, quam in Ecclesijs, Ciuitatibus & Diœcesibus dictorum Episcopatuum consistentia; decreuit ac irritum, &c.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *Ista regula habet duas partes. Prima dicit quod Papa reseruat beneficia Sancti Io-*
annis Lateranen & Sancti Petri, & Sancta Maria Maioris. Secunda dicit quod re-
seruat omnia beneficia spectantia ad collationem, &c. alicuius Cardinalis ratione Epis-
copatus siue Cardinalatus, & ratione titulorum suorum Cardinalatus quamdiu Cardi-
B *nales fuerint absentes à suis Episcopatibus vel à suis titulis & apponit decretum, &c. Et*
C *ratio dubitandi in prima parte est: quia vt dicunt Doctores in c.* fundamenta de elect. 1
lib. VI. *quatuor sunt Ecclesia Patriarchales in Vrbe, sicut in orbe: scilicet Sancti Pe-*
tri, Sancti Pauli, Sancti Laurentij extra muros, Sancta Maria Maioris, & Sancti Ioan-
nis, qua est principalior in Vrbe; & propterea vocantur Patriarchales secundum aliquos,
quia vnaquaq; illarum Ecclesiarum est quasi Cathedralis, & fertur (licet iure non fun-
detur) quod nullus potest celebrare in altari maiori cuiuslibet ipsarum, nisi solus Papa,
vel de eius speciali mãdato pendente bulla apud altare: ideò videbatur quod in istis tribus

Ecclesijs habẽtibus Archipræsbyterum posset ipse Archipræsbyter se intromittere : tamen Papa dicit hic contrarium : cuius dispositioni in istis maximè standum est, & nullus potest ei dicere, cur ita facis, vt dicit gl. mihi notabilis in cap. v. de translat. Episc. vel electi : *& non posuit hic de alijs duabus scilicet Sancti Pauli, & Sancti Laurentij qui sunt Monachorum & non secularium. & posuit hic* dignitates, personatus, *&c. & tamen in nulla earum est aliqua dignitas nec personatus nisi principalis scilicet Archipræsbyteratus : & illa censetur reseruata tanquam principalis in collegiata vt supra in regula tertia. Sed posuit hoc ad ostendendum quod in illis Ecclesijs sint dignitates sicut in alijs Cathedralibus: alias nescio ad quid posuit : Item ponit hic primo Ecclesiam Sancti Petri, quam sancti Ioannis : ex quo videtur quod sit principalior in Vrbe & in orbe ab ordine littera*, arg. l. quoties. de vsu fruct. c. mandato de præbend. lib. VI. Et quod ibi notatur. *sed contrarium est verum, & communiter tenetur in dicto cap. fundamenta.* & in c. II. de præscriptionibus lib. VI. & in cle. II. eod. tit. de elect. *licet c. futura* XII. *q. I. velit contrarium.* & *c. sanctorum x. q. I. tamen gl. in d. c futura, vult contrarium, si bene intelligatur. nam Ecclesia Lateranensis est principalior in Vrbe & in orbe : quia fuit primò fundata, &c: & vltra doctor. allego legem ciuilem* in l. cum diuer. ff. de relig. & sumpt. fu. *vbi dicitur quod vbi est caput, ibi est locus religiosus, & non vbi sunt corporum membra : Sed in sancto Ioanne sunt capita beatorũ Petri & Pauli, ergò, &c: & non curo de alia ratione, quod Ecclesia sancti Petri est in Diœces. Portuen &c: quia dico non esse verum : nam Papa dicit in bullis, datum Romæ apud sanctum Petrum, &c: si dicatur vnde dicitur Papa Episcopus : certè posset dici quod non habet Ecclesiam certam : sed dicitur Episcopus ratione ordinis, & censetur habere dignitatem Vrbis Romæ vel vniuersalis Ecclesiæ. Nam non reperitur illud quod dicunt vulgares quod est Episcopus Lateranensis quod de iure fundetur. sed bene reperio quod vocetur Vrbis Romæ Episcopus vel Rom. Ecclesiæ præsul : vt de primo dicit Anastasius in suprascriptione* in cap. transmarinos 98. dist. & de secundo GREGORIVS in suprascriptione in cap. aphros. ead. dist. *Sed nunquam reperi quod vocaretur Lateranen Episcopus. potest tamen fundari ex supradictis : quia si Ecclesia sancti Ioan. est principalior, ergò &c: & quod suprascriptio sit de textu sufficiat gloss.* in cap. Ad Apostolicæ. de reg. iur. lib. VI. in princip. & in clemen. II. de rescript. & de iure ciuili in l. propter insidias C. qui accus. non pos.

Ex quibus sequitur quod omnia beneficia Vrbis de mero iure pertinent Papæ, tanquam Diœcesano : ideò habent locum expectatiuæ in eis, nisi in hac reseruatione : & hæc est ratio decidendi hic. Item Ecclesia sancti Petri vocatur hic basilica, & sancti Ioãnis, & sancta Maria vocantur Ecclesiæ : & certè de hoc alias dubitaui : quia basilica vocatur ante consecrationem propriè, glo. notabilis in c. I. de relig. do. *ergò sequitur quod Ecclesia sancti Petri non est consecrata & quod debet vocari basilica per prædicta : ex quo sequitur quod in Ecclesia non consecrata possunt esse beneficia. Ex quo infertur quod verba indulgentiæ debent intelligi propriè*, vt vult glo in cle. I. de reliq. & venera sancto. *quod indulgentia illa concessa in die Corporis Christi audientibus officia in Ecclesijs quod*

non

non extendatur ad Basilicam sancti Petri: sed dicendum est quod aliquando ponitur basilica pro Ecclesia, vel è conuerso, vt dicit Sicul. in Rub. de conf. ec. vel alt. & in d. c. I. & ad hoc allego text. in cap. omnes basilicæ. XVI. q. VII. iuncto c. omnes basilicæ. de consec. dist. I. *de quo dico* latius in tractatu Iubilęi in verbo Basilicas vel Ecclesias.

Quo-ad secundam partem huius regulæ, fuit ratio dubitandi, quia Cardinales Episcopi ratione Cardinalatus qui sunt sex videlicet, Host. Portuensis, Albanen. Sabinen. Pranestinus, & Tusculanus, & olim erat sancta Rufina, & fertur quod illa Ecclesia est vnita Portuen. & isti Episc. etiamsi essent absentes, habent iurisdictionē Episcop. & etiā collationem in dictis Episcop. suis, & possunt habere Vicarios, vt per totū titulū de officio 6

E *Vicarij. Item etiam alij Cardinales habent titulos suos in quibus habent Iurisdictionem Episcop.* & est textus vnicus in iure in c. his quæ. de major. & obed. & ibi doctores. *& sic videbatur, quod possent dimittere Vicarios ad confitendum, &c: tamen Papa vult contrarium hic, propter excellentiam Cardinalatus, & vt non sint absentes.*

Et ex ista regula sequitur quod beneficia illarum Ecclesiarum Vrbis Rom. quæ non sunt de titulis Cardinalium quod non sunt reseruata: ideò etiam in eis haberet locum gratia expectatiua etiam in præsentia Papæ: quia est ipsemet qui confert: ergò, &c: 7

Item sequitur ex verbis istius regulæ, quod si sit aliqua Ecclesia Romæ quæ non habeat Cardinalem pro tunc, sed alias est titulus Cardinalis, quod beneficia illius Ecclesiæ non sunt reseruata per hanc regulam ibi à Ro. Curia absentium &c: *& ideò haberet locum tunc expectatiua, puta in Ecclesia sancti Laurentij in Damaso, vbi sunt boni Canonicatus, & hoc maximè si Papa esset absens.*

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A ISta Regula) Videri poterat prima fronte quod Regula hæc superflua esset quatenus reseruat beneficia trium Ecclesiarum in ea expressarum aliaque beneficia in Vrbe existentia: cum illa omnia (nisi sublint titulis cardinalium quia in illis Cardinales ordinariam habent iurisdictionem & ius conferendi *c. his quæ ibi Felij. nu. I. de maior. & obed. Gomes. ad Reg. de triennali quæst. 31. nu, 17. vers. & eodem modo*: dummodo tamen sint in Vrbe præsentes, alias non: cum Papæ sint reseruata in illorum absentia: vt in hac Regul. disponitur) Papa conferat proprio iure, & ordinario, tanquam Episcopus Romanus *cap. si quis Episcopus, ibi dignetur Episcopus Romanus quæst. 16. cap. multum 3. quæst. 6.* Propius tamen eam consideranti patet, necessariam fuisse Reg. hanc propter dubitationem, quæ enasci posset in beneficijs vacantibus in dictis tribus Ecclesijs: quæ cum suos habeant Archipræsbyteros & Decanos, qui sunt Cardinales, potuisset dubitari, an ius collationis dictorum beneficiorum in ijs vacantium ad illos pertinuisset: 8 9

ideò necessaria fuit de ijs certa dispositio, vt rectè notauit post nostrum Glossographum Gomesius *in Reg. de Triennali quæstio. 31. nu. 16. vers. tamen videtur quod hodie non sit superflua. Aeneas de Falcon. tract. de Reseruat. 2. part. principali nu 9. vers dico quod facta fuit ad cautelam.* Insuper fuit necessaria dispositio huius regulæ, quò tollerentur varia indulta à diuersis Pontificibus concessa Archipræsbyteris, & Capitulis dictarum Ecclesiarum conferendi maiora illarum beneficia. Itaque ne possent vigore dictorum Indultorum eiusmodi beneficia cōferre, inducta fuit reseruatio huius regulæ. Quo verò ad inferiora beneficia, Papa nihil innouare voluit, si eiusmodi priuilegia se extendant ad omnia beneficia inferiora; sin aliter seruetur iuris communis dispositio, vt fuit resolutū in vna Romana Capellania S. Petri *9. Decemb. 1602 coram Illustriss. D. Mellino, informante Hieron. Gonzalez* vt de se ipse scribit *ad Reg. 8. Cancell. Glo. 13. nu. 26.* Cæterum hodie Cardinales obtinentes Episcopatus, seu Archiepiscopatus, & in ijs residentes, solent obtinere à Papa, vt omnibus gratijs prærogatiuis, fauoribus, &c. concessis Cardinalibus præsentibus in Curia gaudeant, ac si præsentes. &c. 10

B *Fuerint absentes*) Intellige à Romana Curia, aut à suis Episcopatibus, vel suis titulis vt hic etiam vult Glossographus. Neq; dicendum est quod hæc Reg. 11
corrigatur per sequentem de Alternatiua Mensium, quæ non reseruat beneficia ad collationem, prouisionem, &c. Cardinalium spectantia, quia loquitur de Cardinalibus residentibus in suis Diœcesibus, non etiam de ijs de quibus hæc Reg. loquitur, videlicet qui possident Ecclesias titulares de Vrbe, vel Episcopatus qui annexi sunt Cardinalatibus vt dicam infra *ad reg. seq. in glo. verbi quorumcumq; collatorum, &c.* Ideò non comprehendet hæc Reg. beneficia vacantia 12
in alijs Diœcesibus, vbi Cardinales accidentaliter sunt Episcopi & Archiepiscopi vt sunt in Hispan. Archiepiscopi Toletanus, & Hispalen. in Italia Neapol. & Mediolanen. & similes, qui ordinariè absunt à Curia, & in suis ecclesijs residēt. *Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. glo. 24. nu. 145.*

C *Et apponit Decretum irritans*) Decretum istud in fine huius Reg. appositum refertur, non solum ad omnia contenta in hac Reg. sed etiam ad omnes Regulas præcedentes, *Cassad. decis. 1. de Restit. spol. Put. decis. 108. nu 2. lib. 3. Nicol. Garcia de benef. part. 5. cap. 1. glo. 9. nu. 470* quod te velim Lector meminisse. Porrò de effectu Decreti irritantis vide Gabrielium *tract. commu. conclus. tit. de Clausulis Conclus. 3.* Gonzalez. *ad Reg. VIII. de Alternatiua, &c. in fi* & nouissimè Nicol. Garcia *tract. de Benef. part. 5. cap. 1. §. 9 per tot.* Mandos. *ad Reg. 7. quæst. 4. per tot.* Wames. *Consil. 256. nu. 14. & alibi vol. 1.* 13

Est principalior) Idem adstruit Zerola in praxi Episcopali *verbo Ecclesia §. 6.* qui laudat bullam PII. V. 94. & ratio est, quia prima omnium Vrbis & orbis Ecclesiarum, clausis vbiq; idolorum templis erecta, fundataq; fuit; ideòque iuxta versiculū vulgarem qui legitur in ipsa Ecclesiæ porticu caput est omnium 14
D

Eccle-

Ecclesiarum: *Per Decreto Papale, & Imperiale, Degn Chiesa me dato che sia capo.* Fuit autem à Constantino, postea quam baptizatus fuit à Silvestro Papa in Cœliomonte in ędibus nobilissimę familię Lateranensis mira munificentia, teste Damaso & Beda exornata, & dotata, & ab eodem Silvestro v. Id. Nouembris consecrata, quo die imago Saluatoris, quæ etiamnum conspicitur in tabulato supra altare maius opere Mosaico depicta populo Romano miraculosè apparuit, iamque à mille trecentis annis multorum incendiorum victrix perdurat.

E *Iurisdictionem Episcop.*) Plura hac de re vide apud Franciscum de Pauinis *tract. de officio & pot; c. Sede vac. in 6. præludio. nu. 9. Gomes. ad Regulam de Triennali quæstione 31. nu. 14.*

Regula VIII. Cancell. Clementis VIII. & Pauli V.

Reservatio mensium Apostolicorum et alternativa pro Episcopis residentibus.

ITem cupiens idem D. N. Papa pauperibus clericis & aliis benemeritis personis prouidere, A omnia beneficia Ecclesiastica B cum cura & sine cura, C secularia & quorumuis ordinum Regularia, D qualitercumque qualificata & vbicumque existentia, in singulis Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris & Nouembris mensibus, E vsque ad suæ voluntatis beneplacitum F extra Ro. Curiā, alias quā per resignationē G quocumque modo vacatura ad collationem, prouisionem, H pręsentationem, I electionem & quamuis aliam dispositionem, K quorumcumque collatorum & collatricum secularium & quorumuis ordinum Regularium (non tamen S.R.E. Cardinalium, L aut aliorum sub Concordatis inter Sedem Apostolicam & quoscumque alios initis, & per eos qui illam acceptare & obseruare debuerant, acceptatis & obseruatis, quę lædere non intendit cōprehensorum) quomodolibet pertinētia, M dispositioni suæ generaliter reseruauit. N Volens in supplicationibus seu concessionibus gratiarum,

quę de dictis beneficijs tunc vacãtibus, etiam Motu proprio fient, de mense in quo vacauerint, dispositiuè mentionem fieri, alioqui gratias nullas esse. O Ac consuetudines etiam immemorabiles optandi maiores & pinguiores præbendas, necnon priuilegia (*etiam in limine erectionis concessa*) & indulta Apostolica circà ea, ac etiam disponendi de huiusmodi beneficijs, aut quod illa sub huiusmodi reseruationibus nunquam comprehendantur, etiã cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs & fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus & alijs decretis, (*quorum tenores pro expressis haberi & latissimè extendi voluit*) quibusuis personis & collegijs, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis existentibus quomodolibet concessa, aduersus reseruationem huiusmodi minime suffragari. P Insuper Sanctitas sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis intenta, ipsis quamdiu apud Ecclesias aut Diœceses suas verè ac personaliter resederint dũtaxat, Q de oĩbus & quibuscũq; beneficijs Ecclesiasticis cum cura & sine cura, Secularibus, & Regularibus ad liberã ipsorũ duntaxat, non autẽ aliorum cum eis dispositionem, seu pręsentationem, vel electionem, R nec etiam cum consilio, vel consensu seu interuentu Capitulorum vel aliorum, aut alias pertinentibus, S quæ in antea in mensibus Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris & Decembris extra Curiam ipsam vacare cõtigerit (T dummodo alias dispositioni Apostolicæ reseruata, vel affecta non fuerint) liberè disponendi facultatẽ concessit: V ac etiam voluit, vt si ipsi in collatione aut alia dispositione beneficiorum in alijs sex mensibus, videlicet Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris vacaturorum (quæ etiam dispositioni suæ, vt præfertur, reseruauit) seu etiam aliorum dispositioni suæ & dictæ Sedis alias quomodolibet reseruatorum vel affectorum, sese intromiserint, aut quominus prouisiones & gratiæ Sanctitatis suæ de illis debitum effectum consequantur, impedimentum quoquomodo præstiterint, vsu & beneficio prædictæ facultatis eo ipso priuati existant: ac collationes & aliæ dispositiones de beneficijs illius prætextu deinceps faciendæ, nullius sint roboris vel momenti. X Illi verò qui gratiam alternatiuæ prædi-

ctæ acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi per patentes litteras manu propria subscriptas suoque sigillo munitas, & in sua quisque Ciuitate vel Diœcesi datas, declarare, & litteras ipsas huc ad Datariũ Sanctitatis suæ trãsmittere teneantur, quibus ab eo receptis & recognitis, tunc demum & non antea, vti incipiant gratia supradicta. Y Dercernens sic in prædictis omnibus per quoscumque, &c. iudicari debere, Z ac irritum, &c.

ARGVMENTA IN PROEMIVM.

Reg. VIII.

1. Hæc Regula doctissimis Commentarijs explanata est per Hierony. Gonzalem.
2. Res obscuræ & magnæ sub breuiloquio non facile explicantur.
3. Omnis Iurisdictio & potestas disponendi de beneficijs à principio non Apostolis, sed soli Petro à Christo data fuit.
4. Solus Papa initio nascentis Ecclesiæ ordinauit & instituit dignitates & beneficia Ecclesiastica.
5. Postea concessit Episcopis & Archiepiscopis facultatem conferendi beneficia in sua Diœcesi existentia.
6. Ante impedimentum huius Reg. Episcopi & Archiepiscop. communi iure conferebant beneficia in vtroque mense.
7. Per reseruatorias Regulas Ordinarijs nulla fit iniuria.
8. Pontifices de iure suo nonnihil decedere voluerint in gratiam ordinariorum, quibus quatuor menses ad conferendum permiserunt.
9. Ratio reseruationis Papalis.
10. Mensis Apostolicus quando incipiat & finiatur.
11. Impetrans tenetur probare narratiuam vacationis in qua se fundat.
12. Ratio alternatiuæ per Pontifices concessæ locorum ordinarijs
13. Pontifices posterioris æui sustulerũt omnes expectatiuas & mandata de prouidendo & reseruationes in fauorem.
14. Papa concurrit cum ordinarijs in mensibus ipsis concessis, estque præuentioni locus, si velit, licet nolit, nisi expressè deroget huic Regulæ.
15. Ratio cur in supplicationibus de beneficijs reseruatis vacantibus exprimi debeat dispositiuè mensis in quo vacauerint.
16. Papa non præsumitur velle conferre beneficia ad collationem ordinariorum, nisi ex tenore gratiæ constaret de præuentione.
17. Expressio vacationis in mense ordinario declarat intentionem præueniendi si supplicatio signatur.
18. Hæc aliæque regulæ reseruatoriæ expirant morte Papæ, ideoq; Sede vacante Episcopi conferent beneficia in vtroq; mense vacantia.
19. Hæc regula bimembris est: sub qua

 distinctio-

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

HAEc Regula antequam elucubratis Hyeronimi Gonzalei Icti. Hispani, Aduocati Curiæ Romanę commentationibus enodata, & elucidata esset, non planè perspicua erat, sed multis inuolucris obscura, & sinuosa, ita vt plerumque, imò sępisimè, animi pragmaticorũ in multis adhærescerent, & velut in biuio, quod dicitur, constituti, in diuersis illius locis dubitarent. Hinc 1
iusta, & vtili motus ratione idem D. Gonzalez, magno studio, cura, vigilijs ante annos circiter XVI. ea sub acumen doctissimi sui calami in Vrbe commisit, quæ huius Regulæ viam alioqui salebrosam, & difficilem, planam, apertam, tritam redderent. Ego verò materiæ huius (quæ alioqui necessariò influit in hunc tractatum) vtilitate accensus, vtpote quæ toto in terrarum orbe frequentissima est, non pauca ad vsum memoriæ, & exercitationis meæ, ac me magis, quam vt alios instruerem, non solum è scriptis eiusdem Dn. Gonzalei, sed etiam è diuersis aliorum DD. voluminibus diuersa succinctè compilaui, quorum, vt spero, lectione, Episcopi, alijque locorum Ordinarij qui gratiam alternatiuæ acceptare voluerint, ex facili videbunt, quæ sit illis concessa facultas per hanc Regulam conferendi beneficia in sua Diœcesi. Cæterùm, non potui non interdum prolixior esse, qui alioqui multiloquiũ vitare soleo: quia vt alicubi scribit Præsul Salesbriensis *li. 5. de Nugis Curialium*, Res magnæ succin- 2
ctè quidem à Sapiente proponuntur, sed nũquam perfectè sub angustia sermonis explanantur. Omittam tamen, ac præcidam quamplurimas ambages, vt & sinuosas, longèque petitas quæstiones, quæ lectoris mentem onerant magis, quam instruunt. Præmittam nihilominus certas quasdem conclusiones priusquam ad Regulæ explanationem me conferam. Imprimis notandum, quod 3
omnis Iurisdictio & potestas disponendi de beneficijs à principio non Apostolis, sed Petro illorum Principi, à Christo data fuit *cap. ita dominus §. huic enim 19. dist. cap. fin. 11. dist cap. in nouo 21. dist. Io. And. in cap. cum ex eo nu. 13. de Pœn. & remiss. Gomes. tractat. de expectatiuis num. 10.* Ideò solus Papa initio nascentis 4
Ecclesiæ

Ecclesiæ ordinauit & instituit dignitates & alia Ecclesiastica beneficia *cap. 1. & dist. 22. Io. Selua tract. de benef. part. 2. q. 22. nu. 3* & consequenter ad solum Papam spectabat collatio omnium beneficiorũ in Vrbe & in toto Orbe *Flam. Parisi. de Resig. benef. lib. 1. q. 10. nu. 47. arg. text. in d. cap. admonet Io. Selua. d. nu. 3.* Deinde, S. Pontifex concessit Archiepiscopis & Episcopis facultatem vt quilibet in sua Diœcesi beneficia ibidem consistentia conferre posset *cap. decreto. ibi qua vices suas &c: cap. qui se scit in pr. 2. quæst. 6. Hiero. Gabriel. cons. 197. nu. 3. & 9. lib. Simonetta tract de Reseruatio. quæst. 3. Flam. d. quæst. nu. 49.* per quam quidem facultatem seu concessionem Archiepiscopi & Episcopi de iure communi habent fundatam intentionem in iure conferendi omnia beneficia Ecclesiastica in suis Diœcesibus existentia *cap. regenda 10. q. 1. cap. Nullus omnino 16. q. 7. Gonzal. §. 1. proem. in pr.* vbi subijcit: quod ante impedimentum huius Reg. VIII. reseruatoriæ octo mensium, alijs reseruationibus cessantibus, Episcopi poterant conferre beneficia in quolibet mense vacantia, & habebant omnes menses liberos, *Gomes. d. tract de Expect. nu. 20. Crescen. decis. 3. nu. 4. de Priuil.* Vnde morte Papæ conferrent omnia beneficia in vtroque mense vacantia; cum reseruationes expirent illius morte *Nicol. Garcia in tract. de Benef. part. 5. c. 1. §. 11. nu. 645.* Attamen nulla est Episcopis & Archiepiscopis facta iniuria, aut præiudicium per hanc, aliasque præcedentes reseruatorias Regulas Papales: cum res ad suam primæuam naturam & originem reuertatur, *vt tradit Aeneas de Falcon. in tract de reseruat. 2 prælud. nu. 2. vers. vnde si contingeret, Mandos. in reg. 2. quæst. 2. nu. 12. ante finem & Staphileus de litt. grat. tit. Papa an grauet Eccles. &c. nu. 5.*

5

6

7

Verùm, quia per eiusmodi reseruationes & gratias expectatiuas ad vacatura abdicabatur quodammodo ius iam ante concessum ab ordinarijs collatoribus (quamquam non censetur id auferri quod precariò concessum est, non aliter atque si Episcopus potestatem conferendi beneficia Vicario suo tribuat: nam nihilominus ipse, si volet, conferet, & eiusmodi facultatem Vicario datam poterit reuocare, *Rebuff. in praxi tit. de forma Vicariatus nu. 89.*) Pontifices ne de se quererentur Ordinarij, diuidere voluerunt menses concedendo Episcopis tam residentibus, quam non residentibus quatuor menses, videlicet, Martium, Iunium, Septembrem, ac Decembrem, communiter dicti Ordinarij; & sibi reliquos octo menses reseruarunt, propter curam suam maiorem, & potestatem quam alioqui à se abdicare non potuerunt *Felij in c. dilecti nu. 1. de Maior. & obed. Couar. in c. quamuis pactum 2. part. §. 2. nu. 4. de pact. in 6.* 8

Sed & alia subest ratio eiusmodi reseruationis, quam promit Simon. *in tract. de Reseruat. quæst. 3. nu 5.* quæ similis est glossæ *in extrauaganti Ioannis 22. Execrabilis §. qua omnia, verbo reseruamus de præbend.* sic inquientis: si quæris à me quæ potuit esse caussa rationabilis, quod Papa ad se talia beneficia reuocauerit conferenda, possum respondere, quod cum ad eius sedem confluant vndecumque clerici indigentes, quibus paterna prouisione subuenire tenetur, iustum fuit & 9

K æquum

æquum adinuenire modum, per quem Papa poſsit de multis beneficijs prouidere. Aliam cauſſam non inſcitam addit Leſsius *tract. de Iuſt. & iure lib. 2. c. 34. dub. 10. nu. 48.* vt nimirum Eccleſiaſticorum & Eccleſiarũ quæ ſunt per orbem, maior ſit communicatio, & coniunctio cum Eccleſia Romana matre ſua, dum non ſolum, in ſpiritualibus quæ ſępè parum curantur, ſed etiam in temporalibus, & prouentibus Eccleſiaſticis ab ea dependent. Quò enim in pluribus ab ea dependent, & ad eam confugere debent, eò magis reuerentur, amant, & in ijs quæ ad fidem, mores, & ſacra miniſteria pertinent, ſe illi ſubmittunt: quod ſi in nullo ab ea dependerent, facilè vnio Eccleſiæ per ſchiſmata diſſolueretur. Merito ergò menſes anni partitus eſt inter ſe, & Ordinarios.

Interea hic veſim notes, menſem Apoſtolicum, ſeu reſeruatum, terminari in 10
media nocte vltimi diei, & ex illa dimidia nocte incipere menſem ordinariũ, *l. more Romana vbi Iaſ. & DD. de Ferijs Gomeſ. ad Reg. de infirmis 4. 38. per tot.* qua de re, & cui incumbat onus probandæ vacationis de momento, vide præter Nicol. Garciam *in ſuo tract. de Benef. part. 5. cap. 1. §. 11. vbi fuſiſsimè* Gonzalem *in glo. 11. per tot.* vbi etiam nu. 101. ſubijcit quod impetrans tenetur plenè, & concludenter probare narratiuam vacationis, in qua principaliter ſe fundat, ad in- 11
ducendam reſeruationem, vel vacationem ipſo iure *Rota deciſ. 16. de præbend. in No. Egid. deciſ. 211. Simonetta de Reſer. q. 24.* quod limita per not. Gonzalei, *vbi ſupra.*

Rurſum, quominus Pontifices recederẽt à facultate per eos data locorũ Epiſ- 12
copis, quoque magis iſti allicerentur ad reſidentiam, æqualiter diuiſerunt omnes menſes cum dictis Epiſcopis, alternatiuamque reſidentibus (quo-ad beneficia liberę dũtaxat collationis acceptare volentibus) conceſſerũt, vt in hac Reg. habetur: præterquam quod ſuſtulerint omnes expectatiuas, & mãdata de prouidendo, vt & reſeruationes ad fauorem certarum perſonarum, quod diſerte 13
etiã cauetur in Concilio Triden, *ſeſſ. 24. de Reform. c. 19.* Flam. Pariſ. *de reſig ben. lib. 2. q. 16.* exceptis tamẽ primar. Precibus Imp. ad quas ſcripſi opuſc. ſeparato

Secundò notandum, quod etiamſi ordinarij habeant quatuor menſes, vel ſex vt dictum eſt, ad conferendum beneficia ſuæ Diœceſis, nihilo ſecus tamen, poterit Papa prouidere, & cum ordinarijs concurrere in dictis mẽſibus contin- 14
gentibus, cum ipſe ſit ordinarius Ordinariorum *c. cuncta per mundum c. 1. nu. 4. de conceſſ. præbend. Staphil. de litteris Grat. in prælud nu. 8. Put. deciſ. 48. nu. 8. lib. 3. Rebuff in concord. Rub de mandat: apoſt. verbo Iure præuentionis, & in praxi tit. de Expectatiuis nu. 2. in fi.* ſic quidem vt illa prouiſio procedat, & teneat, quæ prius facta fuerit, ſiue à Papa, ſiue ab Epiſcopo, ita vt præuentioni locus ſit *cap. dudum 14. §. nos igitur de præbend. in 6. cap. ſi à ſede 31. d. tit.* quod vt ſit verum, non ſolet tamen, nec intendit Papa ejuſmodi prouiſiones facere, nec etiam expectatiuas concedere, vt quoad eius fieri poſsit, minimum recedat à facultate Epiſcopis per eum ſemel conceſſa, *text. in c. peruenit in fi. 11. q. 1. ibi ſi ſua vnicuiq;, &c.*

Imò

Imò quoad effectum alternatiuæ, coarctatur Papa ad non cõferendum, in men-
ſibus ordinarijs, obſtante decreto irritanti, *Mobed. deciſ. 1. nu. 4. Put. deciſ. 492.*
nu. 2. in fi. lib. 2. niſi experesſe Papa huic Regulæ derogauerit, vel alias proui-
ſioni adiecerit verbum vniuerſale ***quomodolibet***, *Put deciſ. 48. nu. 2 lib. 3. &*
deciſ. 215. & 222. lib. 1. Caſſad. deciſ. 15. nu. 4. & 5 de præbend. qua de re latius in-
fra Glo. XI. not. 4. Hinc factum, vt in noſtra Regula VIII. expreſſe diſponatur,
teſte D. Gonzale, *§. 4. proem. nu. 7.* quod in ſupplicatione gratiæ, etiamſi motu
proprio fiat, exprimatur diſpoſitiuè menſis vacationis: & hoc ideò, vt Papa 15
ſciat, ſi beneficium ſit reſeruatum ex eoquod vacauerit in ſuis menſibus: nam 16
vacaturum in menſibus ordinarjs, non intendit conferre. *Put. deciſ. 53. nu 5. lib.*
2. & deciſ. 25. nu. 1. nec etiam præſumitur velle, *Rota deciſ. 30. nu. 2 de præbend.*
in antiq. Gomeſ. in tract. de Expectatiuis nu. 16. circa med. Achilles deciſ. 6. nu. 1. de
priuileg. niſi tamen ex tenore gratiæ conſtaret de præuentione: quia tunc ceſſa-
ret dicta præſumptio, quæ non habet locum, quando de veritate apparet *l. nup-*
tura 57. in fi. ff. de iure dot. l. fin. in pr. ff. de neg. geſt. & dicitur cõſtare de præuen-
tione, ex tenore gratiæ, vt ſi quis v. g. narret vacaſſe beneficium in aliquo men-
ſe ordinario, nec expreſſerit aliquam Reſeruationem, quia tunc eo ipſo quod
Papa concedit gratiam, vult alium quemcumque collatorem inferiorem pręue- 17
nire, in euentum quo alia prouiſio anterior facta non fuerit, quoniam multò
melius declaratur voluntas factis, quam verbis, *l. ſi tamen 48. ff. de ædilit. edicto l.*
de quibus ff. de legib. Gonzalez. §. 4. proem. nu. 67. & ſeqq. qui citat Put. in terminis
deciſ. 59. lib. 3. ſed hodie nunquam Papa confert per præuentionem, debetque
Datarius reſpondere, Adeat Ordinarium.

Tertiò notandum eſt, quia hæc aliæque Regulę Reſeruatorię expirant mor- 18
te Papæ earum Conditoris, vt patet ex proem. Reg. ibi: ***Extunc ſuo tempo-***
re duraturas: ibique notaui, quod ceſſet reſeruatio menſium per hanc Regul.
inducta; ſic quod vacante Sede, Epiſcopi liberè poſsint conferre beneficia va-
cantia in omnibus menſibus, ſine aliqua diſtinctione, quia tunc ſunt obſtacula
ſublata, & omnes menſes dicuntur ordinariorum, *Milu in verb. reſeruatio verb.*
vltima, Simonetta de reſeru. quæſt. 58. nu. 14. Caputaquen. deciſ. 214. nu. 3. lib. 2. &
deciſ. 86. nu. 3. lib. 1. Creſcent. deciſ. 3. nu de priuileg. idque donec & quouſque
nouus Papa fuerit aſſumptus ad apicem Pontificatus, ac potius, donec is regulas
Cancellariæ publicauerit, quod ſolet poſtridie ſuæ aſſumptionis, vt notat
noſter Alphonſus *in proem. Regulæ Verſ. Item ponderandum.* & latiſsimè hac de
re Gonzalez *§. 5. proem. nu. 53. & ſeqq* vbi tractat, qualiter, & quando Epiſ-
copi conferant beneficia reſeruata, ſede Apoſtolica vacante.

Quartò, præmitto Regulam hanc duas habere diſtinctas partes principales. 19
Prima eſt; à principio vſq; ad verbum ***Inſuper:*** reſeruatque iſta pars, (& qui-
dem non obſtantibus quibuſcumq; conſuetudinibus, etiã immemorialibus, &

priuilegijs datis quibuscumque personis) omnia, & quæcumque beneficia vacantia in octo mensibus, & quidem vacantia quocumque modo, & qualiacumque sint beneficia, siue curata, siue non curata, secularia, & regularia, collatiua, vel electiua, & patronata, & qualitercumque qualificata, siue sint ad prouisionem virorum, siue mulierum tam secularium, quam regularium, dummodo tamen non sint vacantia per resignationem, vel vacãtia in Rom. Curia, aut non sint cõprehensa sub Concordatis factis inter Sedem Apostolicam, & alios quoscumque: his enim casibus exceptis, sunt reseruata dicta beneficia per 1. hanc Regulæ partem: modo in impetratione, & gratia etiam motus proprij fiat mentio clara, plana, & dispositiua de mense, in quo beneficia vacauerint, atq; hæc omnia sub nullitatis pœna. Secunda pars est à §. *Insuper:* vsque ad finem: & ista concedit Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis residentibus, alternatiuam in sex mensibus, videlicet Februarij, Aprilis, &c: conferendi beneficia quæcumque cum cura, & sine cura, regularia, & secularia, dummodo vacent extra curiam, sintque Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchæ residentes, & sint beneficia ad liberam illorum dumtaxat collationem, citra aliorum dispositionem, præsentationem, seu electionem pertinentia: denique dũmodo non sint beneficia alias dispositioni Apostolicæ reseruata, vel affecta.

Notandum quoque, quãlibet partem istius Reg. fuisse olim Regulam de per se distinctam, & separatam; nunc verò vnicam esse regulam vtramque partem complectentem: attamen discrimen interesse inter vtramque. Nam prima con- 20
tinet reseruationem, & manibus ordinariorum ligamen imponit: secunda verò, dictam reseruationem & vinculum moderatur, & partim relaxat, ac impedimentum remouet. prima est episcopis, & Ordinarijs præiudicialis, & detrahitur potestati ordinariæ, & corrigit ius commune, & eatenus Regula hæc odiosa est; quatenus tamen facta est vt pauperibus clericis, & alijs benemeritis
personis prouideatur, fauorabilis est & extendenda, Crescentius *decis. 20. nu. 6. de præbend.* Nam reseruationes omnes factæ sunt ad alendos litteratos, & vt obuiaretur abusibus Ordinariorum, qui plerumque non viris idoneis, sed amicis, consanguineis, familiaribus beneficia vt plurimum conferebant, aut si alijs, id precibus aut illicitis laicorum fraudibus fiebat. quare Ioannes XXII. *in extrauag. ex debito*, dicit se illã beneficiorũ reseruationẽ fecisse vt facilius & vtilius Ecclesijs prouideretur, quarũ diutina vacatio perniciosa pariter esset & dãnosa propter frequentes in electionibus & prouisionibus discordias. *Anast Germon. tract. de Indult. Cardin §. per quæ sublata nu. 35.* Secunda, est Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac alijs Ecclesijs fauorabilis, & proinde etiam ampliãda: cum innitatur iure communi, *Cassad decis. 8. nu. 6. de præbend. & decis. 4. nu. 2. de Priuileg. Mandos. ad Regul. 11. cancell. quæst. 11. num. 2. 3. 4.* Quam distinctionem, ad multa in progressu huius Commentarij, proderit scire, & retinere. 21

Quintò

Quintò, præmitto, quod quotiescumque lis intentatur, inter prouisum Apostolicum & prouisum ab Ordinario super quocumque beneficio reseruato, ratione mensium, Iudex, parte citata, & citatione reproducta, statim vbi summariè, & etiam extraiudicialiter cognouerit dictam reseruationem, fructus, & emolumenta dictorum beneficiorum sequestrari mandabit, & faciet, super quo est Constitutio Pii iv. de data 1560. Octob. 26. Cuius Constitutionis memini, ad Reg. 69. infra, sed obiter & cursim. 22

Sextò, Alternatiuam non solum habere locum in vacatione per obitum, sed etiam per assecutionem secundi incompatibilis, per renunciationem, priuationem, matrimonium contractum, & ingressum religionis *Zerola in praxi Episcop. part. 2. verbo Alternatiua §. 1.* vbi scribit si vacet beneficium per assecutionem secundi incompatibilis in mense Papæ quod valeat alternatiua & non poterit Episcopus conferre. Ideò Episcopus qui vult priuare aliquem beneficio, sit cautus, vt faciat cadere priuationem in mense suo, ad hoc vt possit de illo disponere. Zerola d. loco. Adest tamen Constitutio Pii iv. in Bullario fol. 682. de Priuationibus, quam vide: dat enim modum & formam quomodo beneficia vacantia per priuationem conferri debeant. 23

His ita expeditis; venio ad textum nostræ Regulæ, quæ ex præmissis satis summata est. Illius auctor fuit Clemens viii. Pontifex Max. quà virtute, quà integritate, quà animi modestia, quà denique eruditione, rerumque multarum experientia, in maximis Pontificibus numerandus est. Caussa illi fuit impulsiua, primò, vt pauperibus clericis de beneficijs reseruatis prouidere posset, vt patet ex principio Regulæ, & est iuri communi conforme. *cap. Ecclesiasticis 12. q. 2. cap. secundum apostolum de Prabend.* Nam conferre beneficium pauperi clerico, potius dicitur Iustitia, quam gratia, cum illi sit debitum: & propterea Rescripta in forma pauperum dicuntur, Rescripta Iustitiæ, *glo in cap. si pauper de Rescript. in 6.* Secundò, vt bene meritis beneficia conferret: quippe quibus beneficia, & dignitates propriè debeantur, vt docet *cap. graue 29. de Prabend. & cap. ex parte in fi. de Constit. cap. nihil est. cap. caussam quæ de electio.* cum Ecclesia indigeat viris doctis & litteratis: *cap. cum ex eo 34. ibi Io. Monachi nu. 1. de electio.* qui ad instar stellarũ in firmamento fulgent in Ecclesia Dei *c. fin de magist. Mandos. ad Reg. 16. quæst. 15. nu. 3.* modo tamen sint docti quoque moribus, *cap. cum in cunctis 6. ibi ætatis maturitas, grauitas morum, & litterarum scientia inquirenda, & c. innotuit 20. de electio. Concil. Trid. sess. 24. de Reform. c. 18.* Atq; tales meritò remunerandi, & honoribus à Principibus afficiendi sunt, vt habetur in l. 1. C. de Priuil. cor. qui in sacro palat. mil. lib. 12. & l. 1. C. de Præpos. agen. qua de re etiam pluscula scripsi in libris Politicorum, quos magno cum sudore in gratiam Principum & Palatinorũ, decurso tandem decennio confectos dicaui ter Maximo Pontifici Pavlo v. litteratorum fautori eximio, & nunc in Ecclesia Dei, Petri vices maximo Reipub. Christianæ bono, gerenti. Licet autem attendatur, 24 25 26

tur, in cōferendo, Clerici paupertas, ætas, eruditio, morum honestas, attamen consideratur quoque qualitas residentiæ in Curia, vt scilicet in conferendis beneficijs, præsentibus potius in Curia conferantur, quam absentibus, *arg. eorum quæ dicit glo. in d. Extrauag. Execrabilis, §. quæ omnia*: notatque noster Alphonsus ad Reg. 15. vers. venio nunc ad quartam. 27

Argumenta in Glo. I.

1. QVæ qualitates requirantur, vt beneficium Ecclesiasticum dicatur.
2. Altaria, Oratoria, & Capellaniæ, quæ fundatæ absque Episcopi, vel aliûs superioris auctoritate, non sunt beneficia Ecclesiastica, nec sub hac Regul. comprehenduntur.
3. Beneficia iuris patronatus mixti, vel etiam laicalis non comprehenduntur sub hac Regula.
4. Limita vt nu. 4.
5. Iuris patronatus beneficia ex præscriptione, vel consuetudine competen. an sub hac Reg. comprehendantur? & quid de Iure patronatus Ecclesiastico certis duntaxat personis debito, aut filijs patrimonialib⁹, cuiusmodi pleraque sunt in Hispania?
6. Prębēdæ quæ cōsistunt in mera tēporalitate, an sub hac Reg. includantur.
7. Vicariæ temporales, & non perpetuæ quæ non dantur in titulum non subsunt dispositioni huius Regulæ.
8. Vicariæ perpetuæ quæ dantur in titulum sunt beneficia Ecclesiastica.
9. Hospitalia etiamsi conferantur in titulum, non sunt per hāc Regulam reseruata: limita, vt ibi.
10. Pensiones an cadant sub dispositione huius Regulæ.
11. Pensio est quid temporale.
12. Pēsio extinguitur pensionarij morte.
13. Pensio quando dicatur beneficium Ecclesiasticum.
14. Præstimonia an sub hac Reg. comprehendantnr.
15. Quid in beneficijs manualibus?
16. Quid in beneficijs de mensa?
17. Vniones an veniant sub dispositione huius Regulæ?
18. Reseruationes expectatiuarum non capiunt beneficia vnita, nec vnienda cum vacauerint per cessum, vel decessum: quod limita, vt ibi.
19. Decretum Concilij Triden. circa vniones beneficiorum, &c.
20. Regula hęc non habet locum in commenda, seu temporali, seu perpetua ad fauorem cōmendatarij duntaxat.
21. Quid in Coadiutorijs?
22. Coadiutoria non inducit incompatibilitatem.
23. Materiam Coadiutoriæ qui tractent.
24. An sub reseruatione huius Regulæ cadant officia, quæ non dantur in titulum.

GLOSSA

GLOSSA I.

A OMnia beneficia Ecclesiastica) *Aduertendum in primis est, vt beneficium Ecclesiasticum dicatur, requiri qualitates istas: Primò, quod sit fundatum au-* 1
ctoritate Episcopi, Cæsar de Grassis decis. 13.num. 4. & sequentibus *Secundò, quod habeat quid spiritualitatis annexum* Abb. cons. 47. incip. Illud. de iure nu. 1. vers. Tertium consideratur. *Tertiò, quod sit conferendum clerico, non laico* cap. dum adeo de Rescript. *Quartò, quod conferri non possit nisi ab Ecclesiastica persona, puta Episcopo vel Prælato, non verò à laico* cap. si quis deinceps, c. si quis nullus 16. quæst. 7. *nisi sint beneficia Regalia, quæ ex priuilegio Apostolico pertinent ad collationem Regum* Archid. & Io. And. in cap. 2. de Præbend in 6. *de quibus diximus quædam supra ad Reg. 11. Quintò, quod sit perpetuum, hoc est: quod non conferatur ad certum tempus, sed perpetuò, & ad vitam eius, cui confertur, hoc enim proprium beneficiorum est* cap. Sanctorum 7. dist. c. pen. de cler. ægrot. Achill. de Grass. decis. 1. de off. Vicar. *Sextò, quod conferens non sibi sed alteri conferat, & quidem purè, & sine aliqua extrinseca conditione* cap. si quis dator & seq. capit. si quis obiecerit 1. quæst. 3. cap. ex parte 1. de officio deleg. cap. 2. de electio in 6.

2 *Ex quibus consequitur primò, quod altaria, oratoria, & capellania, quæ sunt fundata absq; Episcopi, vel alterius Superioris auctoritate, vt sunt permulta in Hispania, non sint beneficia Ecclesiastica, nec incidant in reseruationem huius Regulæ, ex quo primum, & quartum requisitum deficiant, etiamsi cætera adsint,* Guido Papæ quæst. 187. nu. 1. cum seqq. Nauar. cons. 5. de præbend. Greg. Tholos. in instit rei benef. cap. 12. nu. 10. *secus si essent erecta auctoritate Episcopi, & in titulos creata: tunc enim caderent sub reseruationem nostræ Reg. quia essent Ecclesiastica beneficia* glo. in clem. si. verbo beneficiorum de decimis, Selua de beneficio 1. part. quæst. 3. nu. 29. Rebuff. in praxi tit. seculare beneficium quotuplex nu. 13. & seqq.

3 *Quod fallit, nisi essent iurispatronatus laicalis, vel mixti, quia eiusmodi beneficia, sub hac Regula, non comprehenduntur, sicut nec sub alijs reseruationibus generalibus* glo. in cap. 2. verbo collatio. de præbend. in 6. vbi Gemin. nu. 11. Cassad. decis. 6. nu. 5. de iurepatro. Gomes. ad Reg. de Annali quæst. 7. nu. 4. Couar. in pract. q. cap. 36. nu. 3. & 4. Mandos. ad reg. 1. Cancell. quæst. 8. nu. 6. cum seqq. Achilles de Grassis decis. 3. de Iurepatro. & dicemus infra glo. VIII.

Et licet nonnulli voluerint ius patronatus mixtum, hoc est, partim laicale, partim Ecclesiasticum, sub reseruationem huius regulæ cadere, quasi ius patronatus Ecclesiasticum, tanquam dignius trahat ad se laicale minus dignum, & pars clerici trahat ad se partem laici cap. per tuas c. cõtingit de arbitris, Rota decis. 49. de concess. præb. in antiq. *nihilominus contraria receptior est opinio & verior: cum in fauorabilibus, potius sit attendenda*

attendenda qualitas laicalis, ne laicus propter clericũ perdat suum priuilegium, & ideò tale iuspatronatus mixtum, non cadit sub generalibus reseruationibus *Geminia in cap. vnico in fi. de iurepatro. in 6. Feliŋ. in cap. multorum nu. 3. verſ. & ideò singulariter de Iudeis Mandoſ. d. quæſt. 8. nu. 6.* & in terminis ita decisum esse scribit Achill. de Grassis *deciſ. du iurepatron. Put. deciſ. 157. num. 1. lib. 3.* vt nec sub Primarijs precibus Imper. quod ostendo ad Indultum Cæsaris Ferdinandi 2.

Quod tamen intellige, inquit Gonzalez *in glo. 18. nu 15.* quando patroni laici habent maiorem, vel saltem æqualem partem vocum in dicto iurepatronatus mixto: secus tamen esset si pars vocum patronorum Ecclesiasticorum, esset maior, & potentior, ac præponderaret vocibus laicorum, cum semper à potentiori fiat denominatio *l. quæritur de statu hom. Iaſon. l. in pr. nu. 21. ff. de verborum oblig. & in terminis Couar. in pract. quæſt. cap. 36. nu. 5. post med. & Crescen. deciſ. 3. Caputaquen. deciſ. 410. lib. 1.* 4

Intellige rursum, dummodo Iuspatronatus competat ex fundatione, cõstructione, dotatione, vel donatione facta, vel ab habente illud ex d. titulis. Nam reliqui patronatus competentes ex præscriptione, consuetudine, vel priuilegio, vsurpatione, aut quocumque alio modo, non prodessent, ad impediendam reseruationem huius Regulæ, *Nicol. Garcia. tract de benef. part. 5. cap. 1. §. 11. nu. 573.* qui ita decisum fuisse in vna Seguntina dimidiæ annatæ 26. Nouemb. 1593. scribit. & ratio est quia tales patronatus sunt hodie prorsus sublati per Concilium Trid. *ſeſſ. 25. cap. 9. de Reform. ibi reliqui patronatus.* Præterquam quod tales patronatus etiam ante Concilium Trident. includebantur sub reseruationibus. *Caſſad. deciſ. 4. nu 5. de probat. & deciſ. 7. num. 5. de Iurepatr. Couar. in pract. quæſt. cap. 36. nu. 6.* Sed an ius patronatus Ecclesiasticum certis duntaxat personis debitum, seu certo generi personarum, puta, consanguineis fundatoris, aut filijs patrimonialibus, sub hac Reg. comprehendatur? Negatiuè quidem resoluit Nicol. Garcia. *de benef. part. 5. cap. 1, §. 11. num. 562.* sed hoc quoad Hispanos duntaxat seu Castellanos, vt notaui infra *glo.* VIII. Nec videtur obstare quod contrarium haberet stylus Rotæ qui facit ius & pro lege habetur *Sarnen. in proem. Reg. quæſt. 5. in pr. Zerola in praxi part. 1. verbo Rota tribunal Vrbis*: quia illa derogatur per stylum & obseruantiam & consuetudinem particularem Hispaniæ vt dixit *Rochus de consuet. sect. 7. nu. 12. & seqq.* Nihilominus tamen cum affirmatiua sententia sit iam per Rotam recepta, *vt in Placentina Portionis, de anno, 1544. apud Put. deciſ. 164. l. 2. & in vna Calagurritana beneficij de arcana 29. Iunij* 1591. *coram Illuſtriſ. Seraphino*, in illam etiam inclinat idem Garcia *d. §. nu. 563* eò quod per tot Rotæ præiudicia stylus & consuetudo Curiæ sit introductus vt inquit Pauinus *in prabend. Extrauag. verſ. deciſiones Rota*, quæ facit ius etiam extra Curiam, *Maſcard. de Probat. concluſ. 485. num. 11*, atque ita videtur etiam illi standum in Hispania in qua contrarium obseruatur. Nam agitur de interpretatione Reseruationis, quæ emanat ab ipsa Curia, & attendenda est consuetudo 5

consuetudo loci, vnde traxit originem res de qua iudicari oportet *Aegid. decis. 2.* præterquam quod reseruationes habeant vim etiamsi non recipiatur vt subijcit idem Garcia. Nec obstare, quod non fiat mentio & derogatio obseruantiæ & consuetudinis preteritę *iuxta cap. 1. de Constit. in 6.* quia illa non est vllius considerationis stante interpretatione per singulos Pontifices renouantes Regulam & obstante decreto irritanti. Præterea Papa reseruando generaliter derogat omnibus iuribus, & statutis, seu consuetudinibus, & tollit omnem potestatem conferendi, *vt cum Io. de Lignano* dicunt Dominic. *in cap. fin. §. in præbendis. nu. 3.* & Francus *nu. 6* Mandos. *ad Reg. 4. quæst. 7. nu. 2.*

Secundò, ex præmissis infertur quod præbendæ temporales, quæ nihil spiritualitatis habent cuiusmodi sunt prædia, quæ conferuntur soluendis salarijs Aduocati, Procuratoris, musicorum, & similium de quibus glo. *in cap. cum M. de constitutio.* non comprehendantur sub hac regula, *Gonzales d. glos. 5. nu. 25.* quod secus esset, si præbenda sumatur pro ipso titulo beneficij, *vt in tit. de Præbend. & Concess. præb.* quia tùm certum est, quod cadet sub reseruatoria nostra regula, quæ reseruat omnia beneficia Ecclesiastica. 6

Tertiò, infertur quod Vicaria temporalis, & non perpetua quæ non datur in titulum, quales etiam sunt eæ, quæ sunt ad nutum amouibiles, quæ dantur à monachis, seu Regularibus mendicantibus, non veniat nec comprehendatur sub reseruatione huius Regulæ, *Hoieda de incompt. benef. part. 1. cap. 15. num. 16. glo. in cap. si pauper 30. verbo esset caussa mandati de præbend. in 6. Gomes. de expectatiuis nu. 94. vers. ex quo infero quod nec Vicarium temporalem*; quod secus est in Vicarijs perpetuis, quæ dantur in titulum: cum sint verè ecclesiastica beneficia, ideòque sub hac Regula includuntur *cap. G. perpetuis, de fide instrum. cap. postulasti de rescriptis, cap. ad hæc & ibi Abb. de off. Vicarij*, quod tamen limita nisi sint Vicariæ perpetuæ, de quibus in constitutione Pii V. quæ incipit ad exequendum, de data anni 1567. Cal. Nouembr. sub nu. 46. in bullario, per ea quæ latè tradit Gonzalez *glos. 5. §. 3. nu 59. & seqq.* 7 8

Quartò, infertur Hospitalia non venire sub dispositione huius Regulæ: cum regulariter appellatione beneficij non comprehendantur, *clem. quia contingit §. vt ante de relig. domibus, clem. per litteras. de præbend. Gomes. ad Reg. de Triennali q. 7. in fi. Mandos. ad Reg. 1. Cancellar. quæst. 9. nu. 2. Mohed. decis. 18. de caussa poss. & propriet.* etiamsi in titulum illa conferantur. nam cum sint ad nutum amouibilia, non veniunt nomine beneficij, ad effectum reseruationis, *Rota decis. 3. de Regul. in antiq.* quod secus esset 1. si in perpetuum h. e. ad vitam titulati conferrentur: quia tunc cum sint vera beneficia ecclesiastica, nihil obstat quominus sub hac reseruatione cõprehendantur, *Selua de beneficio 2. part. quæst. 11. nu. 13. in fi. Rebuff. in praxi tit. de deuolut. nu. 73. & in tract. Nominat. q. 15. nu. 13. vers. primo fallit, Gomes. Reg. de Triennali quæst. 7.* tunc autem conferuntur in titulũ perpetuum, quando in fundatione, ita cautum est, vel quando per electionem 9

 prouide-

prouideretur, *vt disponitur in d. clem. quia contingit §. vt autem.* Secundò limita,
nisi eiusmodi hospitalia essent accessoriè vnita alicui beneficio ecclesiastico; quia
tunc caderent sub reseruatione huius Regulæ, cum natura accessorij sit, vt se-
quatur suum principale, *Rebuff. in tract. Nominat. quæst. 15. nu. 14.*
Quintò infertur; quod Pensio reseruata super beneficio, siue à Papa, siue ab 10
Ordinario, non comprehēdatur sub hac Regula reseruatoria; cum pensio quid
sit temporale, distinctum, & separatum ab ipso beneficio: *Gigas tract. de Pensio* 11
quæst. 28. Crescentius decis. 14. de re iud. Gomes. in tract. de expect. nu. 91. in fi. & 92.
in pr. & vt esset beneficium, adhuc non posset cadere sub reseruatione: cum
pensio pensionarij morte naturali, vel ciuili, exstinguatur *Flam. Paris. de Re-* 12
sig. benef. lib. 6. quæstio. 2. nu. 113. Gigas de Pensio quæst. 1. nu. 5. & quæst. 54. & 55.
56. & 57. Quod tamen limita, nisi pensio constitueretur ad particulare alicu-
ius commodum super fructibus alicuius Ecclesiæ, vt deinceps sit beneficium Ec-
clesiasticum *Abb. per text. in cap. conquerente nu. 1. not. 1. de cler. non resid.* dicens
notandum esse ex illo textu, quod super reditibus vnius Ecclesiæ, potest con-
stitui certum beneficium, assignando certam pensionem ex reditibus Ecclesiæ,
in temporalitate beneficij nouiter creati: talis enim pensio esset Ecclesiasticum 13
beneficium, *Gigas de Pensio q. 20. vers. quarto limita & q. 67. nu. 1. & q. 99. nu. 22.*
in fi. Rota decis. 39. de rescript. in antiq.
Sextò infertur; quod prestimonia, non veniant sub dispositione huius Re-
gulæ: de ijs dico, quæ non dantur in titulum perpetuū, neque habent annexum 14
aliquod obsequium spirituale: quod nec sint beneficia Ecclesiastica, nec in illis
intret reseruatio *Hoieda de Incomp. benef. part. 2. cap. 8. nu. 2. & seqq.* quod se-
cus esset, si in titulum perpetuum dentur, & habeant aliquod obsequium spiri-
tuale; quia tunc censentur beneficia ecclesiastica sub reseruatione *Oldrad. cons.*
81. incip. quod concessus Mandos. ad Reg. de Annali q. 12. nu. 3. Menoch. de arb. iud. lib.
2. casu 201. nu. 55. Cassad. decis. 3. in fi. de præbend. atque huiusmodi sunt omnia
ferè prestimonia Hispaniæ, in quibus ex consequenti intrat reseruatio huius
Regulæ.
Septimò infertur; quod beneficia manualia, non cadunt sub reseruatione
huius Regulæ; siue sint secularia, siue Regularia *glo. in clem. vnica verbo Reuocari* 15
in fi. vers. & ob hanc caussam de supplen. neglig. prælat. Caldermus cons. 26 incip. An
in reseruationibus de præbend. rationem assignans, quia Papa, reseruando sibi col-
lationem beneficiorum, videtur intelligere propriè de collatione, quæ fit per-
petuò de beneficio: & postea subdit, quod aut Papa voluit talium beneficiorum
non perpetuorum collationem esse perpetuam, & tunc mutauit naturam bene-
ficiorum manualium, quod Papa facere non intendit, cum non exprimat *arg. c.*
t. dist. 10 & cap. querimoniam de iurepatro. aut non intendebat illam naturam mu-
tare; & minus intrat reseruatio, ex quo esset frustratoria, eo ipso quod posset
statim beneficiatus amoueri, Calderinum sequitur *Fely in cap. per tuas nu. 4. in*
fi. vers.

ß. verſ. adde & Calderinum de moior & obed. Aeneas de Falconibus tract. de reser. in 3. in principali nu. 25. verſ. beneficia manualia. Et quamuis Regula hæc exprimat beneficia Regularia, quæ regulariter, & natura ſua ſunt manualia, tamen aliquando ſunt perpetua *Caſſad. deciſ. 4. nu. 3. de Prabend. Nicol. Garcia de beneficijs part. 5. cap. 1. §. 11. nu 511. Achilles de Graſſis deciſ. 9. nu. 1. de prabend. Pariſ. de reſig. benef. lib. 11. q. 3. nu. 82. & ſeqq.* quod procedit, quamuis tale beneficiũ manuale vacet per obitum: quia quamuis ſit manuale, nihilominus per obitum vacare dicitur, *glo. verbo reuocari verſ. & ſcias in clem. vnica de ſupplend. neg. prælat. & ibi Card. & Inno. Milis in repertorio, verbo beneficium manuale.* ſi tamen Papa expreſsè reſeruaſſet, aut affectaſſet aliquod beneficium manuale, tunc intraret reſeruatio pro illa vice, & nullus inferior ſe intromittere poſſet *Achilles d. deciſ. 9. nu. 9.* nam de viribus reſeruationis, quando conſtat de voluntate, non eſt dubitandum, *Mandoſ. ad reg. 3. q. 10. nu. 3 circa med. plura de his beneficijs manualibus vide apud Gonzalem hic glo. 5. §. 6. per tot.*

Octauò infertur; quod beneficia de mẽſa non cẽſeantur reſeruata ſub diſpoſitione huius regulę. Beneficiũ de menſa dicitur, quod eſt perpetuò incorporatũ menſæ Epiſcopali, aut Capitulari, ſeu Abbatiali; itaquod nunquam vacat, nec in tali beneficio, datur negligentia in prouiſione *glo. verbo de menſa in clem. 1. de ſupplen. neg. prælat. ibi Inno. & Card.* Ideòque cum non detur vacatio, ſequitur quod non comprehendatur ſub hac regula, loquente de beneficijs vacaturis *Aeneas de Falcon de reſer. q. 3. pr. & ex cõſequẽti nõ cadunt ſub Primarijs precibus Imp.* 16

Nonò infertur; quod quoties beneficia vniuntur per viam ſubiectionis, ita quod vna Eccleſia, vel beneficium alteri ſubijciatur, pro augmento illius dotis & patrimonij: & tunc illa Eccleſia, ſeu beneficium, cui fit vnio remanet ſuperior, & principalior, ſeu principalius; vnitum vero beneficium, erit ſubiectum acceſſorium, adhærens & dependens ab illa, ſeu illo cui vnitur, ſeu incorporatur, *de quo eſt text. in cap. quia monaſterium de relig. domibus & ibi DD.* tunc eiuſmodi beneficia non comprehendũtur, ſub reſeruatione huius regulæ: cum non detur beneficium, nec vacatio, nec collatio beneficij vniti *Staphil de litteris grat. tit. de formis mandat. de prouid. §. ſecunda forma. nu. 2. verſ. dico excludendo, Rebuff. in praxi tit. de Vnio nu. 31. Gomeſ. de expectatiuis nu. 117. alias de mandato de prouidendo nu. 9.* vbi tenetur quod reſeruationes expectatiuarum, non capiunt beneficia vnita, imò nec vnienda vigore gratiæ de vniendo cum primum vacauerit per ceſſum, vel deceſſum titularis, *Rota deciſ. 3. de Rer. permut. in antiq. Felij in cap in noſtra 27. coroll. num. 23 de reſcript. Staphil. de litt. grat. tit. de formis mandat. de prouid. §. ſecunda forma nu. 3. 4. & 5.* 17 18

Limita primò, quod dicitur beneficium vnitum non intrare in reſeruationem, niſi eſſet vnitum alteri beneficio, in quo cadat reſeruatio: tunc quidem veniet in reſeruationem, non tanquam beneficium de per ſe, quod non eſt, ſed vti prædium, & patrimonium alterius beneficij, ſub noſtra reſeruatione incluſi

per reg. accessoriorum de reg. iur. secus tamen esset, quando vnio facta non esset alteri beneficio, sed alicui pio loco, veluti fabricæ hospitali, monasterio, vel similibus: quia tunc nec principaliter, nec accessoriè veniret, *Gonzalez in glo. 5. § 7. nu. 39.*

Limita secundò, nisi beneficium esset vnitum alteri beneficio æque principaliter, & iura vtriusque beneficij salua permanent, licèt ad inuicem communicentur, tunc enim cum beneficium vnitum non perdat nomen, nec titulum, nec effectum beneficij, vt si duæ parochiales, vel duæ dignitates vniantur, & vna fiat ex duabus, *de quo est text in cap. decimas in fi. 16. quaest. 1. ibi sicut enim Papa, &c*: nulla est ratio, cur hoc beneficium, quod remanet ex duobus beneficijs vnitis compositum, non comprehendatur sub reseruatione huius regulæ: idemque esset, si non solum duo, sed plura beneficia vniretur in vnum, prout æquè principaliter vniri possunt *c. si postquam 16. q. 1. Marian. Socin. in cap. sicut vnire nu. 81. de excess. prælat.* Hodie tamen, inquit Gonzalez, *d. loco.* ex decreto concilij Trid. *sess. 14. cap. 9.* ne diœceses, & Ecclesiasticus ordo confundatur, & vna Ecclesia duarum Diœcesium fiat, prohibetur vniones beneficiorum vnius Diœcesis, cum beneficijs, monasterijs, collegijs pijs, alterius Diœcesis; vbi etiam prohibentur omninò vniri Ecclesiæ parochiales, monasterijs quibuscumque, aut Abbatijs, seu dignitatibus, siue præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel collegiatæ, siue alijs beneficijs simplicibus, hospitalibus, aut militijs, & quæ vnitæ erant, reuideri mandatur, nec non prohibentur vniri dignitates, & Canonicatus, & præbendæ Cathedralium, ac monasteria, *vt in d. sess. 24. cap. 13. post pr. & sess. 6. c. 6. sess. 25. c. 9. in fi.* Permittit tamen concilium Trid. vniri beneficia curata, cum alijs curatis, propter earum paupertatem, & in cæteris casibus à iure permissis *vt sess. 21. cap. 5.* necnõ vniri beneficia simplicia, residentiam non requirentia Cathedralibus, vel Collegiatis, vel curatis Ecclesijs, ex dictis caussis *vt in d. c. 5. sess. 21 & d. cap. 13. sess. 24. & 15.* vt & Seminarijs scholarium: *vt in sess. 23. c. 18 vers. nec non beneficia* dummodo tamen iam sint erecta; nam si fierent ante erectionem, non tenerent vniones, *vt censuit S. Congregatio Concilij in vna Gienen. & resoluit Rota in eadem caussa Gienen. Præstimonij 17. Aprilis 1594. coram Illustriß. Blanbetto.* 19

Limita tertiò, nisi vnio sit facta, solum quo-ad erectionẽ, & gubernationem ambarum Ecclesiarum, non etiam vt bona illarum vtrisq; cõmunicentur: quia tum habet locum reseruatio huius Reg. *Concil. Trid. sess. 21. cap. 7. c. si Episcopus de off. ord. in 6.* Vnde quando duæ Ecclesiæ similiter vniuntur, & vnus, & idem administrator bonorum est vtriusque Ecclesiæ, non ideò bona vnius Ecclesiæ transeunt in dominium alterius Ecclesiæ, *per not. Ben. Vbald. in tract. de Vnion. c. 2. nu. 12. Ferretus cons. 242. nu. 13. Rota. d. decis. 73. nu. 3. part. 2. diuersorum.*

Cæterùm notandum; vnionem censeri, & præsumi factam, à ccessoriè, vel ad inuicem, & æquè principaliter, *gloss. in clem. 2. verbo Ecclesias de prebend. & ibi DD. &*

DD. & Fely in cap. translato, nu. 6. in fi. de constit. Rebuff. in praxi tit. de Vnio. nu. 19. Hoieda de Incomp. benef. part. 2. cap. 3. nu. 5.

Decimò, infertur Regulam hanc reseruatoriam non habere locum in commenda, siue ea sit temporalis, & ad nutum amouibilis donec Ecclesiæ prouisum sit de Rectore, vt in casu cap. deinceps 15. de electio. in 6. cum per illam detur ius ad rem, nec in re, & quandocumque poterit reuocari, *Rota decis. 1. de prabend. in antiq. Gomes. de non tollen. iur. quæsito quæst. 4. nu. 22.* siue sit perpetua ad fauorem personæ, & vitam cõmendatarij, cum iure percipiendi fructus: quia licet ista sit perpetua ad vitam, tamen ad effectũ reseruationis, beneficium propriè non dicitur, sed cessante commenda per obitum commendatarij, tunc non dicitur beneficium per obitum illius, sed vacat semper, vt prius: ita vt non sit attendendus mensis in quo obierit commendatarius, *Cassad. decis. 5. nu. 2. 9. 10. & 12. de priuilegijs & decis. 2. num. 4. de Vnio. Simonetta de Reser. q. 59. num. 6. Milis in repert. verbo beneficium vacans reseruatum, &c. num. 27. Mohed. decis. 4. & decis. 9. de prabend. Gomes. in Reg. de Triennali. q. 5. Nauar. in manuali c. 25. nu. 126. in fi. & cons. 1. nu. 89. de constit. & cons. 28. de prabend.* 20

Vndecimò, infertur nostram Regulam locum non habere in Coadiutoria, siue ea sit simplex, siue cum futura successione ob fauorem, & vtilitatem Ecclesiæ, propter ægritudinem corporis, vel animi coadiuti, *de qua tot. tit. de cler. ægrot. lib. 6* aliasque ob caussas, quæ solent attendi, quando contemplatione Ecclesiæ Coadiutor datur, de quibus plene Gonzalez *hic glo. 5. §. 9. nu. 25. & seq.* cum talis coadiutoriam, obtinens non dicatur beneficiatus, sed beneficiati coadiutor: ideòque talis coadiutoria, non vacat, aut vacare potest in aliquo ex mensibus nostræ Reg. sed cessat, & extinguitur, cessante vita vel impedimento coadiuti, *c. grandi in fi. de supplenda negl. prælat.* siue etiam sit Coadiutoria perpetua, cum futura successione, cum non sit quoque beneficium Ecclesiasticum, vt tradit Greg. Tholosanus *in instit. rei benef. c. 11. nu. 2.* & sic non potest inducere incompatibilitatem, vti fuisse resolutum in Rota scribit idem Gonzalez *d. loco nu. 64.* subdens rationem, quod talis Coadiutor non tenetur ad præcisam residẽtiam, cùm beneficium non habeat, sed solum tenetur ad causatiuam, quæ tantum inducit priuationem fructuum non tituli *Put. decis. 226. nu. 3. lib. 3.* Porrò materiam Coadiutoriæ concernentem vide apud Io. And. *in cap. fin. de cler. non resid.* vbi facit vtile compendium diuisum in XI. quæstiones, quas etiam reassumunt Io. And. Anto: de But. & Inno. & postea aliquot recentiores. 21 22 23

Duodecimò infertur, quod officia Ecclesiastica, quæ in titulum non dantur, veluti est officium custodis, Cellarij, Protonotariorum, & alia officia, de quibus Gomes. *ad Reg. de Infirmis quæst. 22.* Mandos. *ad Reg. 21. quæst. 7. & ad Reg. 32 quæst. 2.* non cadunt sub reseruationem huius Regulæ: quod secus est in ijs officijs, quæ reuera sunt beneficia Ecclesiastica, veluti sunt Thesauraria, Sacristia, Primatus, Archipræsbyteratus, Præpositura, & similia, de quibus diuersi sunt 24

sunt in iure canonico tituli, quia istiusmodi officia sub reseruatione huius Reg. comprehenduntur, cum in nihilo distent à beneficijs Ecclesiasticis *cap. 1. §. cum verò de concess. Preb. glo. in clem. 1. verbo officijs de Decimis, Rebuff. in praxi tit. seculare beneficium quotuplex, nu. 6.*

Argumenta in Glos. II.

1. REquisita vt beneficiorum curatum dicatur.
2. In dubio præsumitur potius beneficium simplex, quam curatum.
3. Beneficium curatum differt ab Ecclesia parochiali, & in quo.
4. Per actum baptizãdi, non arguitur cura animarum.
5. Cura animarum non infertur ex iure sepeliendi, nec ex iure decimarum.
6. Beneficium curatum nõ facit potestas fori contentiosi.
7. Quando Ecclesia Collegiata habet curam animarum, talis cura nõ pertinet ad singulos Canonicos, sed ad totum Collegium.
8. Beneficium curatum non dicitur, quãdo non habet curam perpetuam.
9. Curatum beneficiũ non dicitur Prioratus per Vicarium perpetuum deseruiri solitus.
10. Curata beneficia vacãtia per obitum in mẽsibus Apostolicis sunt reseruata, iuxta dispsitionem huius Regulæ.
11. Curata beneficia prouideri debẽt per concursum, etiamsi sint reseruata ratione mensis vel alias, etiamsi vacent in Curia.
12. Concursus ad parochiales vacantes in mensibus reseruatis potest omitti in multis casibus, ibi remissiuè.

GLOSSA II.

B *CVm cura, & sine cura*) Quoniam apertè sub dispositione huius Reg. includuntur beneficia cum Cura, videndum est obiter, quæ sint illa, & quæ cõcurrere debeant, vt sit curatũ beneficium. Primò requiritur, vt habeat potestatem ligandi, & soluendi in foro pœnitentiali, quæ non cadit, nisi in sacerdotem *c. in nouo 21. dist. glo. in clem. dudum, verbo impediant ibiq; Imno. & Anchor. Abbas in c. dudum 2. nu. 7. de electio.* Secundò requiritur, quod sit certa parochia, vel locus certis finibus, & limitibus constitutus, ac designatus, in quo populus alicui Ecclesiæ deputatus degit *c. Eclesias 14. q. 1. in pr. Concil. Trid. sess. 24. de Reform. c. 13 ibi, vbi parochiales, &c.* Tertiò requiritur, vt illius possessor exerceat curam nomine suo, & non alieno, *cap. extirpanda §. qui verò, de prabend. Rebuff. in praxi tit. de non promot. infra annũ nu. 36.* nisi sit principalis dignitas in Collegiata, *Milis in repertorio, verbo beneficium nu. 22.* Quartò requiritur, vt solus suo 1
nomine

nomine regat, non cum duobus alijs, vel pluribus: quia vt vnum corpus, duo capita habere non potest, nisi monstrum sit, sic nec Ecclesia duos, vel plures Curatos *cap. cum non ignores de praebend. cap. in apibus quaest. 1. cap. sicut vna 22. quaest. 2. Oldrald. cons. 67. incip. Quaestio talis est nu. 1. Masc ard. de probat. conclus. 469. incip. curam animarum.* In dubio autem praesumitur potius beneficium simplex quam curatum, & alleganti incumbit onus probandi hanc qualitatem, *Bellam. decis. 676. si impetrans, Staphil. de litt. grat. tit. de Qualit. & statu benef. §. vt sciri possit nu. 2.* Interest tamen inter beneficium curatum, & Ecclesiã parochialem, quia potest esse beneficium curatum, absque eo quod sit Ecclesia parochialis, vt si sit aliqua Ecclesia ruralis, & ad eam de nouo aduenia nt homines, ad inhabitandum: licet dici possit Ecclesia curata, non dicitur tamen Ecclesia parochialis, si non habet certum territorium, vt post Io. And. & alios *in cap. super eo de Praebend. in 6. Rebuff. in Concord. tit. de Collatio. §. statuimus. in verbo parochiales.* & propterea, melius est exprimere, quod sit beneficium curatum, *Hoieda de incomp. benef. part. 1. cap. 13. nu. 2. post med.* 2 3

Ex his infertur primò, quod etiamsi deficeret fons baptismalis, non propterea desineret esse Ecclesia parochialis: quia per actum baptizandi, non infertur cura animarum, *Mascard. de probat. conclus. 469. num. 9. Hoieda de incomp. benef. cap. 13. nu. 8.* 4

Secundò infertur; idem dicendum quo-ad sepulturam seu actum sepeliendi *Hostien in summa de Sepult. §. 2. & 3. Hoieda vbi supra, num. 10. Mascard. dicto loco numer. 10.* 5

Tertiò, Idem quoque dicendum, si ecclesia non percipiat decimas: quia non eò infertur, non esse parochialem, nec è contra, *Mascard. conclus. 589. nu. 6. Rom. Consil. 356. nu. 3. & 4.*

Quartò infertur; quod potestas fori contentiosi, v. g. quod quis habeat iurisdictionem in spiritualibus in foro exteriori, prout est suspendere, excommunicare, absoluere, visitare, & alia eiusmodi, quae ad correctionem morum pertinent, non facit propriè beneficium curatum, *Inno. in cap. dudum 2. num. 11. vers. nam modus vbi Abb. nu. 7. in fi. de electio.* 6

Quintò infertur; quod quando Ecclesia Collegiata habet curam animarum, talis cura non pertinet ad singulos canonicos illius, sed ad totum Collegium, vnicam personam Rectoris repraesentans *Oldrad. cons. 67. num. 1. in fi. Cassad. decis. 11. de praeb.* In Hispania autẽ & Italia tales sunt plures Collegiatę & Parochiales Ecclesiae quae reguntur per omnes de Collegio hebdomadatim. 7

Sextò, infertur quod beneficium curatum, non dicitur, quando non habet curam perpetuam, sed tantũ ad certum tempus *Hoieda de incomp. benef. d. cap. 13. part. 1. nu. 52.* 8

Septimò, curatum beneficium non dicitur Prioratus per Vicarium perpetuum deseruiri solitus: quia solus Vicarius perpetuus habet curam, non etiam 9

Prior,

Prior, *Probus in addit ad Monach. i 1 cap. super eo num. 6. num 77. de Prabend in 6.*

His, & similibus casibus, quos copiosè explicatos habes apud Mascardum, & Hoiedam *d. locis*, beneficia non dicuntur curata, & propterea nonincluduntur sub reseruatione huius nostræ Regulæ.

Istis casibus cessantibus, beneficia curata vacantia per obitum in dictis mensibus Apostolicis, erunt reseruata, etiamsi vacent in Curia, *Flam. Paris. de Resig. ben. lib. 1. quæst. 7. nu. 12.* ita tamen, quod illorum prouisio fiat per concursum, vt disponit Concilium Trid. *sess. 24. de Reform. cap. 18. post pr. ibi: etiamsi ipsa parochialis Ecclesia reseruata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, &c.* & in sua Constitutione PIVS V. quæ incipit In conferendis de data 15. Kal. April anni 1566. Ideòque in tali euentu Episcopus habita notitia vacationis, proponit edictum pro concursu, & mittit approbationem factam ab examinatoribus in Sinodo deputatis, & à Sede Apostolica confertur approbatio, vt colligitur ex dicta Constit. PII V. atque ita fuit sępius decisum in Congregatione Concilij Trid. teste Gonzalez *hic glo. 6. nu. 113.* Sunt tamen multi casus, in quibus Papa solet prouidere de parochialibus per obitum, vt dictum est, vacantibus absq; concursu, præuio duntaxat examine, ad curam animarũ, quos breuitatis causa, & si alioqui sint lectu dignissimi, prætermitto; sufficiat Lectorem remisisse ad eundem Gonzalem *d. glo. 6. nu. 115. vsq; ad nu. 162.*

10 11 12

Argumenta in Glo. III.

1. Beneficia omnia præsumuntur secularia, nisi probentur Regularia.
2. Hæc Reg. reseruat non solum seculalaria beneficia, sed etiam Regularia, quorumuis ordinum.
4. Beneficia regularia quæ dicantur?
3. Sub generali reseruatione, non comprehenduntur beneficia Regularia.
6. An sub hac Regul. comprehendantur beneficia Regularia ordinum militiarum.
5. Sub hac Reg. comprehenduntur Prioratus S. Augustini, Dominici, & similes.

GLOSSA III.

C SEcularia & quorumuis ordinum Regularia) Secularia præsumuntur omnia beneficia nisi Regularia probentur, *Rota decis. 2. nu. 2. de prabend in No. Milis in verbo beneficia omnia sunt secularia Rebuff. in praxi tit. quotupiex sit beneficium* 1

neficium, nu. 4. Hoieda de Incomp benef. in præfat. num 6. Mascard. de probat. conclus. 172. nu. 1. Porrò non solum reseruat hęc Regula beneficia secularia, sed etiam regularia quorumuis ordinum: quia nimirum, in generali reseruatione beneficiorum, non censentur reseruata beneficia Regularia, nisi specialiter exprimantur, *Gaspar de Perusio de Reser. q. 4. nu. 29. Flam. Paris. de Resig. benef. lib. 11. q. 3. nu. 82.* Dicuntur autem Regularia beneficia, de quibus in fundatione dictu m fuit, vt per religiosos regerentur *Io. Selua de beneficio part. 1. quæst. 4. nu. 24. Pet. Tholosan. in instit. rei benef. cap. 10. nu. 12. Alphon. Hoieda de incomp. benef. part. 1. c. 24. nu. 92.* vel illa quę per 40. an. consueta sunt regi, per viros regulares *text. in cap. cum de beneficio. de prebend. in 6. Rota decis. 2. nu. 2. de prebend. in No.* Adeo quod per lapsum dicti temporis, beneficiū seculare mutet statum, & efficiatur regulare, dummodo tamen adsit bona fides, & is qui possidet beneficium tanquam regulare, habeat titulum institutionis vti de tali beneficio regulari, *Lapus in c. cum de beneficio nu. 1. de prebend. in 6. & ibi Geminia nu. 6. Feliij in cap. in nostra nu. 41. vers. 2. nota diligenter de rescript.* vbi dicit quod saltem in illo, qui incepit possidere beneficium tanquam regulare, requiritur dictus titulus, ac postea per alios potest continuari talis possessio, *adde Hoiedam d cap. 24. nu. 92.*

Porrò notandum, quod etiamsi hæc Reg. comprehendat regularia beneficia quorumuis Ordinum, non tamen venient, aut comprehendētur Prioratus Religionum sancti Augustini, & sancti Dominici, & alij similes, quia perpetui non sunt, prout requiritur vt dicantur Ecclesiastica beneficia, nec etiam dicti fratres mendicātes possunt habere beneficia Ecclesiastica, vt tradit noster Alphonsus *ad Reg. 8. Cancell. vers. ex quo sequitur.* An autem comprehendet beneficia regularia ordinum militarium, consule Gonzalem *in glo. 8. nu. 52. & seqq.*

(Right margin numbers beside these paragraphs: 2, 3, 4, 5, 6)

Aagumenta in Glo. IIII.

1. In generali dispositione nō veniunt beneficia qualificata.
2. Quæ beneficia includantur sub dispositione huius Reg
3. Beneficia patrimonialia, an comprehendantur sub dispositione huius Regulæ.
4. Beneficia monocularia, sub hac Regula comprehenduntur, & quæ dicātur beneficia monocularia.
5. Beneficia monocularia Papa in suis mensibus confert: modo tamen mentio fiat monocularitatis.
6. Dignitates maiores, & minores sub hac Reg. includuntur.
7. Canonicatus Doctorales, & Magistrales, qui per concursum conferuntur, sub hac Reg. non comprehenduntur.
8. Beneficia consistētia in Ecclesia, non numerata, an sub hac Reg. comprehendantur?

9. Quid in beneficijs nouiter erectis?
10. Gratia, seu reseruatio facta ad fauorem certæ personæ de beneficio vacaturo, non se extendit ad beneficium post datam gratiæ creatum.

GLOSSA IV.

D QUalitercumque qualificata) Hæc verba fuerunt addita, inquit Gonzales, hic, glossa 9. Imprimis, vt remoueretur omnis scrupulus, an sub generali reseruatione beneficiorum, venirent beneficia qualificata: nam 1 in generali dispositione beneficiorum, qualificata beneficia sæpe non includuntur, *text. in cap. licet canon. 14. iuncto cap. statutum de Electionibus in 6.* Secundò, vt postquam iam expresserat Reg. nonnullas qualitates in specie, videlicet omnia beneficia, cum cura, & sine cura, item secularia, & regularia, demum vniuersali locutione comprehenderentur omnia genera, omnesque qualitates be- 2 neficiorum, & sic includuntur omnia beneficia, (exceptis ijs, de quibus supra in glo. verbi *omnia beneficia*) cuiuscumque generis, & qualitatis fuerint, & vbicumque sita fuerint, vt hic in verbo, *vbicumq; existentia*; nimirum, siue fuerint in Ecclesijs Patriarchalibus, Metropolitanis, seu Cathedralibus, & Collegiatis, siue fuerint beneficia diuersarum Prouinciarum vnita, siue etiam fuerint beneficia patrimonialia, quæ nimirum conferri debent natis, vel oriundis illius patriæ, vel Ciuitatis in qua consistunt, vel certo generi personarum hoc est ipsis filijs naturalibus, & patrimonialibus, teste Puteo, *decis. 164. nu. 1. & 2. lib. 1.* Flam. Paril. *de resig. benef. lib 2 q 2. nu. 16.* nisi tamen in Indulto, seu priuilegio concesso super beneficiorum patrimonialium prouisione adsint tales clausulæ quæ vincant & superent reseruationem huius Reg. & verisimile sit Papam nolle cōprehendere tale Indultum sub Regula, vt in Indulto CLEMENTIS VIII. super beneficijs patrimonialibus Diœcesis Calagurritanæ vt notat Gonzalez *glo. 9. §. 1 nu. 72. & seq.* qui scribit non intrare reseruationē huius Re- 3 gulæ quo-ad beneficia patrimonialia Diœcesis Calagurritan. stāte dicto indulto cōcesso super modo & forma prouidendi de dictis beneficijs sub die 28. Aprilis 1596. cuius clausulā ponit, nēpe quod nō cōprehēdātur sub aliquibus derogationibus, reseruationibus, & Regulis Cancell. sub quibusuis clausulis, & decretis etiam derogatoriarum derogatorijs nec derogari possit, aut censeatur, nisi de Episcopi, & Clerici Calagurritan. & Calciaten. & hominum dictarum Diœcesium consensu, alias derogatio ipsa nulla sit: quæ clausula potentissima est, & nūquam intelligitur sublata deficiente dicto consensu *Rota decis. 137. nu. 3. part. 1. diuers. & decis. 304. part. 2. diuers. Gonzalez d. loco nu. 73.*

Sed quid in monoculari beneficio? sub hac Regula illud comprehendi pleriq; 4 sentiunt

sentiunt & rectè : idque propter verbū (*qualitercumq;*) quod est generalissimum: diciturq; beneficium monoculare, quoties in vna Ecclesia vnum dumtaxat est beneficium, vel quoties collatori competit vnius tantum beneficij collatio, & vtrobique casu eiusmodi beneficia, tam Papam, quam illius Nuncium conferre existimo in suis mensibus, tum per hāc Reg. VIII. tū per Concordata nationis Germanicæ, vt præter eundem Gozalem *d. gloss. 9. §. 4. num. 15.* apertè adstruit D. Wamesius *tom. 1. Consil. 42. nu. 6. & seqq.* & Nouissimè Nicolaus Garcia *tract. de benef. part. 5. cap. 1. nu. 519.* quod tamen singulariter limita, dummodo in impetratione facta fuerit mentio monocularitatis, alias, si hoc non exprimitur in gratia, non comprehendet beneficium monoculum, *Felij in cap. In nostra nu. 23. de Rescript.* atque ego secundum istorum opinionem datus Referēdarius per R. D. Aegidiū de Glen Officialem Leodien. meritissimū, iudicaui nuper in vna Thurinen. Capellania pro D. Quirino Bistain prouiso auctoritate Nuncij Colonien. de beneficio monoculo, contra D. Guilielmum le Voué Pastorem Ecclesiæ Parochialis Thurinen. qui prætēdebat se in possessione cōferēdi beneficiū monoculū in sua Ecclesia sitū et hæc beneficia monocula nō cadere sub Primarijs Precib' Cæsaris ostēdo ad Indultū Ferdinandi II. Imp. 5

Aduerte tamē, quod non dicetur beneficiū monoculū, si quis habeat beneficij vnius collationē tantū & in alio præsentationē; vel si quis haberet collationē in vno solus, & cum alijs collationē in pluribus, quiatū non esset monocularis collator, vt post Felij *in d. c. In nostra nu. 23. vers. declara illud*, respōdit D. wames. *d. cōsl. 42. nu. 7. Rota decis. 241. in antiq.* Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. cas. 201. nu. 69.*

Denique, comprehendentur sub hac Reg. omnes dignitates maiores, & minores cuiuscumque qualitatis, maximè stante dicta dictione *qualitercumque* 6 quæ est vniuersalis, & generalissima, & comprehendit etiam in materia odiosa maiora expressis *cap. solita vers. quodcumq; ligaueris, & ibi Abb. not. vlt de maior. & obed. Feij. in cap. de quarta nu. 15. de Rescript. Crescent. decis. 1. de priuileg.* Non tamen comprehendentur sub reseruatione dictæ nostræ Regulæ Canonicatus Doctorales, & Magistrales, qui præsertim in Hispania sunt cōferendi per concursum vni Doctori, seu Licentiato in Iure, vel in Theologia, vt multis rationibus, reiecta contraria opinione probat Gonzales *d. gloss. in §. 2. num. 63.* qui 7 quoque *in §. seq.* docet beneficia consistentia in Ecclesia non numerata, vbi scilicet non adest certus numerus Canonicorum, seu aliorum beneficiorum, 8 sed secundum augmentum, vel decrementum fructuum beneficiati crescunt vel decrescunt, *vt in c. dilecto 25. vers. preterea de prebend. & ibi Inno. Ant. de bul. Abb. & alij* non includi sub hac Regula reseruatoria.

Sed an comprehendet beneficia nouiter erecta, post datam reseruationis, dubitationem mouet, quod reseruatio non capiat beneficia creata, & erecta, post

 9

datam reſeruationis, *vt tenuit Rota deciſ. 32. nu. 7. de præbend. in Antiq. & Simonetta in tract. de reſeruat. quæſt. 12.* Contrarium tamen dicendum eſt: tum quod regula noſtra ſit generalis, quæ ſemper reſeruat, ſemperque loquitur, *l. Arriani C. de hæret. Caputaquen. deciſ. 220. nu. fin. part. 1.* Ideoque non poteſt conſiderari creatio noua beneficij, poſt ipſam reſeruationem: quia tam ante creationem, quam poſt, Regula noſtra ſemper reſeruat, *Aeneas de Falcon. de Reſer. quæſt. 3. principali num. 8.* tum quia quãdo reſeruatio eſt generalis, & fauorabilis, non autem ſpecialis, nec pro certa perſona, vt in caſu præſenti, reſeruatio capit beneficia poſtea erecta, vt firmat Lapus *in c. propter tuanu. 4. verſ. ſed contra quia, de reſcript. in 6. Aene. de Falcon. d. quæſt. 3. nu. 8. per tot. Mandoſ. in Reg. 3. Cancellaria nu. 21. verſ. contraria opinio verior eſt: faciunt not. Menochij lib. 4. de præſumpt. 127. nu. 26.* Nec obſtat quod in contrarium adductum eſt: quia illud procedit in reſeruationibus ſpecialibus, pro certis perſonis, iuxta terminos clem. finalis de Reſcriptis, vbi gratia ſeu reſeruatio facta ad fauorem certæ perſonæ de beneficio vacaturo, non ſe extendit ad beneficium poſt datam gratiæ creatum: An autem hoc obtineat in Primarijs Precibus, ſcribo ad Indultum Precum, quod commentarijs illuſtratum, opus iſtud, Deo iuuante, præcurret. 10

Argumenta in Glo. V.

1. Regula hæc, vt aliæ, expirat morte Papæ.
2. Reſeruationes factæ diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ non expirant morte Papæ.

GLOSSA V.

1 V*Vſq; ad ſuæ voluntatis beneplacitum*) Atque ita Regula hæc perpetua non eſt, ſed expirat & exſtinguitur morte Papę illius Conditoris *text. in cap. ſi gratioſè 5. de reſcript. in 6. vbi glo. Io. And. text. cum glo. in clem. 1. verbo ſedis de probat. Caſſad. deciſ 3 num. 1. & 2. de Conſtit. Mandoſ. in reg. 1. Cancellar. quæſt. 1. & quæſt. 10. num. 15. Gabriel lib. 6. commu. opinio. tit. de præbend. concluſ. 1. nu. 20.* Qui omnes diſtinguunt, quod aut reſeruatio facta eſt diſpoſitioni Papæ, & tunc expiret morte illius, quia cum iã non ſit in rerũ natura, ergò nec habere poteſt beneplacitum, nec diſpoſitionem, *text. in c. vnico §. fin. vbi ſublati Epiſcopo, &c. Ne ſede vacante in 6. Menoch. de arb. cent. 5. caſ. 498. num. 3. & lib. 4. de præſumpt. præſumpt. 40. Hyppolitus Rub. de probat. nu. 51.* Aut reſeruatio facta eſt diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ & tunc non extinguitur per mortem Papæ: nam 2

Sede

S

Sedes Apostolica nunquam deficit *text. in d. c. si gratiosè ibi seems autem, &c. vbi Probus nu. 2. Menoch. de lib. 4. præsumptio. 121. nu. 3.* plura hac de re legat qui volet ad nauseam apud Gonzalem *glo. 12. per totum.* & consulat ea quę supra scripsi in Proem. *nu. 20. & seqq.* quæ lucem dabunt huic Glossemati.

Argumenta in Glo. VI.

1. Beneficia vacantia in Curia non cadũt sub reseruatione huius Reg.
2. Papa cõfert beneficia Vrbis iure proprio seu Ordinario.
3. Cardinales in Vrbe residentes, conferũt beneficia Ecclesiarum titularium: ideòque in illis reseruatio non cadit.
4. Beneficium quando dicatur vacare in Curia?
5. Aliud est beneficium vacare apud Sedem, aliud in Curia.
6. Beneficia vacantia apud Sedem sunt Papæ reseruata. cõferri tamen debẽt intra mensem à die vacationis; quod intellige de beneficijs vacãtibus apud Sedem seu in Curia.
7. Quæ beneficia dicantur vacare in Curia.
8. Curia Rom. ibi est, vbi Papa.
9. Optio Canonica non habet locum in beneficijs vacãtibus in Curia seu apud Sedem.

GLOSSA VI.

Extra *Rom. Curiam)* Nam beneficia in Curia consistentia, ibidemq; vacantia, non cadunt sub reseruatione, aut saltem impropriè dicuntur reseruata Papæ, cum iure communi illorum collatio spectet ad illum, vti Episcopum Romanum *cap. si quis Episcopus ibi dignetur Episcopus quæst. 16. Gomes. ad reg. de Annali q. 3. nu 18.* dicens solum Papam conferre beneficia Vrbis iureproprio & ordinario in quocumque mense vacent. quod fallit primò, nisi Papa infra mensem de eis non prouiderit, nam elapso mense à die vacationis numerando, statim deuoluitur collatio ad Episcopum *cap. Statutum de Prebend. in 6. Zerola in praxi Episcopi verbo Beneficia §. ad tertium vers. dico quarto.* fallit secundo nisi subsint titulis Cardinalium (quibus quando sunt in Vrbe præsentes competit ius conferendi beneficia Ecclesiarum titularium *c. his quæ ibiq. ibi Felij nu. 1. de maior. & obed. Mandos. ad reg. 7. quæst. 2. per tot.*) ideoque in illis reseruatio non cadit, vti etiam scribit noster Alphonsus *ad reg. 7. sub finem, vers. & ex ista Regula sequitur*; ideòq; non erit necessè in gratijs facere mentionem de Reseruatione nostræ Regulæ nec exprimere mensem vacationis vt in illa statuitur, vt rectè notat Gonzalez *in glo. 13. nu. 90.* Neque obstat reg. 7. Cancell. per quam Papa sibi reseruat Canonicatus, &c. Sancti Ioannis Lateranensis & S. Petri, & B. Mariæ maioris de Vrbe: quia reseruauit ad maiorem cautelam, ne Archipręsbyteri

dictarum trium Ecclesiarum qui sunt Cardinales (quamuis non titulares earum) prætenderent quod possent disponere de istis beneficijs, & abundans cautela non nocet, atque ita post Alphonsum *ad d. reg. 7. in pr.* sentit Gomes. *ad reg. de Triennali q. 31. num. 16. vers. tamen videtur* & Mandos. *ad reg. 7. quæstio. 1. vbi quoque hac de re scripsi infra.*

Notandum tamen beneficium dici vacare in Curia quando vacat apud Sedem Apostolicam, vt statuitur in cap. 2. de præbend. in 6. quamuis in terminis nostræ Regulæ aliud sit vacare apud Sedem Apostolicam, & aliud vacare in Curia: Nam apud Sedem propriè vacare dicuntur tantum beneficia reseruata *per cap. 2. de Prebend. in 6.* reliqua verò beneficia vacãtia in Vrbe & reseruata ex alijs causis quam reseruationis *d. c. 2* quamuis dicantur vacare in Curia, non tamen vacant apud Sedem Apostolicam: ideòque quę vacant apud Sedem, dicuntur vacare in Curia; & non è conuerso, beneficia quæ vacant in Curia, dicuntur apud Sedem vacare: nam minus est vacare in curia, quam vacare apud Sedem, *ita pulchrè & distinctè ex Gomesio ad reg. de Triennali quæst. 31. sub pr. scribit Gonzalez hic nu. 49 & ante eum Couar pract. q. c. 36. nu. 4.* 4 5

Ex his resultat primus modus vacationis in Curia, nimirum cum beneficia vacant apud Sedem, hoc est per obitum contingentem in Curia, quo casu sunt Pontifici reseruata *vt not. in d. c. 2.* ad cuius textus declarationem emanarunt etiam tex. in cap. statutum et c. præsenti 34. et c. si Apostolica 35. d. tit. de præbend. in 6. & extrauagans ad Regimen de prębend. qui textus plures continent vacationis modos in Curia, ideoq; videndi, & attendendi; vt & *Couar. d. c. 36. nu. 4. in fi.* Si tamen per Papam non conferantur intra mensem à die vacationis & non scientię numerandum, Ordinarij poterunt conferre vt dixi ex cap. statutum de Præbend. in 6. ibi glo. & DD. qui text. loquitur & habet locum tantum in reseruatis propter vacationem in Curia *per d. cap. 2 & cap. præsenti.* In cæteris autẽ nullum tempus est Papæ præfixum ad conferendum *Franc. in d. cap statutum nu. 6. Granutius ad Simonettam quæst. 47. nu. 14 Mandos. 90. nu. 5.* Sed hodie decisio d. c. statutum quæ est GREGORII X. est correcta & reuocata in Extrauag. Piæ. 1 de Præbend. quæ est BONIFACII VIII. & sic posterior, gloss. ibid. & Rota *decis. 12. ante nu. 1. de Prebend. in No.* licet plerique DD. dubitent propter datam lib. 6. quæ est posterior d. Extrauag. teste Zerola *in praxi Episcop. part. 1. verbo Beneficium §. 3. d. 4.* qui ait quod stãte hac dubitatione doctorum, Ordinarius prouidebit. 6

Secundò dicuntur vacare in Curia omnia beneficia in Vrbe consistentia, quę impropriè dicuntur reseruata vt prædiximus. 7

Tertiò dicuntur in Curia vacare beneficia quæ resignantur seu renũciantur in manibus Papæ per Procuratores absentium *gloss. not. in clem. 1 verbo Collatio vt lite pendente Flam. Paris. de resig. benef. lib. 9. c. 14. nu. 1. cum seqq. Rota decis. 4. de prabend. in Antiq. Alex. Moneta tract. de Optio. Canonica cap. 3. nu. 37.*

Quartò

Quartò vacare in Curia dicuntur beneficia illorum qui præsentes vel absentes per contumaciam fuerunt ex aliquo defectu priuati *Rota decis. 35. de prabēd. in antiq. Mandos. in reg. 23. q. 8. nu. 13. & seqq.*

Quintò omnia beneficia reseruata per extrauagantem ad Regimen de præbend. & extrauag. execrabilis d.tit. quæ extrauagantes renouantur per PP. in Reg. 1. Cancellariæ, *Simonetta de Reser. q. 30. nu. 3.*

Sextò omnia beneficia affecta seu reseruata dicuntur vacare in Curia, *Rota decis. 17. de prebend. in Antiq. Aen. de Falcon. de reseruat. quæst. 4. principali effectu 2. num. 1.*

De qua autē vacatione in Curia loquatur Regula nostra quę excipit beneficia vacantia in Curia, satis elicitur ex ijs quæ initio huius glossæ diximus. Porrò, 8
Curia Romana ibi dicitur esse vbi est Papa, non etiam vbi est Concilium, vel Audientia Papæ *Inno. in cap. ergo N. ante fi. de iureiur. & Abb. ibid. nu. 6. & Felij nu. 9. Mandos. ad reg. 5. q. 2. nu. 1.* quod & supra probat noster Glossographus *Reg. 5. nu. 3.* Verum ego cum Nicol. Garcia ibi Curiam Rom. esse dico, vbi Papa est cum Cancellaria & suis tribunalibus,: & in his vacantibus in Curia, non cadit 9
conuetudo optandi vt ostendit Io. Petrus Monetta tractat. de Optione Canonica quæst. 3. nu. 13.

Argumenta in Glos. VII.

1. HAEc Reg. reseruat quascumq; vacationes exceptis vacationibus in Curia, & vacatio. per resignationē.
2. Ordinarius confert in suis mensibus beneficia quocumq; modo vacatura.
3. De qua resignatione hæc Reg. loquatur, an solum de simplici, an etiam de ea quæ fit in fauorem?
4. Resignationes in fauorem corā Episcopo sunt simoniacę.
5. Episcopi & Ordinarij locorum in certis casibus admittunt resignationes in fauorem, ex Constit. PII V.
6. Resignationes ex caussa permutationis, an excipiantur quoque ab hac Regula?
7. Reseruatio est iuris communis correctoria & propterea restringenda.
8. Vacatio alia de iure, alia de facto, & quæ singulæ?
9. Vacatio de iure, & de facto sub hac Reg. includitur.
10. Verba cuiuslibet dispositionis intelligenda sunt in potiori significato.
11. Hæc Reg. includit etiam vacationem de solo facto.
12. Beneficia reseruata Papæ non possunt in Germania per Ordinarios conferri vigore Concordatorum vacantia in illorum mensibus.
13. Recensentur modi vacationum ipso iure.
14. Incompatibilitas beneficiorum simplicium quando inducatur.
15. Incomdatibilitas beneficiorum simplicium consideratur.

16. Beneficia

16. Beneficia vacantia ex caussa incompatibilitatis sunt reseruata.
17. Reseruatio ob assecutionem alterius incompatibilis extensa est per PAVLVM V. etiam ad vacatura ante resignat. seu admissa.
18. Cessat incompatibilitas vbi adest Papæ dispensatio.
19. Clausulæ quę solẽt apponi in dispensatione ad incompatibilia.
20. Per narratiuam seu expressionem beneficiorum ante obtentornm non inducitur dispensatio ad pluralitatem.

1. Per assecutionem alterius incompatibilis.
2. Per contractum matrimonij.
3. Per non promotionem eius qui intra annum assecutus est Ecclesiam parochialem.
4. Per ingressum Religionis.
5. Per translationem Prælati ad aliam Ecclesiam.
6. Per silentium electi, qui tempore sibi præstituto non consensit electioni.
7. Si electus intra tres menses post præstitum consensum non petierit confirmationem. & quid de eo in patria Leodien.
8. Per administrationem electi ante confirmationem.
9. Per promotionem ad Episcopatum.
10. Per militiam secularem.
11. Per electionis cassationem, & sunt ista Papæ reseruata per Concordata Germaniæ.
12. Per postulationem, repulsionem, &c.
13. Per violentum ingressionem in possessionem beneficij.
14. Per violationem sequestri.
15. Per non ostensionem tituli petiti ab Ordinario.
16. Per alienationem rerum Ecclesiæ facta sine solemnitate.
17. Si habetur beneficium pro derelicto.
18. Propter crimen hæresis. & quid in Germania, an Ordinarij in suis mensibus ista beneficia conferre posſnt?
19. Vacant etiam ipso iure beneficia obtenta per preces hæreticorum, & eorum qui hæreticis adhærent.
20. Per crimen realis Simoniæ.
21. Per crimen læsæ Maiestatis.
22. Per crimen falsitatis litterarum Apostol..
23. Vacant beneficia percutientis Cardinalem.
24. Item occidentis vel percutientis Episcopum.
25. Item in Assasino.
26. Item occidentis Rectorem suæ Ecclesiæ.
27. Incarcerantis Clericum donec resignauerit.
28. Propter crimen Sodomiæ.

Vacant ipso iure beneficia.

29. Quando

Vacant ipso iure beneficia

29. Quando resignans non superuixit viginti dies.
30. Ob non factam publicationem resignationis. & quid in Germania?
31. Ob non seruatam formam concursus in conferendis parochialibus.
32. Item beneficia illorum qui pro obtinendis beneficijs se ipsos pro alijs examini supponunt, vel pensiones offerunt, aut beneficia impetrant pro alijs vt ab ijs aliquid consequantur, vel accipiunt beneficia cum animo illa dimittendi.
33. Per obitum Papæ Collatoris quando fuit collatum ad beneplacitum illius.
34. Idem si fuerit collatum ad certum tempus.
35. Per depositionem, & priuationem.
36. Per apprehensionem possessionis ante expeditionem litterarum.
37. Retinentis indebitè scripturas ad Cameram Apostolicam spectantes.
38. Offendentium litigantes in Romana Curia.
39. Per confidentiam.

21. Pleraque crimina sunt quæ non inducunt priuationem suo iure, vt periurium, homidicium, adulterium, blasphemia.
22. Periurium debet esse iudiciale vt cadat priuatio.
23. Effectus vacationis de iure plures recensentur.
24. Cum quis priuatur beneficio ipso iure, statim quidem illud conferri potest, non tamẽ collatio exequi potest & realis possessio tradi, nisi prius vocato possessore, & causa cognita.

GLOSSA VII.

G QVocumq; modo vacatura) Et sic Regula hæc reseruat quascumq; vacationes, exceptis vacationibus in Curia, vt ante dictum est, & vacationibus per resignationem vt hic dicitur, & idem adstruitur in decis. 575. 1
Rotæ *nu. 3. & 4. & decis. 700. in fi. part. 3. diuers.* Et quemadmodũ reseruantur beneficia quocũque modo vacatura in mẽsibus Apostol. sic etiam Ordinarius potest illa cõferre quocũq; modo vacet in suis quatuor mensibus alternatiuis, 2
Nauar. consil. 18. incip. An beneficiũ de prabend. adhibita tamen distinctione de qua infra nu. xviii. Cæterùm, quia hæc Reg. excipit resignationes, videndũ est, de qua resignatione intelligenda sit, an de simplici, an etiam de conditionali? Simplicem seu puram dicimus, quoties beneficium purè, & simpliciter resignatur in 3
manus superioris, absque aliqua reseruatione pro resignante. Conditionalem verò, quæ fit in fauorem alterius, & non aliter, nec alio modo, nisi vt de beneficio resignato fiat gratia illi, in cuius fauorem fit resignatio, reseruata resignãti aliqua pensione, aut iure; aut non reseruata. Igitur ad propositam quæstionem, dicendum est, Regulam nostram intelligi, de vtraque specie resignationis,

 puræ,

Puræ, & conditionalis; verba enim ista: *alias quam per resignationem*: sunt generalia, ideòque de resignatione quacumque sunt intelligenda, *l. de pretio ff. de pub. in re actio.* Hinc exstat dicta Rotæ decisio 624. part. 3. lib. 3. diuers. dicentis Regulam nostram comprehendere qualescumque resignationes, idque siue in Curia fiant, siue in partibus, & sic vtrumque casum comprehendere videtur, *fa. etiam decis. 475. nu. 3. & 4. part. 3. diuers. & decis. 700. in fi.* Non obstat, quod videatur intelligenda tantum de simplici, eò quia resignationes in fauorem coram Episcopo, seu ordinario improbantur, & sunt simoniacæ *Nauar. in Manuali cap. 23. nu. 107. vers. ad decimum Mand. ad Reg. de Annali quæst. 46. nu. 2. Rodan. de Simonia part. 1. cap. 26. & part. 2. cap. 22. nu. 14. idemq; disponitur per Constit.* PII V. *de mense Aprilis 1568. vers. caueant. autem Episcopi*: quia hæc intellectum habent, donec Episcopis detur modus admittendi resignationes, vt iam datus est per dictam Constit. PII V. quæ disponit, vt Ordinarij non recipiant resignationes, nisi illorum, qui aut seniò confecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxij, censurisque Ecclesiasticis irretiti, nequeunt, aut non debent Ecclesiæ, vel beneficio inseruire, & in alijs casibus in d. Constit. & in cap. nisi cum pridem de renunciat. expressis. 4 5

De resignatione ex caussa permutationis maior difficultas oritur, an illæ etiã excipiantur, seu excludantur ab reseruatione huius Regulæ, quæ solum excipit vacationes ex caussa resignationis, & aliud sit resignatio, aliud permutatio? & resoluitur etiam excludi: tum quia permutatio includit in se resignationem in fauorem permutantium, ita vt permutatio nihil aliud sit, nisi quædam reciproca resignatio, quæ fit inter vtrumque permutantium *text. in cap. vnica de Reg. permut. in 6. & clem. 1. eod. tit. Cassad. decis. 1. nu. 2. de Rer. permut. quod & latius ostendi in tract. de Permut. benef.* tum quia reseruatio est iuris communis correctoria *cap. cum expediat de electis in 6.* eòque restringenda est, & propterea quoad effectum reseruationis, beneficia renunciata ex causa permutationis non dicuntur verè vacare, & sic non includuntur sub reseruatione *Hierony. Gabriel cons. 199. nu. 4. & 9. lib. 2.* De qua ergo vacatione intelliguntur verba ista *quocumque modo vacatura*? Præter communem vacationis modum, qui est per obitum, & per resignationem eius qui verum titulum, & possessionẽ habebat (qui modus vacationis dicitur vacatio de iure, & de facto, ex quo tunc apud neminem remanet ius, neque possessio, sed sunt vacua *vt not. c. susceptum de rescript. in 6. Rebuff. in praxi tit. requisita ad collationem nu. 56. Mandos. ad reg. 30. q. 7. nu. 4.*) alia est vacatio de iure, alia de facto. Explicemus singula. Vacatio de iure, non de facto dicitur per assecutionem alterius incompatibilis, vel alio modo ex alijs infra dicendis: ratio est quia etiamsi vacet ipso iure primum per assecutionem secundi, tamen quia manet in illius possessione, non dicitur vacare de facto: quia de facto est semper occupatum *text. c. cum nostris ibi non vacaret de facto de conc. præbend.* 6 7 8

prabend. & ibi glo. & DD. vel quando quis se intrudit de facto absque canonico titulo, quia tunc de facto est occupatum beneficium de iure, tamen semper vacat, *Lapus alleg. 16.* Atque hic notandum, licet tales sint priuati ipso iure & de facto, tamen requiri sententiam declaratoriam, non quidem vt Iudex pronunciet seu declaret talem priuatum, sed talis criminis esse culpabilem, *per not. felij. in cap. Rodulphus, nu. 35. de rescript.* Vacatio vero de facto nō de iure dicitur, quando quis longo tempore est absens à beneficio, & ignoratur vbi sit; tunc dicitur vacare de facto, cum nullus illi inseruiat *fa. text. in cap. 2. de cler. non resid.* vel cum quis habet collationem, nondum tamen possessionem, quia tunc adhuc possessio est vacua, & vacat beneficium de facto: vel si quis deiectus est à possessione, & nemo eam occupauit, vel si coactus renunciauit; vel denique cum quis non habet iustum titulum, sed solam possessionem, seu detentationem, quam cedit, vel decedit: nam tunc per renunciationem, vel obitum illius solummodo vacat beneficium de facto, ex quo non potest vacare nisi quod cedens vel decedens habebat & desinit habere. *Greg. Tholos. de beneficio cap. 27. nu. 4. flam. Paris. de resig. benef. lib. 1. c. 15. nu. 13. cum seqq.*

His præmissis: videndum de qua vacatione loquatur hæc Reg. & quidem primo non est dubium, quin primus vacationis modus, qui est de iure, & de 9
facto, sub ea includatur: quia ista vacatio est verior, naturalior & potentior cæteris, ideo verba cuiuslibet dispositionis sunt intelligenda propriè de illa, & in potiori significato, *Quintil. mandos. consil. 4. nu. 20. in fi. & nu. 24. fran. Pauinus* 10
tract. de off. & potest. Capituli sede vac. 7. prabend. nu. 17. Secundo, certum est etiam, 11
quod regula hæc procedat quoque in vacatione de solo facto, *vt multis ostendit Gonzalez. glo. 15. §. 1. à num. 45. vsque ad nu. 62.* Quin etiam quod alter modus vacationis, nimirum de iure tantum includatur, dubium non est, *vt multis ostendit idem Gonzalez hic glo. 15. a. nu. 14. vsque ad nu. 44. & Nicol. Garcia tract. de benef. pact. 5. c. 5. §. 11. nu.* 548. Sed hic tamē aduerte, beneficia ipso iure vacantia, sic esse affecta, seu reseruata Papæ, vt etiā vacātia in mense Ordinario non possit Ordi- 12
narius in Germania vigore Concordatorū cōferre, sed solus Papa, *vt notat Brād. in cōcor. Germ. q. 10.* qua de re plura videto supra inter casus vacationū nu. XVIII.

Quoniam autem vacationes de iure permultæ sunt, & sparsim per Canonum 13
& DD. volumina leguntur, compendiò illas perstringam, lectorem remittens ad Dominum Gonzalem & Nicolaum Garciam d. tract. qui pleniore manu illas tractarunt.

Primus igitur *vacationis modus de iure*, est per assecutionem vt prædixi alterius beneficij Incompatibilis, *cap. de multa de prabend. c. quia nonnulli de cler. non residen. extrauag. Execrabilis §. qui verò de prabend. concil. Trid. sess. 7. c. 4.* In quo tamen notent iuniores, quod licet cap. de multa, quo statuitur primum beneficium curatum ipso Iure vacare per assecutionem secundi, & si vtrumque retinere contendat, priuari etiam secundo per sententiam, non autem ipso iure

(tametsi per d. extrauag. execrabilis §. qui verò, etiam secundo ipso iure priuetur) loquatur de beneficijs curatis, & dignitatibus, tamen Concilium Trid. *sess. 24. cap. 17.* extendit dictam incompatibilitatem (si tamen vltra sex menses retinuerint) ad duos Canonicatus, vel vnum cum parochiali, vel portiones in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesijs *vt resoluit S. Cong. Concilij Trid. ad dictum cap. 17.* & alia quæcumque beneficia etiam simplicia, vt Capellaniæ quæ ex fundatione, vel consuetudine dictam residentiam requirunt, vt fuit resolutum coram R. P. D. Orano Leodiensi, Auditore Rotæ celeberrimo, *die 11. Decemb. 1585. in vna Salmantina dimidia portionis. & in alia Toletana Capellaniæ* 15. *Decemb. 1591.* Aduerte tamen quo-ad incompatibilitatem simplicium, illam de- 14
mum induci, quando dicta beneficia requirunt continuam, & præcisam residentiam, quæ nimirum ex fundatione, vel consuetudine arctant possessorem ad residentiam, sub pœna priuationis tituli, secus tamē si sub pœna priuationis fructuum, quæ dicitur causatiua residentia, & in hac locum non habebit dispositio d. cap. nec Concilij Trid. vt doctè hæc deducit, varijsque Rotæ decisionibus firmat Gonzalez *hic in glo. 15. num. 22. & seqq. vt & Nicol. Garcia tract. de benef. part. 11. cap. 5. nu. 87.* vbi dicit hanc opinionem practicari in Rota: & proinde per assecutionem secundi non vacabit primum, si vtramq; residentiam non requirat, *adde Nauar. cons.* 10. *& 17. de prabend.* & ita praxis vniuersalis, & consuetudo obseruat, quæ procedit etiam in foro conscientiæ iuxta opinionem Inno. *in cap. fin. de cler. non residen. & in cap. cum iam dudum nu. 2. & 4. de Prabend.* communiter receptam, iuxta quam plura beneficia simplicia non sunt incompatibilia, & possunt retineri, si non requirant residentiam præcisam, etiam supposito quod alterum eorum sit sufficiens ad congruam vitæ sustētationem, & hoc non obstante Concilio Triden. quia vsu non est receptum vt notat Nicol Garcia *de Benef. part. 11. c. 5. §. 3. nu. 332.* quam tamen Innocentij opinionem limitat *nu. 267* dummodo non sit magna coacernatio Beneficiorum, quæ non caret culpa, & mortali scandalo vt tradunt multi DD. ab eo citati, dicto loco.

At verò in alijs beneficijs non simplicibus, & incompatibilibus, duplici mo- 15
do DD. considerant incompatibilitatem, & distinguunt duo genera incompatibilium beneficiorum.

Quædam .n. incōpatibilitas est illorum beneficiorum, quæ simul teneri non possunt, & quorum primum vacat ipso iure per assecutionem secundi, qualia sunt illa de quibus in d. cap. de multa, & in d. extrauag. Execrabilis, & in cap. litteras de Concess. præbend. & in Clem. fin. de Præbend.

Alia incompatibilitas est, quo-ad retentionem tantum, scilicet beneficiorū, quæ simul licitè retineri non possunt: licet non vacet primum ipso iure per assecutionem secundi, vt in parochiali cum Canonicatu, & duobus simplicibus, residentiam requirentibus, & alijs vt supra, Staphileus *tit. de statu, & qualit. ben. §. vt sciri poss. num. 9. Rebuff. in praxi tit. de dispen. rat. ætat. verb. incompatibilia Nicol.*

Nicol. Garcia tract. de Benef. part. 11. cap. 5. nu. 67.

Quo-ad incompatibilitatem primi generis, dixi vacationem inducere ipso iure, assecutionem secundi incompatibilis pacificam, quæ pacifica assecutio, seu possessio intelligitur primo, non solum de facto; sed etiam de iure, id est non litigiosa, sed absque controuersia iuris, & facti *Mandos. ad Reg. de Triennali quæst. 53. idem Mandos. in Reg. 34. q. 26.* Secundò intelligitur de possessione non sterili, sed quæ commodo fructuum fruatur, *vt dixi ad Reg. 51.*

Aduerte tamen beneficia, quæ per assecutionem secundi incompatibilis vacant (suntque S. Sedi reseruata, vt in extrauag. ad regimen de Præbend. quæ semper renouatur per Pontifices omnes in Reg. 1. Cancell.) non solum vacare per istius secũdi realem assecutionem, sed etiam ante, si nimirum facta prouisione ante dictam assecutionem in fraudem reseruationis, & decreti irritantis simpliciter, siue causa permutationis, ac alias quomodolibet ad manus cuiuscumque resignent, seu dimittant, eruntque, vt dictum est, reseruata, & vacabunt ipso iure, perinde ac si per pacificam assecutionem verè, ac realiter vacauissent: Ita reseruationem beneficiorum vacãtium per assecutionem aliorum nuper extendit etiam ad vacatura ante assecutionem resignata, seu admissa S.D.N. Pavlvs V. *anno 1609. Febr. 25. incip. Sanctiss. in Christo Pater & Domin. N. D.* Pavlvs. 16 17

Aduerte secundò, prædicta hactenus vera esse, nisi Papa super incompatibilitate dispenset, de quo extat Reg. infra de dispens. incomp. 51. solus enim Papa potest, non etiam Episcopus dispensare, in dignitatibus, personatibus, seu officijs, & curatis, &c. Vt multis probat Nicol. Garcia *de benefic. cap. 5. §. 4. num. 336. cum seqq. & ostendi infra Regul. 52.* licet autem Papa dispenset, non est tamen quis tutus quo-ad Deum, nisi subsit caussa dispensandi. Vnde D. Bernardus in epistola ad Robertum cognatum suum dicebat: ***Non tibi frustra quis blandiatur de dispensatione Apostolica, cuius conscientiam diuina sententia tenet ligatam.*** Neque quicquam in eo imputandum S. D. N. Papæ, qui plerumque imo sępisimè precum importuna instantia vincitur, ac potius decipitur *l. 1. C. de petit. bon. sub. lib. 1. cap. detestanda, de Concess. præbend. in 6. cap. per ambitiosam de Rescript.* Et quamuis dispensatio sine caussa non teneat in foro conscientiæ, hoc non fit ex defectu potestatis dispensatiuæ Papæ, quæ omnino apud eum residet, sed ex defectu voluntatis; quia fuit per importunitatem, subreptionem, vel obreptionem inductus ad dispensandum, sicut in simili dicit Bald. in l. Rescripta C. de Precib. Imperrt. offert. Cæterum, vt redeam vnde diuerti, quando Papa dispensat super Canonicatu, & parochiali, solet adijci clausula ista: *Et cum decreto quod dictus Orator quamdiu Parochialem Ecclesiam prætactam obtinuerit apud illam residere, nec quicquam ex debito illius seruitio, & officio relinquere debeat, & ijs diebus quibus dicta Ecclesia* 18 19

Ecclesiæ Collegiatæ ratione Canonicatus, & præbendæ non inseruierit, distributiones quotidianas amittat. vel ista:

Dummodo neutra Ecclesia ad congruam Oratoris sustentationem sufficiat, & ita sibi sint uicinæ, vt Orator vtriq; commodè per se ipsum deseruire possit. Conceditur etiam nonnunquam prouisio ob retentionem plurium incompatibilium quo casu datur clausula: *Et committatur Ordinario, dimissis prius per ipsum Oratorem Canonicatu & Præbenda ac beneficio ad altare N. prætactis. & quoad nouam prouisionem cum clausula: Si per diligentem &c. & cum decreto quod Orator quamdiu Parochialem prætactam obtinebit, apud illam personaliter residere debeat, nec quicquam ex illius seruitio & officio debito prætermittat, ac pro diebus & horis quibus dictæ maiori Ecclesiæ ratione eorundem Canonicatus & Præbendæ non inseruierit distributiones quotidianas amittat.*

Denique nota quod solet apponi clausula ista obtinenti nimirum Ecclesiam parochialem cum alio beneficio incompatibili: *Volumus autem quod cum primum vigore præsentium, dignitatem, personatum, aut officium vel beneficium curatum fueris pacificè assecutus, dictā parochialem Ecclesiam, quam (vt præfertur) obtines, & quam ex nunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis.* In quo tamen notes dicta verba, quam ex nunc vacare &c. debere intelligi post pacificam assecutionem secundi, non autem quod vacet statim de præsenti, sed in euentum pacificæ assecutionis secundi, prout de iure, & alibi à me dictum est.

Postremò aduerte quod per narratiuam seu expressionē beneficiorum ante obtentorum non inducitur dispensatio ad pluralitatem incompatibilium, *de quo est text. in cap. non potest 21. §. fin. de præbend. in 6. probatq; Nauar. tract. de oratione cap. 22. Misell. 16. nu. 64. & 65. & infra dicam ad Reg. 51. & 52.* quod etiam nota quoad confirmationem electorum è gremio Canonicorum præbendatorum Ecclesię Cathedralis Leodien. ad Pręposititur as & Abbatias Seculares: nam sola narratiua alterius dignitatis prius obtentæ non excusaret ab incompatibilitate eiusque pœna, quam voluit esse Sixtus V. in sua Constit. de anno 1185. Nonis Maij, vacationis prioris dignitatis ipso iure, rata nihilominus manente posteriore electione.

Secundus modus vacationis de iure est, per contractum matrimonij per verba de præsenti *c. 1. & 3. de Cler. coniug. de quo extat Reg. Cancell. 58. Capella Tholos. decis. 239. & ibi Anfrer. Staphil. de litt. grat. tit. de varijs mod. vacat. §. quintus vacationis mod.* Quod extenditur vt etiam si matrimonium non teneat de iure, vt qui contraxit in gradibus prohibitis *Mascard. de probatio. conclus. 180. Gonzalem. d. loco nu. 45.* Secus si non teneat ex defectu formæ, puta si beneficiatus contraxerit sine parocho, & testibus, iuxta Concilij Triden. dispositionem *sess. 24. cap. de Reformat. matrim.* nam ex actu nullo propter defectum formæ seu solemnitatis non incurritur pœna *vt fuit dictum in vna Hipporegien. Canonicatus 12. Octob. 1584. coram D. Orano per l. si quis legatum ff. ad l. Cor. de fals. Ias. in l. fin. nu.*

nu. 139. C de iure emphyt. Nicol. Garcia de benef. part. 11. cap. 8. nu. 15. sed in matrimonium contrahente beneficiato in sacris constituto, dicendum est indistinctè non perdere ipso facto beneficium, cum sit omnino inhabilis ad matrimonium, sed illis est priuandus per sententiam Iudicis, *Garcia d. cap. 8. nu. 17.* Verùm, an Ordinarij Germaniæ conferre possint in suis mensibus beneficia per contractum matrimonij vacantia, & reseruata ? hæc quæstio dependet ab illa quam infra tracto in XVIII. modo vacationis, vbi me vide.

Tertius vacationis modus est per ingressum religionis, professione tamen secuta *c. beneficium de Regular. in 6. de quo extat Reg. Cancell. 57. infra.*

Quartus, per non promotionem eius intra annum, qui assecutus est Ecclesiam parochialem: elapso enim anno nisi initietur sacerdotio, vacat d. Ecclesia ipso iure, *cap. licet canon. de Electio. in 6. Rebuff. in praxi tit. de non promotis intra annum*, vbi ponit decem ampliationes, & 21. limitationes. *flam. Parif. de resig. benef. lib. 3. q. 2.*

Quintus, per translationem prælati ad aliam Ecclesiam vacat prima, litteris tamen expeditis & ostensis Capitulo *c. in apibus §. translatis 7. q. 1. cap. quanto de translat. Episcopi Abb. in c. in nostra nu. 11. de Rescript. flam. Parif. lib. 7. q. 21. nu. 14. & q. 23. nu. 47.*

Sextus casus est, si electus intra mensem à tempore electionis ei præsentatæ, vel à tempore sibi præstituto non consenserit electioni: nam tunc vacat prælatura *cap. quam §. electus vero de electio in 6. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 5. casu 477.*

Septimus, si electus intra tres menses post consensum electioni præstitum, non petierit confirmationem *d. cap. quam sit §. caterum.* In patria tamen Leodien. habet sex menses ex Constitutione Sixti V. ad petendam confirmationem à S. Sede, quâ obtentâ iuramentum debitum præstare debet Ordinario & alia, ad quæ de iure & consuetudine tenetur vt habetur etiam in Concordatis.

Octauus, quando electus, vel præsentatus ante confirmationem, vel institutionem per se vel alium se ingerit, & administrauerit *text. auaritia 5. de electio. in 6.* sed hoc fallit in patria Leodien. ex d. Constitutione Sixti V. qui concessit Præpositis electis administrationem, vt dixi, intra sex menses datos ad petendum confirmationem à S. Sede quam Constit. habes supra in Reg. III. nu. 17.

Nonus per promotionem ad Episcopatum vacant ipso iure beneficia obtenta *c. cum in cunctis §. cum verò de electio. Concil. Trid. sess. 7. c. 9. & sess. 23. de Reform. & dicemus infra ad Reg. de Benef. vacant. ob promotionem.*

Decimus vacat ipso iure beneficium per militiam secularem *cap. vltimo ibi gloss. verbo redierunt de cler. non resid. Flam. Parif. lib. 1 quæst. 1. num. 22. & ita in terminis decidit Senatus Sabandiæ 4. Id. Decemb. 1592. apud Ant. Fabrum. lib. 1. definit. Foren. tit. 3. definit. 25.*

Vndecimus, per electionis cassationem *cap. super eo 12. electio.* & sunt etiam reseruata

reseruata per Concordata nationis Germanicæ, vt patet ibi: vel electionem cassari, &c.

XII. Per postulationem, repulsionem, *extrauag. ex debito §. huiusmodi de electio. cap. 2. & 3. de Postulat. prælat.* quãquã hi modi duo iam dicti propriè dici non possint modi vacationum vt ostendit Gonzalez *glo. 15. nu. 52. in fin.*

XIII. Per violentam ingressionem in possessionem beneficij: nam eo ipso perdit ius, quod ad illud habet, & vacat ipso iure *c. eum qui 18. de præbend. in 6. Couar. 3. Var. c. 16. nu. 7. Lessius de Iust. & iure lib. 2. cap. 34. dub. 34 nu. 187.*

XIIII. Per violationem sequestri impositi vigore sententiæ diffinitiuæ in Rom. Curia, latè *Mohedan. decis. 2 de sequest. poss. & fruct. vbi num. 1. & 5. dicit* quod statim beneficium impetrari potest violato sequestro, secus si in caussa attentatorum, *Lancell. de Attent. 3. p. c. 28. nu. 143.*

XV. Per non ostensionem tituli seu dispensationis coram Ordinario, postquam beneficiatus monitus fuerit *c. ordinarij §. quod si fortè ibi glo. verbo eo ipso de offic. ordinarij in 6. Concil. Trid. sess. 7. c. 5.*

XVI. Per alienationem rerum Ecclesiæ siue ipsius beneficij, sine solemnitate facta *extrauag ambitiosè §. Inferiores verò de reb. Ecclesiæ non alien.*

XVII. Si habetur beneficium pro derelicto *cap. ex parte de cler non resid. ibi Abb. nu. 2. c. 1. de off. Vicar. Pauinus de off. & pot. cap. præludio 7. nu. 12. vers. Septimo si habetur.*

XVIII. Vacat ipso iure propter crimen hæresis *cap. ad abolendam. §. 1. ibi glo. de hæret. Rebuff. in praxi tit. de mod. amittendi beneficia. num. 4. & seqq. Iul. clar. in praxi crim. §. hæresis nu. 14. & §. fin. q. 73 nu. 7.* suntque Papa reseruata, *etiam per constitutionem 29* PII. V. *de anno 1566. 6. Kal. Feb.* adeòvt hæretico non prosit Regula de Triennali pacifica possessione, vt clarum est ex d. Reg. docetque Rebuff. *d. loco.* & Lessius *de Iust. & iure lib. 2. cap. 34. dub. 34. num. 187.* At non satis inter iuris interpretes constat, an beneficia hæreticorum adeò sint per dictam Constitutionem reseruata, vt Ordinarij in Germania non possint ea conferre in suis mensibus: nam Simonetta *tract. de Reeseruat. quæst. 99.* hanc quæstionem proprio capite tractat, & tandem concludit Ordinarios Germa. conferre posse in suis mensibus hæreticorum beneficia; At contra Georgius Branden ad Concordata *quæst. 10.* negatiuam tuetur, & merito: vtitur enim hoc argumento. Nam vel sententia declaratoria priuationis (v. g. propter hæresim vel ob non publicatam resignationem, vel commissam Simoniam, &c.) fertur per Pontificem aut per nunciũ Apostolicum, aut per Pontificis speciale rescriptum & tunc non est dubium priuati beneficia conferre solum Pontificem, vel Legatum (si indultum habeat) non solum vigore Pianæ constitutionis, sed etiam vi Concordatorum nationis Germanicæ, vt patet ex textu ibi, *Nec non per depositionem vel priuationem per nos, seu authoritate nostra factas & faciendas;* Aut sententia declaratoria fit per Ordinarium, & in Ordinarij mense, & tunc incertæ

incertæ opinionis est, vtrum Ordinarius in Germania possit conferre non obstante d. Piana, aut nouis alijs Constitutionibus Apost. reseruationem importantibus. Nam pro affirmatiua faciunt argumenta adducta per eundem Simonettam. Imprimis, quod Concordata Germaniæ per quæ dantur Ordinarijs locorum sex menses &c. fauorabilia sint, & latissimè extendenda in fauorem Ordinariorum, & contra concedentem interpretanda. Secundò, quod Rota apud Achillem de Grassis *decis. ibi de Hæretic. quam retulit Lancellot. de Attent. 2. cap. 5. nu. 36.* decidit Ordinarium posse beneficia vacantia ex caussa hæresis conferre in suo mense.

Pro negatiua quæ de iure verior est & probabilior, faciunt ista.

Primò, quod Pontifex concedendo Germanis alternatiuam sex mensium,& hoc reseruationibus Apost. factis & faciendis non obstantibus, non censetur voluisse, nec etiam potuisse sibi ligare manus, quo minus postea pœnas decerneret in quoscumq; delinquentes, eorumque beneficia sibi reseruaret *cap. fin. ibi glo. de rescript. in 6. cap. Innotuit de electio. glo. in c. fin. de sent. excommunicat.*

Secundò, quod nunquã auditũ est, inquit Branden, *d. q 10.* in Germania contulisse Ordinariorũ beneficia vacantia ob non publicationem etiamsi terminus ad publicandum neglectus expirauerit in mense Ordinarij, imò Papa tam contra Germanos, quam quoscumque alios signat statim supplicationes ob non publicationem, nulla habita ratione in quo mẽse, termino nouem mensium elapso, beneficium vacauerit. Tertiò, ex bulla Sixti v. quæ est declaratoria Bullæ Pii v. contra confidentiam Simoniacam apparet eundem Sixtum v. relaxasse rigorem constitutionis Pianæ, permittendo nimirum Ordinarijs Galliæ, vt conferrent beneficia per confidentiam vacantia; quod indultum planè superfluũ fuisset, nullaque dici potuisset relaxatio, si vigore Concordatorum ijdem potuissent conferre beneficia non obstante Piana reseruatione. Nec obstant argumenta in contrarium adducta, & imprimis quod Concordata sint fauorabilia: nam non rarò videmus Pontifices derogare Concordatis ex iustis caussis &c. vt latius infra ostendã in glo. xi. pręterquã quod non sic extendenda sint Concordata in fauorẽ Ordinariorũ, vt Pontificis manus ligatæ videãtur, ad statuendam pęnam in delinquentes contra fidem. Ad secundum, respondet Branden, Achillem de Grassis qui vixit tempore Iulij ii. circa annum 1503.) compilasse suas decisiones 70. annis ante Constit. Pii v. proinde parum aptè adducit Granutius illius auctoritatem. Vt vt sit, curę prętium esset certi quid super eo à Sanctiss. determinari, cum non desint vtrinque validissima argumenta.

Cæterùm, non solum hæreticorum beneficia vacant, sed etiam beneficia filiorum hæreticorum, vt est cõmunis opinio, *teste Couar. Var. resolut. lib. 2. c. 8. nu 4. versic. Cæterùm, quod filij hæret.* & licet dicat contrariam sententiam ęquiorem, attamen seruatur prima per Rotam vt ostendit Gonzalez *hic num. 67.*

O § 15.

§. 15. Imò vacant quoque beneficia illorum qui hæreticis adhærent, *Rebuff. in Rub. tit. de Regia ad prela. nominat. in glo. verbi vacantibus vers. Trigesimo primo.* & quidem in loco vbi commissum est delictum, & non in Curia vbi sententia lata est. *Nicol. Garcia tract. de benef. part. 5. c. 1: nu. 80.* licet hodie sint reseruata Papæ, ex Constit: PII V. at, cum iam dicta restrictione. Sed aduerte, si impetrentur beneficia filiorum, seu nepotum hæreticorum, habita ante, vel post delicta, nõ est necesse, quod fiat declaratio nullitatis, seu priuationis beneficiorum, sed simpliciter narretur modus vacationis: cum in primo casu priuati fuerint, & remanserint sine titulo; in secundo vero casu, sunt inhabiles & collatio eis facta sit nulla. Et ita hodie seruatur de stylo Curiæ. Videatur etiam ea de re Flam. Paris. *de Resignat. benef. lib. 3. quæstio. 1. num. 32. & quæ infra dicam num. 24.*

XIX. Vacant ipso iure etiam beneficia quæ fuerunt obtenta per preces hæreticorum *cap. 2. §. ad hæc. de hæret. in 6.*

XX. Per crimen realis Simoniæ, vt disponitur in extrauag. cum detestabile de Simonia *Cassad. decis. 5. nu. 1. Couar. Reg. peccatum. 2. p. c. 8. nu. 8.* sola autem conuentionalis inhabilem reddit ad obtinenda. *Put. decis. 80. lib. 2. Crescent. decis. 3. de Simon. Achill. de Grassis decis. 2. d. tit. Flam. Paris. de Resignat. lib. 14. q. 1. & 2. quæ de re alibi dixi.*

XXI. Per crimen læsæ Majestatis *Rebuff. d. tit. de mod. amitt. benef. nu. 32.*

XXII. Per crimen falsitatis litterarum Apost. *c. ad falsariorum, de crim. falsi.* vbi non solum priuantur beneficijs, sed & excommunicantur in bulla cœnæ Domini per constitut. SIXTI V. *Nauar. in Manu. cap. 27. num. 62. Salzedo ad Bern. Diaz. in pract. cap. 117. Sayrus de censuris lib. 3. cap. 10.*

XXIII. Vacant etiam ipso iure beneficia percutientis Cardinalem *c. fœlicis §. si qua verò feuda de Pœnis in 6. Flam. Paris. de resign. benef. lib. 11. quæst. 10. in pr.*

XXIIII. Idem in occidente vel percutiente Episcopum *clem. 1. §. à feudis de pœnis cap. Fœlicis de Pœnis in 6.*

XXV. Idem in Assasino *c. 1. de Homicidio in 6 Diaz. in praxi crim. cap. 96. nu. 1. Zerola in praxi Episcopali in verbo Priuatio §. 1. & dicam infra ad Reg. de Surrogandis collitig.*

XXVI. Vacant ipso iure beneficia occidentis Rectorem suæ Ecclesiæ *cap. in quibusdam 12. de Pœnu. Rebuff. in praxi d. tit. nu. 45.* quod etiam extendit ad occidentes quemlibet clericum vel parentem aut fratrem *cap. Inquisitionis nu. 3. 4. & 5.* vbi ponit Regulam, quod licet regulariter propter homicidiũ non vacet ipso iure beneficium, fallit tamen in homicidio qualificato, seu deliberato, *Rebuff. vbi supra nu. 42. quæ de re scripsi infra ad Regul. de Annali. & ad Regul. de Surrogandis collitig.*

XXVII. Si quis incarcerauerit clericum donec resignauerit suum beneficium *clem. multorum §. quod si inferiores de pœnis.*

XXVIII.

XXVIII. Propter crimen Sodomiæ, *ex Constit.* Pii v. *de data 3. Kal. Septēb. 1568. Nicol. Garcia tract. de benef. part. 11. cap. 10. §. 2. nu. 196. Nauar cap. 27. nu. 299. Lessius d. dub. 34.*

XXIX. Quando resignans non superuixit viginti dies per Regul. de viginti: nisi fuerit d. Regulæ derogatum, vt diximus ad d. Regulam.

XXX. Ob non factam publicationem resignationis iuxta formā Constitut. Greg. xiii. de publican. resig. ad quam latè scripsimus in Reg. de Publicandis infra. & talia beneficia vacātia ob non publicationem sunt reseruata, nec possunt per alium conferri quam Papam *Flam. Paris. de resig. benef. lib. 11. quæst. 7. nu. 36. Paulus Piasecius in praxi Episcopali part. 2. c. 5. nu. 4.* ne quidē in Germania in mensibus Ordinariorum, *Branden. ad Concordata quæst. 10.*

XXXI. Ob non seruatam formam concursus in conferendis parochialibus de qua v. Constit. Pii v. sub nu. 32. & Concilium Trid. cap. 18. sess. 24. super quo etiam alibi in hoc opere scripsimus.

XXXII. Vacant ipso iure omnia beneficia illorum qui pro obtinendis beneficijs, se-ipsos pro alijs examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt, aut beneficia impetrant pro alijs, vt ab ijs aliquid consequantur, vel quando pro seipsis impetrant beneficia cum intentione illa resignandi reseruata sibi pensione, vel non reseruata ad fauorem aliorum, *vt cauetur in Constit. 33.* Pavli iv. *de data 26. Decemb. 1557.* quæ irrogat pœnam excommunicationis in tales à qua absolui nequeunt nisi à Pontifice, præterquam in mortis articulo, & priuationis omnium beneficiorum obtentorum. Ideòque inoleuit iam in Curia stylus, vt exigatur iuramentum à petente beneficium, quod non accipit animo illud dimittendi *Flam. Paris. de resig. lib. 9. q. 10 nu. 4. & 5.* dicunturq; simoniaci qui beneficium accipiunt cum animo illud dimittendi *Achilles de Grassis decis. 1. nu. 5. de off. Vicarij.*

XXXIII. Vacat ipso iure beneficium per obitum Papæ Collatoris, quando fuit collatum ad beneplacitum illius *c. si gratiosè de Rescript. in 5. Gōzalez ad Reg.* viii. *Cancell. glo 15.*

XXXIV. Idem si per Papam fuisset collatum beneficium ad certum tempus, quia eo finito vacat ipso iure *arg. l. in agris ff. de acq. rer. dom.* vel quando Papa confert beneficium alicui, & apponit in ipsa collatione decretum, quod infra sex menses primum beneficium in illius manus dimittat, alias eo ipso vacet secundum: nam si non adimplet cum forma decreti, vacat ipso iure vltimum beneficium collatum, vigore dicti decreti *Aegid. decis. 755. in pr.* Rota *decis. 12. de Re. iud. in no.* quod intellige à die captæ possessionis pacificæ, *Caputaquen. decis. 51. num. 1. & decis.* 110 *lib.* 1. *Mohed. decis. 8. de Concess. præbend.* seu notitiæ eiusdem *teste Gonzalez d. gloss.* 15. *nu.* 112 *vbi hac de re plura. vide quoq; me ad regul.* 51. *infra.*

XXXV. Per depositionem, & priuationem *cap. ex litteris cap. graue de excess. prælat.* Rota *decis. 35. de præb. in antiq. Mandos. ad Regul. 32. quæst. 8. nu. 13. & seqq.*

& eo etiam casu sunt reseruata per Concordata Nationis Germanicæ.

XXXVI. Per apprehensionem possessionis de beneficio à Papa collato, ante expeditionem litterarum, *ex constit. Iulij 3. sub 27. Maij* 1553. *qua est de bullario 33. de qua Constit. v. Mandos. in Reg. 27. de non iud. iuxt. form. suppl. q. 3.*

XXXVII. Vacant ipso iure beneficia retinentis indebitè scripturas spectantes ad Cameram Apostolicam, & illas non restituentis, nec non scientis, & non reuelantis, *ex constit. Iulij 3. de data vlt. Aprilis 1552.*

XXXVIII. Vacant ipso iure beneficia offendentium litigantes in Rom. Curia, eorumq; Iudices, Aduocatos, procuratores, & notarios, ex Constit. Alex. VI. *de qua tractat Put. decis.* 102. *&* 103. *&* 104. *lib.* 1.

XXXIX. Vacant ipso iure beneficia per confidentiam, vtpote quando quis resignat alicui beneficium sub confidentia, quod Resignatarius postea resignet alteri personæ resignanti dilectæ, vel in alijs casibus contentis in Constitut. Pii IV. incip. Romanum Pontificem de data 17. Kal. Iunij 1564. & in Constitut. Pii V. de data Kal. Iunij 1569. de quibus plenè Flam. Paris. *in suo tract. de confiden. quæst. 68. per tot.* & Nauar. *in Manuali c.* 2?. *nu.* 109. Interim aduerte, quod in prouisione vacantis propter confidentiam, simoniam, homicidium, &c: solet de stylo Curię apponi clausula hęc: *Et committatur Ordinario priuatio, seu declaratio priuationis in forma iuris & prout de iure, & cum clausula Si per diligentem, &c: & de prouisione in euentum*, &c: clausula tamen Si per diligentem, non apponitur, quando Orator est examinatus, & approbatus.

Hi igitur vacationum modi includuntur sub hac reg. alternatiua seu reseruatoria mensiũ; licet in Germania absolutè sint reseruata S. Sedi beneficia vacantia per constitut. Execrabilis, & ad Regimen, adhibitis tamen modificationibus in constitutione Nicolai V. expressis.

21 Nota insuper, etiam alia esse crimina quę inducunt priuationem, sed non ipso iure, nisi per sẽtẽtiam, & quibusdam certis casibus, cuiusmodi, periurium, homicidium, adulterium, blasphemia de quibus Flam. Paris. *lib. 5. de resignat. quæst. 6. & lib.* 13. *per tot.* In periurio tamen notandum debere esse iudiciale,
22 alias signatura non daret priuationem *Staphil. de lit. grat. tit. de varijs mod. vacat §. quando quis veniat priuand. nu. 6. & 8. Rebuff. de pacif. possess. nu. 268. alias 221.* licet collatio beneficij facta periuro notorio, vtpote tali declarato per sententiã, sit ipso iure nulla, *Couar. part. 1. in c. quamuis de pact. in 6. §. 7.* alias cessantę sententia, & notorio non esset nulla ipso iure, sed annullanda *Couar. d. loco.* De homicidio dicam infra ad regul. XXVII. de Subrog. collitig. *nu. 43.* De singulis vide sigillatim Flam. Paris. *de resignat. benef. lib. 9. & lib. 14.*

23 His breuiter expeditis, libet nonnullos huiusce vacationis effectus subtexere.

Primus sit, quod si vacat beneficium ipso iure ratione alicuius capitis ex supra relatis, vacat in ipsomet puncto, quo contrahitur matrimonium aut emittitur

professio,

professio, vel contrahitur delictum, &c. *Probus in addit. ad Io. Monach. tamen c. fin. nu. 29. de consuet.*

Secundus, si post vacationem ipso iure moriatur priuatus antequam dimittat possessionem, tunc non vacaret beneficium per obitum illius, sed per militiam, professionem, incompatibilitatem, vel aliam caussam ex supra dictis. Nam prima vacatio impedit sequentem, & sic per obitum vacare non poterat beneficium quod non habebat ex quo prius ipso iure vacauerat *c. susceptum de Rescript. in 6. Aegid. decis 735. nu 5. Flam. Paris. de resig. benef. lib. 9. q. 25. nu. 4. & lib. 12. q. 14. nu. 35.*

Tertius est, quia beneficium quod semel vacauit ipso iure, non potest resignari in fauorem alterius: quia nemo potest resignare, aut renunciare, quod non habet *c. qui perfectionem 7. q. 1. Flam. Paris. d. tract. l. 1. q. 15. nu. 1. & lib. 2. q. 22. nu. 2. & lib. 3. quaest. 1. nu. 21.* qua de re videto quae scripsi infra ad Reg. de Annali *in glo. verbi, de beneficio vacanti.*

Quartus, si beneficium vacat ipso iure potest statim impetrari tanquam vacuum, secus si venit priuandus *Rebuff. in praxi tit. de mod. amitt. benef. num. 52 & 53.*

Quintus, quod si beneficium vacat ipso iure, ex tunc beneficiatus non facit fructus suos, sed ad illorum restitutionem tenetur, *Hoieda de incomp. benef. cap. 13. nu. 61. part. 1. Felij c. 1. nu. 42. de constit. Milis in verbo An autem clericus; verbo Beneficium nu. 27.* vide alios effectus apud Hoiedam *d. cap. 13.* item centum & quatuor effectus & discrimina vacationis, seu priuationis ipso iure, vel per sententiam copiosissima manu cumulat *Tiraq. in l. si vnquã verbo reuertatur à nu. 168. vsq. ad nu. 463. C. de Reuoc. donat.*

Nota denique, cum quis in casibus suprascriptis priuatur beneficio ipso iure, statim quidem conferri posse illud beneficium non expectatâ sententia, nec vocato possessore, non tamen collationem de facto exequi posse, & realem possessionem tradi collatario, nisi prius laudato, & vocato possessore, & causâ cognitâ, *text. in cap. licet Episcopus de praebend. in 6. Oldrad. cons. 226. de toto Bald. cons. 135. lib. 4. Lapus alleg. 101. & 112. Carolus M. ad Consuet. Paris. titul. 1. glo. 3. num. 12.*

Argumenta in Glos. VIII.

1. IVs patronatus laicum vel mixtum non comprehenditur sub hac Reg. sed tantum Ecclesiasticum.
2. Iuspatronatus laicale seu mixtũ competens ex praescriptione, consuetudine vel priuilegio non tollit reseruationem huius Regulae, & est sublatum à Concil. Trid.

3. Primariæ Preces Imp. non capiunt beneficia Iurispat. laici vel mixti.
4. Iurispatronatus Ecclesiasticum an in Hispania sub hac Reg. comprehendatur.

GLOSSA VIII.

H PRæsentationem) Et sic Regula hęc tollit iuspatronatus competens patro- 1
nis ad præsentandum, ius inquam patronatus Ecclesiasticum, non ęquè
laicum vel mixtum *Put. decis. 319 incip. eadem die nu. 1 lib. 1. & decis. 308. nu. 2.*
lib. 3. Achilles de Grassis decis. 3. de Iurepatron. Put. decis. 157. incip. Dubitaui in vna
placen. nu. 1. Crescentius decis. 3. de Iurepatron. quod verum est, quando tale ius-
patronatus competit ex fundatione, constructione, seu dotatione, vel donatio-
ne facta ab habente illud ex prædictis titulis: nam alij patronatus competentes 2
ex præscriptione, consuetudine, vel priuilegio, aut alio quocumq; modo non
prodessent ad impediendam reseruationem huius regulæ: tum quia tales patro-
natus sunt hodie sublati per Concil. Trident. vt habetur c. 9. sess. 25. tum quia
dicti patronatus etiam ante Concil. Trident. sub reseruationibus comprehen-
debantur *Cassad. decis. 4. nu. 5. de probationibus. Gonzalez ad hanc Reg. glo. 18. nu.*
18. per not. Couar. pract. quæst. cap. 36. nu. 6. Flam. Paris. de Resig. benef. lib. 2. q. 4.
Quæ distinctio militat etiam in primarijs Precibus Imper. quæ non capiūt be-
neficia Iurispatronatus laici vel mixti, sed tantum Ecclesiastici, vt ostendi in
Commentarijs ad Indultum FERDINANDI II. Cæterùm, quod dixi Iuspa-
tronatus Ecclesiasticum tolli, seu sub hac Reg. comprehendi, id non obtinet in 3
Hispania, & præsertim in regnis Castellæ, teste *Garcia tract. de benef. part. 5. c.*
1. §. 11. nu. 557. Imò indifferenter, inquit, beneficia Iurispatronatus etiam Eccle-
siastici ad præsentationem patronorum, prouidentur in partibus, in quocum-
que mense vacauerint, vt seruatur quotidie. Quâ obseruantia ac consuetudine
supposita, dubitatur an id defendi posit non obstante hac reseruatione & alijs,
quasi vsu non recepta, & sic non liget *cap. fin. ibi de consuet.* Negatiuam tuetur
Garcia *dicto loco nu. 558.* Nec obstare illud de non receptione, aut tacita abro-
gatione: quia ista non possunt applicari Regulis reseruatorijs, quæ non sunt
tam leges, quam auocationes prouisionis beneficiorum per Papam ad se factę vt
patet ex definitione Reseruationis, de qua plura tu vide supra gloss. 1. vers. ex
quibus cons.

Arg.

Argumenta in Glo. IX.

1. IN generali reseruatione non veniunt beneficia electiua.
2. Electiua beneficia veniunt sub dispositione huius regulæ. & an sub Primarijs Precibus Imp. cóprehendantur?

GLOSSA IX.

I ELectionem) In generali reseruatione nó venire beneficia electiua scripsit Aeneas de Falcon. *tract. de reseruat. quæstio. 3. principali num. 21.* Ideòq;
2 Pontifex illa hic expresit An autem comprehendantur sub Indulto Precum Primariarum Imp. scripsi in Notis ad dictum Indultum, *in verbo, Per electionem.*

Argumenta in Glo. X.

1. REgula ista nedum comprehendit Ordinarios Collatores, verum etiam extraordinarios; quod limita vt num. 3.
2. Ordinarij collatores qui dicuntur.
3. Qui extraordinarij collatores.
4. Clausula generalis derogatoria remouet obstantias perpetuas, non temporales.
5. Regula hęc an excipiat Cardinales legatos de latere in suis prouincijs degentes: & quid in Cardinalibus absentibus à Curia.
6. Cardinalis si negligat conferre beneficium vigore indulti, post sex menses, Papa non conferet iure deuoluto, sed Archiepiscopus.
7. Reg. hæc non includit Reges & Principes collatores beneficiorum, quæ sunt de iure patronatus laicali vel mixto.
8. Præcepta Canonica relaxantur propter Regum & Principum auctoritatem.

GLOSSA

GLOSSA X.

K QVorumcumq; *Collatorum &c. non tamen S. R. E. Cardinalium)* 1
Notandum primo Regulam hanc comprehendere non solum Ordinarios Collatores, quales sunt Episcopi in suis Diœcesibus *extrauag. execrabilis §. cæterum ordinarios de præbend. Rebuff. in concord. tit. de collationibus §. præfati ordinarij in glo. verbi Ordinarij & in tract. de Nominat.* vbi etiam dicit quod dicuntur ordinarij collatores omnes, qui à Papa vel lege, seu consuetudine habent potestatem conferendi beneficia Ecclesiastica, etiamsi sint inferiores ab Episcopo, & ordinariam iurisdictionem non habeant, *clem. 1. ibi glo verbo ordinarium, Vt lite pend.* verum etiam extraordinarios, quibus nimirum competit collatio, ex priuilegio vel iure speciali, *cap. cum clericus 11. §. fin. ibi glo. verbo spectat de præbend. vbi etiam Geminia nu. 5. vers. glossa super verbo spectet, Achilles de Grassis decis. 1. nu. 1. & seqq. de off. ord.* quod limitat Simonetta *tract. de reser. quæst. 68. nu. 2.* & Nicol. Garcia *tract. de benef. part. 5. cap. 1. §. 11. nu. 619.* quando ius conferendi non esset perpetuum, sed limitatum ad modicum tempus, veluti ad 4. annos plus minus: cũ enim illud sit tẽporale, est minus præiudiciale, vt notat post Puteum *decis. 47. incip. Nicolaus v. num. 19.* Gonzales *hic* atque ita clausula generalis derogatoria, remouet obstantias perpetuas non temporales, *Calderinus cons. 1. de rescript. Rota decis. 2139. incip. lucana lib 3. part. 3. diuers.*

2 (margin, beside "dicuntur ordinarij collatores omnes")

Secundò notandum est, reseruari beneficia vacantia ad collationem, prouisionem, &c. collatorum secularium, & Regularium, non tamen S. R. E. Cardinalium. In quo aduerte Regulam hanc non excipere Cardinales legatos de latere, in suis legationibus, & prouincijs degentes, qui collationem tantum extraordinariam habent, sed tantum Cardinales Episcopos in suis diœcesibus residentes, vt testatur Crescentius *decis. 217. alias 20. de præbend. Io. Petrus Moneta in suo tract. de optio. Canonica cap. 4. quæst. 3. nu. 87.* cum Papæ intentio tantum fuerit non afferre præiudicium Cardinalibus in sua ordinaria collatione, siue resideant in Curia, siue non: quod intellige de Cardinalibus residentibus in suis diœcesibus, non etiam ijs qui Ecclesias possident titulares de Vrbe, vel Episcopatus qui annexi sunt Cardinalitatibus & optãtur sex per antiquiores Cardinales Præsbyteros, qui in Vrbe tẽpore vacationis inueniuntur, vt sunt Episcopatus Hostien. Portuen. Prenestin. Tusculan. Sabinen. & Albanen. quia fauor huius Reg. non extenditur ad tales Cardinales absentes à Curia: quia obstat reseruatio regulæ VII. præcedentis, quæ non loquitur de omnibus Cardinalibus Episcopis, sed de Episcopatibus Cardinalatuum supradictorũ, vt patet ex verbis d. Regulæ ibi; *nec non ad collationem. &c: S. R. E. Cardinalium à Rom. Curia absentium ratione suorum Episcopatuum Cardinalatus ac ipsorum Cardinalium titulorum*

rum qua de re videndus Nicol. Garcia *tract. de Benef. part. 5. cap. 1. §. 11. à num. 624. vsq, num. ad 633.*

Tertiò notandum per negligentiam Cardinalis in conferendo beneficium, 6
vigore indulti post lapsum videlicet sex mensium collationem, deuolui, non ad Papam iure deuolutionis, sed ad Archiepiscopum: quia tale beneficium nunquam fuit reseruatum, ex quo Regula nostra Cardinales collatores non comprehendat, & ideò ad effectum de quo agitur, est perinde ac si reseruatio nostræ Reg. in rerum natura non fuisset *Cassad. decis. 8. nu. 8. de prabēd.* & consequēter, data negligentia inferioris intrat deuolutio, prout de iure communi, cuius deuolutionis vigore collatio pertinet ad Archiepiscopos *&c. vt in c. 2. de concess. prabend. Gonzalez d. glo. 24. nu. 89.*

Quartò, notandum est Regulam nostram non includere Reges, & Principes, quales sunt Reges Galliarum, & Hispaniarum, alijq; nonnulli Orbis Christiani Principes, qui de plurimis beneficijs in suis regnis sunt collatores beneficiorum, vt latè ostēdit Boetius Epo Antecessor ordinarius in Academia Duacena *tract. de Regalibus nu. 14. & seqq* Nam eo ipso quod de Regibus, & Principibus non fit expressa mētio, non censentur comprehensi sub huius Regulæ reseruatione, *text. in cap. fin. in pr. ibi Regibus &c: de officio deleg. c. ne reliqui ibi Illis per qua Regibus &c: de priuilegijs in 6.* præcepta namq; canonica relaxantur propter Regum, & Principum auctoritatem *cap. Principes c. Regum. 24. q. 5. cap. per venerabilem §. rationibus, Qui filij sint legit. Archidiac. & Io. And. in c. 2. de prabend. in 6.* qui loquuntur in fortiori omnium reseruatione ratione vacationis apud Sedem, *Couar. in pract. quæstio. cap. 36. nu. 4. plura hac de re vide supra ad Regul. XI. & infra XL.*

7

8

Argumenta in Glo. XI.

1. SVb dispositione huius Reg. non includuntur collatores vigore Concordatorum.
2. S. Pontifex per Concordata Germaniæ reseruat dispositioni suæ beneficia vacantia per Constit. Execrabilis, cum certis tamen limitationibus.
3. Summa capita Concordatorum Germaniæ.
4. Prouisi per Papam de beneficijs reseruatis tenentur publicare gratiam intra tres menses.
5. Si Papa negligat conferre intra tres menses, non propterea conferet Ordinarius priuatiuè, sed erit præuentioni locus.
6. Summa capita Concordatorum Galliæ.
7. Decretum irritans, inficit titulum, & possessionem prouisi. & nu. 9.
8. Prouisus contra Concordata, nec titulum, nec possessionem coloratam habet, nec tutus est beneficio Reg. de Annali & Triennali possess. nec in foro con-

ro conſcientiæ quo-ad perceptionem fructuum.

9. Impetrans beneficium contra Concordata, eſt priuatus ipſo iure.

10. Concordata nullatenus per hãc Reg. læduntur.

11. Concordata fauorabilia ſunt, & pleniſsimè interpretanda.

12. Primariæ Preces Imp. non afficiuntur Concordatis.

13. Exceptio de non vſu Concordatorum irreleuans eſt, & nulla.

14. Huic Reg. derogatur demũ per Concordata ſi illa ſint acceptata

15. Gratia acceptationis durat vſque ad mortem Papæ, vel Epiſcopi, vel vſq; dum Epiſcopus transferatur ad aliam Eccleſiam.

16. Legatus de latere concurrit cum quolibet Ordinario, in ſex menſibus Ordinarijs per Concordata aſsignatis.

17. Legatus de latere dicitur Ordinarius in ſua prouincia.

18. Concordata tollunt tantum gratias præuentiuas, nec impediunt, quo minus Papa, vel Legatus concurrat cum Ordinarijs, etiam in illorum menſibus.

19. Decretum irritãs operatur duntaxat, quo-ad gratias præuentiuas, nec tollit facultatem concessam Legatis de latere.

20. Decretum irritans non ligat Papam, quo minus concurrat cum Ordinarijs.

21. Papa per clauſulam generalem; Non obſtantibus priuilegijs, facultatibus &c. cenſetur derogare alternatiuæ in Concordatis conceſſæ.

22. Papa poteſt ex iuſta, & rationabili cauſſa ſi velit, derogare Concordatis.

23. Papa non poteſt aliquam legem ſuis ſucceſſoribus imponere.

24. PAVLVS V. reuocauit derogationem Concordatorum Germaniæ per CLEMENTEM VIII. ſuum deceſſorem factam

25. Vt Concordata includantur ſub hac Reg. debent eſſe & acceptata, & obſeruata,

26. Quid interſit inter reſeruationes vigore Regularum Cancellariæ, & reſeruationes inductas per Concordata Germaniæ.

27. Papa per conceſſam electionem per Concordata, non ſic adſtrictus eſt, quin poſsit ea non obſtante ex rationabili & euidenti cauſſa poſtpoſito electo, de alio Prælato prouidere.

28. Beneficia vacantia per Reg. Cancellariæ, in menſibus reſeruatis perpetuo manent affecta Papæ.

29. Papa non conferens intra tres menſes à die notæ vacationis beneficium reſeruatum, eius collatio deuoluitur ad Ordinarium.

30. Ordinarij non obſtantibus Concordatis, poſſunt recipere reſignationes beneficiorum etiam in menſe Pontificis.

31. Maiores dignitates electiuæ poſt Põtificales in Cathedralibus, & Principales in Collegiatis ſunt reſeruatæ S. Sedi per Reg. 24. INNOCENTII VIII. ſi promouendus illarum poſſeſſor reponat ad manus Ordinarij.

32. Nominationes Louanienſium continent, vtplerique volunt, expreſſam Concordatorum Germaniæ derogationem.

33. In quibus menſibus Apoſt. modo vigeant Nominationes Louanien.

34. An nominationes locum habeant in caſu vacationis in menſibus nominationum, ſi reſignans in fauorem moriatur intra xx. dies.

35. Preces

35. Preces Primariæ Cæs. non includuntur sub Concordatis.
36. Præter Concordata, Leodienses habent Alternatiuam mensium, & sic duplici vinculo securi.

GLOSSA XI.

L A *Vt aliorum sub Concordatis*) Sequitur alia exceptio huius Reg. per quam, sub illius reseruatione non includuntur collatores beneficiorum qui conferunt illa vigore Concordatorum initorum inter Sedem Apostolicam, & ipsos: eiusmodi enim beneficia sub hac Reg. non comprehenduntur, sed liberè sunt per collatores conferenda: Qualia illa sint, patebit ex hac Concordatorum Germaniæ, & Galliæ summa. 1

Imprimis in Concordatis Germaniæ Pontifex reseruat dispositioni suæ beneficia vacantia per Constit. *Execrabilis*, & *ad Regimen*, cum modificationibus tamen in dictis Concordatis initis inter Frider. Imper. Principesque Germanię & NICOLAVM V. Pontificem Max. expressis, quę Concordata etiam confirmata sunt per Maximilianum Imper. anno 1518. Iulij 11. respectu Leodiensium quatenus illa aliquatenus læsa essent circa liberam Collationem beneficiorum in mensibus Ordinariorum vacantium, vt & per Constitutiones PII II. de data 1458. 13. Kal. Feb. & SIXTI IV. de data anni 1479. quibus conceditur alternatiua collationis ordinarijs Ciuitatis & Diœcesis Leodien. 2

Secundò, in dictis Concordatis statuitur quod in Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesijs, etiam immediatè non subiectis Sedi Apostolicæ, & in Monasterijs immediatè subiectis, fiant canonicæ electiones, quæ ad dictam Sedem pro obtinenda cõfirmatione deferantur intra tempus constitutum, per Constitutionem NICOLAI III. *incip. Cupientes &c:* alioquin ad eandem Apostol. Sedem electiones deuoluantur: & si dictæ electiones minus canonicæ fuerint, de ijs per S. Sedem prouidebitur; & si canonicę fuerint, per eandem confirmabuntur, nisi ex rationabili, & euidēti caussa de digniori, & vtilori persona, ex consilio Cardinalium duxerit prouidendum. At in Monasterijs dictæ Sedi immediatè non subiectis, & alijs beneficijs regularibus, super quibus pro confirmatione, vel prouisione ad d. S. Sedem non consueuit haberi recursus, Electi, vel prouidendi ad Curiam Rom. pro confirmatione, vel prouisione venire non tenebunur. De Monasterijs verò Monialium eadem S. Sedes non disponet, nisi sint exempta & tunc per commissionem ad partes. 3

Tertiò, in cæteris dignitatibns, & beneficijs quibuscumque tam secularibus quam regularibus vacaturis in mensibus Ianuarij, Martij, Maij Iulij, Septembris, & Nouembris, eadem S. Sedes sibi ista beneficia reseruat. In mensibus verò Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris non impediet per

quamcumque aliam Reseruationem, gratiam expectatiuam, aut quamuis aliam dispositionem per ipsam factam, aut faciendam, quo minus de illis cum vacabūt in dictis mensibus Februarij &c; Ordinarij, vel alij inferiores liberè disponant, exceptis tamen maioribus dignitatibus post Pontificales in Cathedralibus; & Principalibus in Collegiatis Ecclesijs, de quibus iure ordinario erit prouidendum per illos inferiores, ad quos alias collatio, prouisio, præsentatio, electio, seu quæuis alia dispositio pertinet. Eandem Alternatiuam collationem concessit Ordinarijs Ciuitatis & Diœcesis Leodien. PIVS II. & ante eum EVGENIVS IV. quam etiam confirmauit postea SIXTVS IV. anno 1479. 9. Ianuarij (cui successit INNOCENTIVS VIII.) permittendo dictis ordinarijs liberam collationem in mensibus Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris, & quod nullis reseruationibus factis tunc per se vel prædecessores vtetur, nisi in corpore iuris clausis, & exceptis dignitatibus & beneficijs officialiū Sedis Apost. Verùm vltra hoc, extat in hac nostra patria Leod. Indultū quod à CLEMENTE VIII. cōcessum est proprio motu Ernesto à Bauaria de an. 1599. Episcopo & Principi nostro, & post eius decessum à PAVLO V. Ferdinando illius successori & nepoti, quo Indulto concessa est eadem facultas conferendi Canonicatus, & beneficia sibi quomodolibet in suis mensibus reseruata, dummodo alias dispositioni Apostolicæ generaliter reseruata, seu ex generali reseruatione affecta non fuerint, vt latius ex Indulto videre est, cuius seriem legere poterit Lector Tomo III. Annalium Episcoporum Leodien. Reuerend. admodum Domini Io. Chapeauille Canonici & Vicarij Leodien. de nostra Republ. Leodiensi optimè meriti: sed regredior ad Concordata.

IV. Subijciuntur quædam de modo Annatarum vt ex contextu dictæ Constituitonis Nicolai V. apertè videre est.

Quod verò in d. Nicolai V. constitutione statutū erat, vt nisi eadem S. Sedes prouideret de dictis beneficijs sibi reseruatis in mensibus prædictis intra tres menses, à die notæ vacationis in loco beneficij, quod ex tunc ordinarij, vel alij, ad quos collatio pertinebat liberè de ijs disponere possent, hoc per aliam GREGORII XIII. Constitutionem, *incip. Quæ in Ecclesiam Dei de data 1576. Kal. Nouemb.* sublatum fuit, aut saltem modificatum, eatenùs nimirum, vt illi quibus deinceps gratiæ eiusmodi concedentur, earum concessionum fidem, & testimonium intra tres menses, à die notę vacationis in loco beneficij huiusmodi vel dictis collatoribus significare, vel in ipso beneficij loco publicare quoquo modo teneantur, decernitque omnes, & quascumque dispositiones de dictis beneficijs ab eisdem collatoribus post significationem, seu publicationem huiusmodi pro tempore factas, nullas, & inualidas. 4

In quo tamen duo notes.

Primò, quod si eiusmodi negligentia interuenerit, non per hoc concurrentiam excludi, quo minus lapsis dictis tribus mensibus S. Pontifex conferat beneficium, 5

ficium, cuius collationis dies, si prior sit collatione ordinarij, dubium non est quin à Pontifice prouisus, prouisum ab ordinario rectè excludat *Cap. dudum de Præb. in 6. quod & notauit Branden. ad Concord. Grem. quæst. 6. in fi. & D. VVames. consil. 239. nu. 2 de prebend. qua de re vide infra notabili IV.*

. Secundò, quod si intra tres menses iuxta dictam Gregorianam Constitutionem, prouisio non innotuerit Ordinario, non per hoc illam esse irritam, sed irritas tantum declarari quascumque prouisiones Collatorum factas, post publicationem Collationis Apostolicæ, vt decidit Rota *coram Fabio Accoramb. 13. Feb. 1559. in diuers.*

Sed priusquam alia notabilia cumulemus, paucis videamus Concordata Galliæ, & delibemus ex illis præcipua & summa illorum capita.

In illis igitur statuitur, vt Rex Galliæ faciat nominationem ad Archiepiscopatus, & Episcopatus, Abbatias, Prioratus, & Monasteria, & Papa conferat. 6 In alijs verò dignitatibus inferioribus, & beneficijs quibuscumque, conceditur Ordinarijs collatoribus libera collatio in omnibus mensibus, iuxta iuris communis dispositionem: Ita tamen quod conferant vnum Canonicatum in vnaquaque Ecclesia Cathedrali, & Metropol. vni Magistro, Licentiato, aut baccalaureo formato in Theologia, qui per decennium studuerit cum onere prædicationis, & S. Scripturæ lectionis, & insuper tertiam partem omnium dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum vacantium in quatuor mensibus anni, videlicet 1. 4. 7. & 10. mense post acceptationem Concordatorum. similiter viris litteratis graduatis, & nominatis per vniuersitates conferant. deniq; quod non solū nullæ gratiæ expectatiuæ, nec reseruationes generales, & speciales ad beneficia regni à Sede Apostolica emanare possint, sed neque lites, & causæ beneficiales in Romana Curia tractari, & agitari, vt plenius legitur in bulla Leonis x. *incip. In eminenti* quæ Concordata latiss. declarat explicatque Rebuffus.

His ita pręmissis, subnecto quędam notabilia hanc Concordatorum Germaniæ materiam enodantia.

. Primò, quod dictis Concordatis, seu Constitutioni Nicolai v. adiectum sit decretum irritans *Si secus à quoquam scienter, vel ignoranter attentari contingat:* quod quidem decretum ipso iure nullitatem inducit, etiam sine partis obiectu 7 *Mandos. ad Reg. 31. quæst. 11. nu. 6. & 9.* vbi scribit quod Regulæ Cancellariæ habentes decretum irritans quandocumque in iudicio producta, annullant omnia acta etiam ante productionem facta *Cassad. decis. 12. super Regulis VVamesius tom. 1. consil. 33 nu. 12. de ætat. & qual. præfic.* vbi in materia Coadiutoriæ Præposituræ per Papam concessæ, resoluit eiusmodi Coadiutoriam suos finem, & effectum sortiri non posse, nisi Coadiutus in mense Apostolico decesserit, vel alias ad prouisionem, seu collationem Papæ dicta Præpositura aliqua ratione spectarit; idq; obstante dicto decreto irritanti, quod etiam ipsum Pontificem

 ligat

ligat *cap. quodam ibi Dominic. de Prabend. in 6.* Quod limita, nisi Pontifex iusta causa motus eiusmodi Concordatis derogaret *ad not. Mohed. decis. 23. in fin. de Prebend. Mandos. ad Reg. 2. Cancell. quaest. 2. & ea qua dicam infra* IV. *Notabili.*

Cæteroquin, tanta est vis & potestas decreti irritantis, vt etiam inficiat titulum, & possessionem prouisi, vt tradit Flam. Paris. *tract. de resign. benef. lib. 6. quaest. 5. nu. 57. & lib 5. quaest. 6. nu. 220.* imò etiam inficiat omnia quæ sequuntur, vt nec iuris effectum, nec fomentum habeant *Paris. d. tract. lib. 11. quaest. 7. nu. 25. Cassad. decis. 1. nu. 7. de Restit. spol.* nec titulum tribuat aut possessionem coloratam *Lapus alleg. 3. num. 3. Cassad. decis. 7 num. 3. super Regulis, Simonetta de reser. quaest. 48. num 1. & seq.* etiam in iudicio possessorio summarijssimo manutentionis, vt postea dicam, in quo nullæ exceptiones admittuntur *Cassad. decis. 1. per tot. de Restit. spoliat,* siue sit reseruatio generalis, siue specialis, *Cassad. decis. 1. nu 1. de causa poss.* neque sunt tuti beneficio Regulæ de Annali, & Triennali possessore *per Constit. Clem.* VII. *incip. Admonet nos: in verbis, declaramus praetensas collationes, nec etiam in conscientia foro, quoad perceptionem fructuum vt liquet ex illis verbis bulla Clementis* VII. *& fructus nullo vnquam tempore facere: sed ad illorum restitutionem in vtroq; foro efficaciter obligatos esse.* Vnde cum etiam priuati sint ipso iure beneficio, tenentur illud dimittere, *Abb. in c. extirpanda §. verò de prabendis Hoieda de Incomp. benef. part. 1. cap. 13. nu. 61. Tiraq. in l. si vnquam nu. 291. & seq. C. de reuoc. donat.* Porrò, quod diximus Decretum irritans inficere possessionem & titulum, id adeò verum est, vt impediat restitutionem in spolio, & manutentionem *Aen. de Falconibus de Reser. q. 4. effectu. 11. Sarnen. de Annali q. 23. & alij permulti quos citat Nicol. Garcia de benef. 5. part. cap. 1. §. 9. num. 412.* quod intellige vbi reseruatio, cui est appositum decretum irritans, est iustificata, vel in corpore iuris clausa, vel super certo corpore beneficij: alias secus, *Gambarus tract. de officio leg. lib. 4. nu. 130.* atq; ita fuit resolutum in vna Regien. Canonicatus *coram D. Pamphilio 17. Nouemb. 1595. in vna Bobien. 27. Febr. 1595. coram D. Gipsio.* Iustificata autem censetur reseruatio, quando est probata: aut enim incontinenti probatur, & tunc impedit manutentionem, & restitutionem in spolio. *iuxta decis. Put. 190. & 197. lib. 3.* aut si possessor dicat se prouisum ab Ordinario, nec alium titulum allegat; alias secus, quia in beneficialibus datur multiplicatio titulorum *ita decisum fuit in vna Reginen. beneficijs 16. Feb. 1596. coram D. lita.*

8 (margin, beside "Cæteroquin")

9 (margin, beside "sint ipso iure")

II. Dicta Concordata nullatenus lædi per hanc Regulã reseruatoriã, etiamsi nulla eorum facta esset mentio, cum semper excepta censeantur *Crescent. decis. 2. & 5. de Priuilegijs Put. decis. 47. incip. Nicolaus V. nu. 3. lib. 1. Mohed. decis. 23. in fine de prabend.* sintque fauorabilia, ac plenissimè in fauorem ordinariorum interpretanda, cum reducant ad ius commune *l. si vnus §. pactus ne peteret ff. de Pact. Put. decis. 108. nu. 1. l. 2. qua de re latius dicemus in si textus* stante maximè alternatiua collatione concessa Episcopis Leodien. per Eugenij IV. Constit. de qua dicam infra nu. 35. 10 11

Tertiò,

Tertiò, exceptionem de non vsu Concordatorum in iudicio, & extra, nul- 12
lam, inanem, & ridiculam esse per not. Georgij Branden. *in Concord. German. quæst. 4. per tot.* cum illa sint per principes Germaniæ acceptata, sicq; in pactum abierint, *Crescent. decis. 2. & 5. de Priuileg. Mohedan. decis. 23. in fi. de Prabend.* ad effectum tamen huius Regulæ necessarium est vt illa expresè sint acceptata, vt 13
patet in verbis nostræ Regulæ, *& eos qui illa acceptare, & obseruare debuerint acceptatis* probatque Nauar. *consil. 1. de Constitutio nu. 23.* Sed ad quod 14
tempus durabit gratia ista acceptationis? Respondeo quod vsque ad mortem Papæ gratiam concedentis, vel Episcopi acceptantis *Nauar. consil. 13. num. 2. de prabend.* Cum enim acceptatio alternatiuæ sit quidam quasi contractus initus inter Papam alternatiuam concedentem, & Episcopum acceptantem, sequitur quod morte alterutrius finiatur *l. 1. l. nulla 59. ff. pro socio Nauar consil. 31. nu. 2. de prabend.* vel donec Episcopus acceptans trãsferatur ad aliam Ecclesiam, vel alias remoueatur: cum translatio, vel remotio dicatur mors ciuilis, quæ quo-ad hũc effectum æquiparatur morti naturali, *vt not. Gonzalez §. 5. proemij.*

Quartò, Legatum à latere concurrere cum quolibet Odinario in sex mensibus ordinarijs per Concordata asignatis in collatione beneficiorum, cum ipse 15
Legatus dicatur etiam ordinarius in sua Prouincia *c. 1. de off. leg. c. eod tit. in 6.* 16
Crescent. decis. 180. alias 8. de priuileg Put. decis. 345. nu. 1. & 2. lib. 2. Gamb. de off. & potestate legati lib. 3. p. 3. num. 78. & seq. dicentes hoc procedere non obstantibus Concordatis Germaniæ quo-ad alternatiuam concessam ordinarijs per d. bullam Nicolai V. quia Concordata tantum tollunt gratias præuentiuas, videlicet expectatiuas, & reseruatiuas: non tamen impediunt quin Papa, vel Legatus poterit concurrere cum Ordinario in mensibus ordinarijs, vt hoc latius probat, decisionibusque Rotæ confirmat Gonzalez *hic in glo. 25. nu. 15. & seqq. adde Rebuff. ad Concordata in Rub. de Collationibus §. si quis, verbo alium superiorem* vbi ita iudicatum adstruit, & Branden *in Concord. German. not. 1.* vbi scribit quod Concordata non impediunt Collationes Papæ, etiam in mensibus Ordinariorum, sed solum tollunt gratias præuentiuas, quas olim habebant expectan- 17
tes *Cassad. decis. 1. de pact. Simonetta de Reseruat. quæst. 2.* & ita tenuit Rota *in vna Meten. Canonicatus*: quod tamen hactenus accipe, nisi prouiso à Papa obstet Regula de verisimili notitia infra 18. tunc enim prouisio Papæ anterior nullius erit roboris ex d. Regula, & consequenter non oberit prouisioni Ordinarij posteriori, nec poterit dici Papam præuenisse *Coras. de Benef. 2. par. c. 1. nu. 7. & c. 3. nu. 8. Nicol. Garcia tract. de benef. partes 5. cap. 1. nu. 43.* licet ipse postea *nu. 49.* dicat dictam Reg. non habere locum in legato motus auctoritate nostri glossographi *ad d. Reg.* & Bertrand. *cons. 128. vol. 1.* sed contraria opinio videtur verior, vt ibi dixi.

Præmissis non obstat decretum irritans in Concordatis appositum, quia illud sortitur naturam principalis dispositionis quoad gratias preuentiuas tantum, & 18

non ampliat dispositiones, nec tollit facultatem legati de latere de iure communi concessam *Put. decis. 1. lib. 1.* nec Papam ligat teste Menochio *consil. 83. nu. 21. &* 19
23. & D. VVamesio *consil. 225. num. 3. 6. & 9. tom. 1.* quãdo decretum non dicit ***etiam per nos &c.*** vt fuit dictum in vna Meten. Canonicatus *coram R. P. D. de Rubeis, 8. Nou 1577.* & in alia Leod. *coram Illustriss. Card. Lancelloto tunc Rotæ auditore*, & in vna Romana Casalis *23. Octobr. 1574. coram D. Robusterio qua est 1. part. decis. 106.* licet alij contrarium teneãt, videlicet Decretum irritans Papam ligare etiamsi non dicatur, ***Per nos, aut successores nostros contigerit attentari***, quando scilicet illud ponitur in iure, seu lege generali, aut concessione speciali, vt hic, *Probus ad Monach. in c. si tibi qui nu. 5. & 21. de Rescript in 6. Rebuff in Cõcord. tit. de firma, & irreuoc. Cõcord. stab. in pr. Menoch. Cons. 83. nu. 6. l. 1.* quorũ opinionem nouissimè reprobat Nicol. Garcia *de benef. part. 5. c. 1. nu. 29.* Et rectè. Nam licet Regulæ reseruat. habeant vim legis, & Constitutionis generalis *Sarnen. Reg de Annali quæst. 23.* tamen reuera non sunt leges generales, quales sunt aliæ Regulæ Cancellariæ: sed auocationes quædam prouisionis beneficiorum per Papam ad se factæ, vt patet ex diffinitione Reseruationis de qua per Aen. de Falcon. *quæst. 1. principali* Simonetta *de Reser. q. 1.* Mascard. *conclus. 1276.* præterquam quod non potest alternatiua dici lex; sed potius quædam gratia *Mohed. decis. 1. de concess. prabenda.*

Verum illud certum est, si Papa in gratia apponeret clausulam ***non obstantibus priuilegijs, facultatibus, & indultis, &c.*** per eiusmodi clausulã derogaret alternatiuæ in Concordatis concessæ, vt resoluit Rota *in vna Zamoren. Canonicatus apud. Mohedam. decis. 1. de concess. prabend. Felij. Anto. de But. & alij in c. nonnulli de rescript.* Dubium enim non est quin Papa si velit derogare, possit ex iusta, & rationabili causa dictis Concordatis *Mandos. in Reg. 2. Cancell. q. 2. vers. Imò etiam in Gallia, Simonetta seu eius additionator in tract. de reseruat. q 1. nu. 5. & q. 99. nu. 23. & 26.* quod secus esset, si nulla subsit iusta causa, *Mohed. decis. 23. in fi. de prabend. Put. decis. 47. in fi. lib. Rebuff. in Rub. tit. de Collatio. in Concord. Gabriel. lib. 3. com. conclus. 6. de Iure quæs. non toll. nu. 5.* quos sic esse intelligendos scripsit Gonzalez *hic in glo. 28. nu. 26.* 20 21

Nec obstabit decretum irritans in Concordatis appositum, quia vt prædixi non ligat Papam, nec etiam Nicolaus v. potuit suis successoribus aliquam legem imponere quãm ipsi de necessitate tenerentur seruare: quia par in parem non habet imperium, *vt legitur, & notatur in l. digna vox C. de leg. cap. Innotuit de electio. cap. fin. de Rescript. in 6.* 22

Deniq; quod Papa possit derogare Concordatis, latissimè, & doctissimè probat D. Wamesius *consil 255. nu. 3. & seq.* faciunt optimè not. Gabrielij *d. tract. com. conclus. lib. 3. conclus. 6. tit. de Iure quæsito non toll. conclus. 6. nu. 5.* atque ita tẽpore meo decidit Rota in vna Tũgren. Canonicatus pro D. Quirino Bilstain, licet

licet postea Pavlvs v. S. Pontifex anno 1613 v. Kal. Aprilis motu proprio declarauit se non intendere, nec suos prædecessores intendisse lædere Concordata in gratia extinctionis litis motu proprio facta D. Ricardo Pauli Strauio, & Guilielmo Vossio, litigantibus contra dictum Quirinum Bilstain clericum Leodien. pro d. præbenda, & canonicatu, & Scholastria Tungren. in quorum regimine idem Bilstain Coadiutorem perpetuum in locum cuiusdam Lamberti Gilkens deputari se à S. Sede obtinuerat cum expressa derogatione Concordatorũ Germaniæ; dictis verò Ricardo, & Guilielmo auctoritate ordinaria prouisis de dictis Canonicatu, & Scolastria per mortem dicti Lãberti de mense Februarij, & litibus ad multos annos inter eos agitatis cum d. Quirino, tandẽ idem S. Põtifex lites illas exstinxit, declarauitq; proprio motu, nec ad eorum, aut alterius pro ipsis instantiam, collationem, & prouisionem de dictis Canonicatu, & Scolastria prædicto Quirino sic factas, & litteras præfatas tanquam subreptitias, ac præter, & contra dicti sui prædecessoris, & suam intentionem quoad derogationem, & læsionem Concordatorum huiusmodi emanatas cum omnibus, & singulis decretis etiam irritantibus &c: cassando d. collationem & prouisionem &c. cum decreto de immittendo dictos Ricardum & Guilielmum in possessionem dictorum Canonicatus & Scholastriæ prout etiam vigore dictę gratiæ immissi fuerunt & sunt. Sequitur tenor Gratiæ Motus proprij Pavli v. 23

PAVLVS EPISCOPVS
SERVVS SERVORVM DEI AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

Ex pastoralis officij nobis diuina dispositione cõmissi debito fideles quoslibet præsertim Clericos à litium, & controuersiarum inter eos pro tempore subortarũ molestijs maturè explicari cupientes, lites, & controuersias huiusmodi extinguimus, ac eiusdem officij nostri partem interdum interponimus, prout conspicimus salubriter expedire: Alias si quidem postquam in concordatis inter Sedem Apostolicam, & inclytam Nationem Germanicam initis, & firmatis, caueatur expressè, quod beneficia sub illis comprehensa, cessantibus tunc expressis reseruationibus extra Romanam Curiam in Februario, & quinque alijs etiam tunc expressis mensibus alternatis pro tempore vacãtia, per eos, ad quos iure ordinario beneficiorum huiusmodi collatio, & alia dispositio pertineret, quoties illa deinceps vacare contingeret, conferentur, nec ipsi per quamcunque aliam reseruationem, seu gratiam expectatiuam, aut quamcunque aliam collationem, vel dispositionem Apostolicam impedirentur, sicut accepimus dilectus filius Quirinus Bilstain assertus Clericus se quondam Lamberto Gilkens olim Canonico, & Scholastico Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis Oppidi Tungreñ Leodieñ diœcesis tunc in humanis agenti coadiutorem perpetuum, & irreuocabilem in regimine, & administratione Canonicatus, & præbendæ, ac Scholastriæ dictæ Ecclesiæ, quos dictus Lambertus tunc obtinebat

per fel. rec. CLEMENTEM Papam VIII. prædecessorem nostrum Apostolica authoritate constitui, & deputari, sibique de Canonicatu,& præbēda, ac Scholastria præfatis,ex tunc, prout postquam illos per cessum, vel decessum ipsius Lamberti, aut alias quouis modo vacare contingeret, prouideri, successiueque asserens verum annuum valorem fructuum, reddituum,ac prouentuum Canonicatus, & præbēdæ, ac Scholastriæ præfatorum in dictis literis minimè expressum, nec præfatis concordatis derogatum fuisse, sibi ab eodem Clemente prædecessore, quod litteræ prædictæ valerent, plenamque roboris firmitatem obtinerēt,& sibi suffragarētur in omnibus, & per omnia perinde ac si in illis,quod fructus, redditus,& prouentus præfati certum tunc specificatum valorem non excedebant expressum, ac concordatis prædictis expressè derogatum fuisset, concedi, & indulgeri, simulque dictis concordatis derogari obtinuit, prout in dictis concordatis, ac prædicti prędecessoris, necnon in nostris exinde, pro eo, quod dictus prædecessor antequam eius litteræ desuper expedirentur, rebus fuerat humanis exemptus desuper confectis litteris, plenius continetur: obitu autem dicti Lamberti extra Romanam Curiam de mense Februarij, anni Domini 1606. defuncti superueniente de Canonicatu, & præbenda, videlicet Ricardo Paulo Strauio Clerico, de Scholastria vero præfatis Guilielmo Vosio præsbytero dictæ diœcesis dilectis filijs per tunc existentem Præpositum dictæ Ecclesiæ vti Ordinarium Canonicatus, & præbendæ, ac Scholastriæ prædictorum collatorem iuxta formam, & tenorem concordatorum huiusmodi extra Romanam Curiam ordinaria authoritate prouisum extitit: Hincq; lis, & causa in vim specialis rescripti à nobis emanati inter Ricardum, & Guilielmum ex vna, ac Quirinum præfatos ex altera partibus, super Canonicatu, & præbenda ac Scholastria prædictis, ad quod ipse Quirinus prætextu prouisionis sibi de illis, vt præfertur factæ, huiusmodi ius habere prætendebat, introducta, diuque primo coram quondam Magistris Alexandro Litta, & successiue coram Bernardino Scotto Capellanis nostris, & Causarum Palatij Apostolici Auditoribus, postremòque coram Venerabili fratre nostro Francisco Archiepiscopo Damascen. etiam olim causarum eiusdem Palatij Auditore, nunc verò vnius ex Auditoribus dicti Palatij locum ex indulto Apostolico tenēte discussa, necnon eorundem Canonicatus, & præbendæ, ac Scholastriæ possessio, in qua dictus Quirinus intrusus forsan tunc reperiebatur, apprehensa, & fructus sequestrati fuerint, lisque & causa huiusmodi coram eodem Frācisco Archiepiscopo,& Locumtenente adhuc pēdeat indecisa; hoc verò nō sine graui cōcordatorū,& Ordinatorij collatoris, ac Ricardi,& Guilielmi prædictorum præiudicio,dispendio, & perturbatione euenerit. NOS igitur scientes, nec dicti Clementis prædecessoris, nec nostram mentem & intentionem fuisse concordatis huiusmodi per prouisionem dicto Quirino, vt præmittitur, factam, & litteras prædictas derogare, nec illa in aliquo lædere, de præfatis omnibus,& singulis plenè, & sufficien-

& sufficienter informati, volentesque pro pastoralis officij nostri debito Ricardum, & Guilielmum præfatos à litium huiusmodi vlterioribus dispendijs, & molestijs tempestiuè explicare, indemnitati, paci, & quieti consulere, ac alias in præmissis oportunè prouidere, ipsosque Ricardum, & Guilielmum à quibusuis Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes MOTV POPRIO, non ad eorum vel alterius pro ipsis nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate ac ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine collationem, & prouisionem de Canonicatu, & præbenda ac Scholastria prædictis dicto Quirino ab eodem Clemente prædecessore sic factas, & litteras præfatas tanquam subreptitias, ac obreptitias, & præter, ac contra dicti Clementis prædecessoris, & nostram intentionem quoad derogationem, & læsionem concordatorum huiusmodi emanatas cum omnibus, & singulis decretis, etiam irritantibus, aut clausula sublata, alijsque clausulis, quantumuis prægnantissimis, nec non inde sequutis quibuscunque in omnibus, & per omnia, perinde, ac si nunquam emanassent, Apostolica auctoritate tenore præsentium reuocamus, cassamus, annullamus, irritamus, ac penitus abrogamus, viribusque & effectu euacuamus, ac reuocatas, cassatas, annullatas, irritas, abrogatas, ac viribus, & effectu euacuatas, nulliusque roboris, vel momenti vnquam fuisse, & esse, ac fore, & pro talibus censeri, & reputari, nec vllo modo attendi nullumque per eas dicto Quirino, vel cuiuis alteri ius in Canonicatu, & præbenda, ac Scholastria prædictis, vel ad illos, seu illorum fructibus, redditibus, prouentibus, & pertinentijs quibuscunque tribui, aut acquiri, minusque sibi suffragari potuisse, nec de cætero posse Apostolica authoritate motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus decernimus, & declaramus, litesque & causas huiusmodi in quacunque instantia, & coram quibuscunque Iudicibus, etiam Causarum dicti Palatij Apostolici Auditoribus, seu illorum locatenentibus pendeant, ac in quibuscunque statu, & terminis reperiantur, etiam si quomodolibet instructæ, & vsque ad illarum conclusionem perductæ, ac quæcunq; resolutiones ad fauorem, & commodum eiusdem Quirini factæ fuerint, quas omnes abrogamus, & ad nos etiam auocamus, easque penitus, & omnino extinguimus, ac prædicto Quirino, & quibuscunque alijs desuper interesse habentibus, seu habere prætendentibus super præmissis omnibus, & singulis perpetuum silentium (sumptibus, & expensis vtrinque quomodolibet factis cuiuscunque summæ, & quantitatis sint confusis, & compensatis) imponimus; & nihilominus dicto Francisco Archiepiscopo, & locumtenenti, alijsque Auditoribus prædictis necnon quibuscunque Iudicibus Ordinarijs, vel Delegatis districtè præcipimus, & interdicimus, ne vlterius de statu, & meritis causæ, & causarum, ac iuribus, & prætensionibus partium huiusmodi, nunc, & quandocunque in futurum cognoscere, minusq; dictum Quirinum, vel eius procurato-

procuratores, aut alios interesse quomodolibet habentes, vel prætendentes ad illarum, & illorum prosequutionem etiam pretextu cuiuscunque commissionis, seu rescripti admittere, vel desuper quandocunque audire, aut alias in causa, & causis huiusmodi ad vlteriores actus procedere quoquomodo audeant, seu præsumant. Decernentes presentes litteras nullo vnquam tempore, etiam ex eo quòd dictus Quirinus, & quicunq; alij interesse habentes, seu prætendentes ad id vocati non fuerint, seu quocunq; alio pretextu de subreptionis vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quocunque alio defectu notari; impugnari, annullari, retractari, infringi in ius vel controuersiam vocari, aut aduersus illas quodcunq; iuris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, aut etiam motu pari concedi posse, neque easdem sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, etiam à nobis, & quibuscunque alijs Romanis Pontificibus successoribus nostris, dictaq; Sede sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus pro tempore faciendis comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum, in quo antea quomodolibet erant statũ, restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de nouo etiam sub quacunq; posteriori data, per Ricardum, & Guilielmum prædictos, quandocunque eligẽda concessas esse, & fore, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tam Ricardo, & Guilielmo, quã Præposito pro tempore existenti prædictis suffragari, & ab omnibus, ad quos quomodolibet spectat, & pro tempore spectabit, inuiolabiliter obseruari, sicq; per Franciscum Archiepiscopum, & alios Auditores prædictos, necnon quoscunque Iudices Ordinarios, vel delegatos quauis authoritate fungentes etiam S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus singulis præmissis, ac nostra de iure alteri quæsito non tollendo, alijsq; constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium copia cum originali collationata, & per vnum ex dilectis filijs Cursoribus nostris, in actis Notarij causæ, & causarum huiusmodi dimissa vim validę, & efficacis inhibitionis obtineat: quodq; prædictus Franciscus Archiepiscopus, & locumtenens statim visis præsentibus suam, seu aliam quamcunq; inhibitionem moderari, ac sequestra super possessione Canonicatus, & præbendæ ac Scholastriæ prædictorum, illorumq; fructibus huiusmodi quomodolibet apposita in fauorem Ricardi, & Guilielmi prædictorum reuocare, & relaxare ipsosq; & eorum quemlibet in corporalem, realem, & actualem possessionem Canonicatus, & præbendæ, ac Scholastriæ prædictorum

prędictorum respectiuè immittere, seu iam antea immissos manutenere & conseruare, ac quietos, & pacificos dimittere debeat, & teneatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, scientiæ intentionis, Motus proprij, reuocationis, cassationis, annullationis, irritationis, abrogationis, euacuationis, declarationis, auocationis, extinctionis, impositionis, præcepti, interdicti, decreti,& voluntatis infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis DEI, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. ,, ,, ,, ,, ,, ,, ,, ,, ,, ,,

Datum Romæ apud Sanctum Marcum: anno Incarnationis Dominicæ M.DC.XIII. quinto Kaleñ. Aprilis Pontificatus nostri Anno Octauo. ,, ,,

Sed notandum, motiuum gratiæ factæ pro dictis D. Ricardo, & Guilielmo fuisse, vt existimo, in eo quod derogatio Concordatorum in gratia facta Quirino nullam iustam causam contineret, sine qua non præsumimus Pontificem voluisse derogare Concordatis, vt dixi & multis ostendit Ant. Gabriel *lib. 3. commu. conclus. tit. de iure quæsito non tollendo conclus. 5.* vel etiã quod non fuerit seruata forma, & modus quibus solet fieri derogatio Concordatorum, *vt in simili notat D. VVamesius d. consil. 255. nu. 6.*

Extat & alia reuocatio motu proprio facta Pii IV. derogationis Concordatorum nationis Germanicę in simili Coadiutoria per quam idem Pius IV. declarauit per deputationem in Coadiutorem & exinde Collationem Canonicatus & præbendæ Ecclesiæ Metensis in mense ordinario cum Concordatorum derogatione, intẽtionis suæ non fuisse aut esse Concordatis prędictis derogare, aut alias illis in aliquo præiudicare, sed eãdem pretẽsam derogationẽ ob Expeditorum inaduertentiam & pręoccupationem obreptam tanquam contra intentiònem & voluntatem suam extortam, nullam, inualidam ac nullius roboris vel momenti fuisse aut esse.

Sed & alia legitur Constitutio Adriani VI. de data anni 1522. Pontificatus sui I. quâ confirmat priuilegia concordata &c. de cõferendis beneficijs in alternis mensibus, vt & relinquit electiones liberas Decanatuũ in Ciuitate & Diœcesi Leodieñ. consistentium, nec illos sub quibusuis litteris gratiarum expectatiuarum ac aliarum specialium seu generalium reseruationum aut collationum, prouisionum, commendarum vel aliorum dispositionum quibusuis personis cuiuscumque dignitatis forent concessis, comprehendi: quæ Constitutio emanauit à S. Sanctitate ad tollendam difficultatem quæ orta erat inter quendam Ioannem de Cliuis ratione Decanatus S. Pauli ad quem per Capitulum electus erat Ioannes Stoten Canonicus dictæ Ecclesiæ, illo de Cliuis prætendente ius ad eundem Decanatum ex certis ibidem expressis causis.

Quinetiam Gregorius XIII. Sapiẽtissimus Pontifex quadam Constitutione

tione sua de anno 1572. Iunij 6. Romæ publicata declarauit se sub quacumque verborum forma rescripserit Concordata lædere nolle. teste Simonetta *tract. de Reseruat. quæst. 99. nu. 28.*

V. Vt concordata non includantur sub hac Reg. requiri nedum vt sint acceptata, quemadmodum iam dictũ est, sed etiã vt sint obseruata: vnde si fidem nõ seruent facientes concordata cum Sede Apostolica, non est illis fides seruanda: cum Concordata sint indiuidua, & correspectiua *cap. peruenit 2. ibi, nec tu ei etiãsi promissum de Iureiur. Mohed. decis. 10. nu. 1. de sent. & re iud. Roland. à valle Cons. 60. nu. 15. 11. & 12. & cons. 4. & 42. vol 4.* 24

VI. Hoc interesse inter reseruationes, vigore Regularum Cancellariæ, & reseruationes inductas per Concordata Germaniæ, 25

Primò, quod per Regulas Cancellariæ, Ecclesiæ Cathedrales & Monasteria sint simpliciter reseruata Pontifici, *vt patet per Reg. 2. Cancellariæ.* At verò, per reseruationes vigore Concordatorum Germaniæ, si extra Curiam (nam si in Curia vacent, sunt reseruata Pontifici, iuxta constit. ad Regimen, etiamsi alioqui beneficia, seu dignitates sint electiuæ) vacare contingat Episcopatum, vel monasterium, & Prælatus, qui decessit, non fuerit Cardinalis vel Officialis Curiæ, Electio Canonica permittitur fieri in partibus, iuxta concordata, ibi, ***Item placet nobis quod in Metropolitanis &c:*** In quo tamen nottes, Pontificem non sic electione esse ligatum, quin ex euidenti seu rationabili caussa postposito electo Ecclesiæ de alio Prælato posit prouidere, vt satis ostendunt verba ista Concordatorum, ***Nisi ex rationabili & euidenti caussa ac dictorum fratrũ*** (Cardinaliũ) ***consilio de digniori & vtiliori persona duxerimus prouidendum &c:*** 26

Secundò, quod beneficia vacantia per Reg. Cancellariæ in mensibus reseruatis, perpetuò manent affecta, nec de illis alius quam Pontifex vllo tẽpore manus apponere potest *text. in extrauag. ad Romani §. Romani de prabend. Aeneas de Falcon. tract. de reser. prælud 3 per tot.* at verò, per Concordata, S. Sedes tam benigna est cum Ordinarijs, vt etiam contra ius commune *per cap. per vestras ex. de supplen. neg. prælat.* patiatur deuolutionem fieri de supremo ad inferiorem, videlicet, vt si infra tres menses non apparuerit de prouisione Apostolica, Ordinarius ad collationem procedere valeat, quod intellige vt supra nu. 5. 27 28

VII. Resignationem factam in manus Ordinarij, sed in mense Pontificis, per eundem Ordinarium recipi, & admitti posse: Si enim à Reseruatione huius Reg. VIII. excipiuntur beneficia vacatura per resignationem, profectò nihil caussæ est quo minus dicti Ordinarij, beneficia in manibus suis quocumq; mense resignata conferre possint, dummodo tamen sint talia quæ alias in mensibus non reseruatis, per obitum vacantia, ad ipsorum Ordinariorum dispositionem pertinerent, & resignatio in illo casu, alio speciali iure non sit prohibita, prout 29

prohibetur

prohibetur resignatio promouendorum; vt notat Branden *in Concord. German. q. 9. & 12. nu. 13.*

VIII. Maiores dignitates electiuas post Pontificales in Cathedralibus, & principales in Collegiatis, si ante diem promotionis, vel assumptionis ad Pontificalem dignitaté dimittantur, vel resignētur in manus Ordinarij, esse reseruatas Sedi Apostolicæ, & comprehendi sub Regul. 24. *de Beneficijs vacaturis per promot. &c*: vtpote quæ cóprehendat etiam beneficia Germaniæ, *Cassad. decis. 1. de pact. Crescent. decis. 55. lib. 1.* quia d. Regula 24. venit ad declarationem reseruationis extrauag. *ad Regimen* quæ reseruatio est etiam inserta Concordatis; atq; ita iuxta prædictam doctrinam decisum fuisse docet Branden. *in Concord. not. 111. in vna Padebornensi Praepositura coram R. P. D. Bubalo 9. Martij & 30. Maij 1588.* 30

IX. Obseruandum insuper, multis in vsu annis fuisse, vt nonobstantibus Concordatis nationis Germanicę, Nominationes Louaniensium grauent, & afficiant Ordinarios, ita vt sine discrimine nominati ad beneficia, non tamen iuris patronatus laici, admittãtur tam in mẽse Apostolico, quam Ordinario, cum disertis verbis per Indultum SIXTI IV: (quo nominãdi facultas dictæ Vniuersitati cócessa fuit) contineat expressam, formalem, & indiuidualem dictorum Concordatorum nationis Germaniæ derogationem, eaque derogatione Pontificē ex caussa vti posse supra ostendi *Notabili IV. & laté fuseq; D. VVames. consil. 255. nu. 3. & seqq. tom. 1.* licet sint qui aliter velint, quibus idem D. VVamesius conatur satisfacere, dicens *nu. 7.* quod per eiusmodi derogationem non abrogentur aut tollantur dicta Concordata, sed impediantur tantum semel aut bis in vita Ordinarij cuiusque Collatoris; & quoad collationes Collegiorum Conuentuum, Capitulorum & similium corporum, in vicennio vel decennio semel duntaxat permittatur nominationis vsus: quod equidem intolerabile aut durum videri non debet, potissimum propter fauorem quem merentur huiusmodi nominandi indulta, concessa ad promotionem studiorum studiosorumque in quibus euidens & publica consistit vtilitas *Anth. Habita C. ne fil. pro patre, P. Paris. consil. 140. vol. 4.* ob quam Papæ aut Principi etiam à pactis & contractibus præsertim cum suis subditis initis aliquantulum recedere illisque derogare facile permittitur. *DD. in cap. in nostra de iureiur. Socin. caus. 4. nu. 10. vol 3. Alex. cons. 16. vol. 5. & cons. 101. nu. 7. vol. 1.* Nihilominus Iulius III. Pontifex Max. speciali sua constitutione, quæ incipit, Decet Romanum Pontificem &c: expresse declarauit, idque motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, quod de cætero Ordinarij Collatores non obstantibus quibusuis Nominationibus, iuxta dictorum Concordatorum continentiam, & tenorem, disponere de quibuscumque beneficijs in illorum mense vacantibus licitè, & liberè poterunt, decernens irritum & inane si secus &c. 31

Sed cum superioribus annis diuersæ adhuc litium occasiones, diuersique anfractus 32

anfractus exorirentur ratione mensium Apostolicorum placuit S. D. N. PAVLO V. speciali suo Rescripto de anno 1616. permittere Louaniensibus vsum Concordatorum in duobus dumtaxat mensibus, alternis annis, videlicet in Nouembri, & Ianuario, & altero anno in Nouembri tãtum, quibus mensibus Indulta Nominationum Louaniensibus concessa suos finem, & effectum irrefragabiliter consequentur. & hoc tempus computatur à media nocte vltimi diei mensis, vsq; ad mediam alterius, *l. more Romano, de ferijs.*

Sed quid si quispiã infirmus prębendarius, vel alius resignet in fauorẽ, & moriatur in istis mensibus, admittatq; Papa eiusmodi resignationem cum derogatione Regulæ de Infirmis, & moriatur infra xx. dies, & nominatus obtineat ab Ordinario, vter sit præferendus? Ardua quæstio est, quam habes in vtramque partem latè discussam apud Aucto. Analyt. Commentarij *ad Regulam de Infirmis nu. 130.* vbi tandem resoluit derogationem nihil operari, quo minus Nominatio suos finem, & effectum consequatur, quod & notaui infra ad Regulam de Infirmis. 33

X. Illud quoq; notandum est, Primarias Preces seu Nominationes Imperatoris, per quas S. Pontifex solet Imperatori nouiter electo, ob ipsius benemerita, concedere facultatem nominãdi personas ad beneficia Ecclesiastica quibuscumque collatoribus, & Collatricibus beneficiorum per totum Imperium constitutorum, non includi, aut comprehendi sub Concordatis nationis Germanicæ, ita vt is cui Preces cõcessæ sunt possit nominari ad beneficia in quolibet mense, vt patet ex textu Indulti dictarũ Precum, quod Cõmentarijs iam illustratum & editum breui habebit Lector, ibi me, si lubet, videat in gloss. verbi, *Cum in quibusuis.* 34

XI. Notent denique nostri Conciues Leodien. pręter Concordata Nationis Germanicæ habere se Concordatum speciale EVGENII IV. Papæ & PII II. confirmatum per SIXTVM IV. de data anni 1479. non. Ian. quo summi isti Præsules ob benemerita nostræ Ecclesiæ Leodien. quæ iam inde à temporibus Apostolorum in pura puta fide B. Petri Apostolorum Principis ad vsque in hoc Belgio tot licet hæreticorum procellis alioqui concussa, immota permansit, varijsque modis S. Sedem sibi demeruit, & etiamnunc in Auita Fide sub FERDINANDO Bauaro optimo & laudatissimo Principe floret, concesserunt alternatiuam mensium, sicq; multiplicatum habere Episcopum, & Sereniss. Principem nostrum priuilegium alternatiui mensis, absq; cuius expressione si Sanctissimus D. N. faceret gratiam, non teneret, quia plura vincula fortiora sunt vno §. *affinitatis Instit. de nuptijs l. cum in adoptiuu C. de Adoptio.* Hinc fit, vt quando plura sunt obstacula non sufficiat clausula generalis, sed de singulis defectibus debet fieri mentio, *Bald. l. 1. nu. 22. verf. vnum etiam scias, C. de furt. Feli. c. nonnulli nu. 21. verf. Quinta conclusio, de Rescriptis. Gonzalez ad Reg. de Altern glo. 31. nu. 91. & 101.* vbi etiam scribit Indultũ ad conferendum beneficia reseruata, non extendi ad bene- 35

ad beneficia reseruata duplici reseruatione. *Mandos. in praxi signat. grat. tit. Indultum conferendi beneficia reseruata col. 2. Felij c. in nostra corol. 6. in fi. de Rescript.*

GLOSSA XII.

M **D***ispositioni suae generaliter reseruauit*) Sic vides quod Reseruatio huius Regulae sit generalis, & generaliter facta, vt etiam tradit *Mohedan. decis. 12. & 13. de priuileg. Put. decis. 472. nu. 6. lib. 2.* in quibus decisionibus fuit resolutum quod indultum Regis Scotiae ad conferendum beneficia vacatura (exceptis generaliter reseruatis) non extenditur ad beneficia vacantia in octo mensibus Apostolicis per Reg. nostram reseruata. Nam cum in Reg. apponatur ista dictio ***generaliter*** manifestè resultat quod Papa illius Auctor declarare voluit, quod reseruatio non sit specialis, sed generalis, vt docet Cassad. *decis. 3. num. 1. super Regulis* Simonetta *de Reseruat. quaest. 4.* & noster Alphonsus *supra Reg. 1.* licet alij contra censuerint, reseruationem hanc esse specialem, non generalem: quorum opiniones & argumenta satis eleuat refutatq; Gonzalez *hic in glo. 30. per tot.* Quae autem dicatur Reseruatio generalis, quae specialis, quidq; inter vtramq; distet, supra satis ostendi. Qui sint autem effectus Reseruationis, notat inter alios Aeneas de Falcon. *in tract. de Reseruationibus quaest. 4. principali*, videaturq; quae scripsi supra ad verba, ***Aut aliorũ sub Concordatis not.*** 1. & ad Reg. 1. *nu 8. & seqq.* 1

Argumenta in Glo. XIII.

1. Papa non intendit praeiudicare Ordinarijs Collatoribus in alternatiua mensium; etiam in gratia Motus proprij.
2. Regula haec quod ad expresionẽ mensis, habet locum tantum in octomensibus reseruatis.
3. Motus proprius licet tollat subreptionem non tamen supplet defectum intentionis.
4. Ratio cur Regula haec velit fieri dispositiuè mentionem mensis.
5. Gratia sustinetur etiamsi dispositiuè non sit facta mentio mensis, si constet ex aliquibus signis Papam voluisse praeuenire.
6. Dispositiuè mensis mentiò facienda est, siue vacatio sit de iure, vel de facto solo: siue sit vacatio per obitum, siue alia.
6. Non facta mentione mensis dispositiuè, gratia est ipso iure nulla: quod limita vt ibi nu. 7. & seqq.

R GLOSSA.

GLOSSA XIII.

N VOlens in supplicationibus &c. de mense in quo vacauerint dispositiuè mentionem fieri, alioquin gratias esse nullas) Ratio huius dispositionis est, vt Papa sciat an vacatio contigerit in mense reseruato vel ordinario. Nam ordinarijs collatoribus in suis mensibus præiudicare non intendit 1
Put. decisio. 53. numero. 5. lib. 2. & decisio. 25. lib. 3. Rota decisio. 724. numero. 6. parte 2. diuers. & sic Regula hæc quo-ad expressionem mensis habet locum 2
duntaxat in octo mensibus reseruatis. Vnde prouisus à Papa de beneficio vacante in mense Ordinarij, non tenetur in supplicatione de mense mentionem facere *vt fuit resolutum in vna Conchen. de anno 1543 per not. Put. d. decis. 53 lib. 2.* atque ita sentit Nicol. Garcia *tract. de Beneficijs part 5. cap. 1. glo. 11. num. 657.* quamuis Gonzalez *in glo. 32. à nu. 49.* cõtrarium sentiat, nimirum, quod mensis expressio sit duntaxat necessaria in mensibus ordinarijs, non autem in reseruatis, vbi etiam ait fuisse nuper decisum in vna Tarasconen Canonicatus *24. Maij 1602. coram D. Pamphilio*, & allegat etiam decis. Acoramboni *70. alias 59. lib. 2.* Sed falsò inquit allegat, quia non loquuntur de beneficijs vacantibus in mensibus reseruatis, sed de beneficijs alias reseruatis, vt de vacatione in Curia in qua non est necessaria mensis expressio *vt fuit dictum in vna Neapolitana beneficij 14. Decemb. 1558. coram D. Rubeis.* & quod dicitur de octo mensibus reseruatis, vt in gratijs beneficiorum in illis vacantium debeat fieri mentio mensis vacationis, procedit etiam in sex mensibus alternatis Papæ quando Episcopus habet alternatiuam; nam illi surrogantur loco octo cum ijsdem qualitatibus vt patet ex vers. ***quæ etiam dispositioni suæ.*** Garcia d. loco num. 658. Sed & in gratijs motus proprij necessaria est mẽsis expressio vt probat noster textus, ibi, ***etiam motu proprio,*** *Mohed. decis. 4. nu. 2. & decis. 9. nu. 4. de priuileg.* quia li- 3
cet gratia motus proprij tollat surreptionem, non tamen supplet defectum intentionis *Put. decis. 70. lib. 3. Achill. de Grassis decis. 10. de probatio Gonzalez. in d. gloss. 32. Volentes &c. num. 5. Rebuff. in Concord. supra forma mandati Apostolici in gloss. verb. Motu proprio, cumulans 47. effectus huiusmodi clausula & 77. limitationes.* Nec hoc tantum, sed dispositiuè, vt habet Reg. facienda est mentio mensis, hoc est simpliciter & affirmatiuè, non per verbum *vt asseritur*, vel *forsan*, vel sub hac forma *quod vacat vel vacauit de tali vel tali seu alio veriori mense*: nam per huiusmodi formulas, seu narratiuas liquere non potest Pontifici, an in suo vel or- 4
dinario mense vacatio contigerit *Rota decis. 575. nu. 3. & decis. 700. part. 3. lib. 3. diuers.* Quod intellige, nisi adsint aliqua signa ex quibus liqueat quod Papa 5
voluerit non obstantibus eiusmodi narratiuis minus solemnibus præuenire *vt fuit*

vt fuit decis. in vna Eluen. beneficij 2. Iunij 1604. coram R. P. D. Pegna adde not. Gonzalez hic glo. 9. §. 3 nu. 24. Ampliatur 3. siue vacatio sit de iure, vel de solo facto: quia adhuc est exprimendus mensis, *Rota decis. 120. In caussa lucana lib. 1. part. 3. diuerso.* Quinetiam in gratia de beneficio, non solum de iure & de facto, sed etiam de iure tantum, puta si moriatur is qui habet solum ius alio existente in possessione, cum Regula loquatur simpliciter, & vera est vacatio quæ fit per mortem illius, qui habebat ius *Milis in Repertor. verbo Obtinere. Bellenz. de charit. subsid. quæst. 121. Nicol. Garcia. d. part. 5. cap. 1. §. 11. nu. 662.* Denique non solum procedit hæc conclusio in vacatione per obitũ, sed etiam in alia quacumque vacatione, in qua intrat reseruatio nostræ Regulæ, vt satis elicitur ex illis verbis ***quocumq; modo vacatura:*** quæ censentur postea repetita quoad vinculum exprimendi mensem *Cassad. decis. 6. nu. 11. super Regulis. Idem decis. 8. nu. 1. & 6. de Rescript. Rebuff. de Nominat. q. 5. nu. 21.* licet Gonzalez *d. loco nu. 31.* dicat se vidisse, quod in Dataria admittãtur supplicationes beneficiales de alijs vacationibus præterquam per obitum absque expresione mensis, & ideò forsan praxim interpretari Regulam nostram in solis vacationibus per obitum & id annuere videri Mandos. *de Signatura gatiæ, tit. de Prouisio, vers. Clausula de præsenti mense.* Cogitet tamen Lector prudens, quia esset magna restrictio Regulæ, & quod prima opinio quod sit exprimendus mensis in quacumque vacatione, vera sit, sensit Rota *in vno Tirasconen. Canonicatus 20. Maij 1620.* quamquoque opinionem sequitur & probat Garcia *d. §. 11. nu. 666.* 6

Postremò, hæc conclusio ampliatur, vt non facta dicta expresione mensis gratia sit ipso iure nulla *vt patet in textu*: Nam illud verbum *esse* denotat nullitatem ipso iure *gloss. in c. licet Canon in fi. verbo priuatus de electio. in 6. gloss. in l. amißione §. qui deficiunt, verbo Relegati in fi. ff. de cap. minut.*

Limita 1. dictam cõclusionem, vt illa non procedat, quando beneficium non est reseruatum vel affectum ex alio capite, quam ratione vacationis in mense Apostolico. 7

Secundo, in gratia Reformatoria, seu Perinde valere facta à Papa de beneficio reseruato.

Tertiò, In beneficijs vacantibus per resignationem.

Quartò, limita vt procedat in gratijs Apostolicis; secus in gratijs seu prouisionibus Episcoporum & aliorum Ordinariorum.

Quintò, nisi vacatio contingeret in mense Ordinario, de qua supra dixi.

Sextò, vel si nullus esset prouisus ab Ordinario.

Septimò & postremò, fallit in gratijs per deuolutionem. Atq; has limitationes sigillatim argumentis & rationibus firmatas habes apud Gonzalem *d. glo. 32. nu. 38. & seqq.* & Nicol. Garciam *d. §. 11. nu. 668. & seqq.* quos vide, si hoc sit ex vsu tuo.

R 2 Argu-

Argumenta in Glos. XIV.

1. Reseruatio huius Regul. excludit omnes cõsuetudines optandi maiores præbendas.
2. Per hanc reseruationem excluduntur priuilegia & Indulta Apostolica in mensibus reseruatis.
3. Facta derogatione priuilegiorum personis concessorum, non censentur derogata priuilegia concessa collegijs.
4. Regula hæc non omnino derogat dictis cõsuetudinibus & priuilegijs, sed duntaxat effectus illorum suspendit.

GLOSSA XIV.

O AC *consuetudines etiam immemorabiles optandi maiores.* Quandoquidem nonnullis Ecclesijs ex Indulto Apostolico seu consuetudine immemorabili, erat consuetudo optandi maiores & pinguiores præbendas vacantes in quibuscumque mensibus reseruatis, reseruatione generali non obstante *Alexander Moneta tract. de Optione Canon. cap. 3. quæst. 3. nu. 105. per not. Calder. consil. 3. de Consuet. per tot.* hinc necessariò excludi debuerunt eiusmodi consue- 1 tudines, indulta, & priuilegia Apostolica optandi pinguiores præbendas, ita quod talis optio prorsus cessare debeat in vacationibus in octo mensibus reseruatis contingentibus: nam omnis reseruatio, saltem quæ proprio motu fit, & non ad instantiam partis (vti in hac Reg.) impedit optionem *c. fin. §. in præbēd. de Consuet in 6. Rota decis. 4. de Consuet in No. Gonzalez glo. 34.* vbi plura cumulat de consuetudine optandi, parum reseruationis materiam tangentia quibus adde quæ peculiari stylo exarauit Alex. Moneta *in suo doctiß. tract. de Optione Canonica cap. 3. quæst. 3. & paßim.* Quemadmodum autem excluduntur ab reseruatione huius Regulæ consuetudines immemorabiles optandi maiores & pinguiores præbendas; ita etiam priuilegia & indulta Apostolica circa dispositionem beneficiorum in mensibus reseruatis penitus tolluntur: nec suffragari 2 possunt aduersus huius Regulæ reseruationem vt ex illius cõtextu patet in verbis *Nec non priuilegia,* id quod latè probat Nicol. Garcia *tract. de benef. part. 5. cap. 1. §. 11. nu 677. & seqq.*

I. Extenditur etiamsi voluisset Pontifex dictorum priuilegiorum & indultorum auctor ea nunquam comprehendi sub eiusmodi reseruationibus, etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs clausulis, vt patet ibi in regul. *Aut quod illa sub huiusmodi &c.* de quarum clausularum vi & energia vide Gonzalem *glo. 36. per tot.*

II. Exten-

II. Extenditur, etiamsi huiusmodi priuilegia essent concessa in generalibus terminis, nimirum quibuscumque personis, vt habetur in textu. Tamen cum alias facta derogatione priuilegiorum personis concessorum non censeantur derogata priuilegia concessa Collegijs, cum personarum appellatione, collegia & vniuersitates non veniunt *Roman. cons. 195. incip. In casu pramisso nu. 3. & consi.* 3
400. Quaritur, nu. 4. & cons. 436. quod indultum. nu. 1. 2. & 3. ideò necessariò opus fuit speciali derogatione priuilegiorũ collegijs concessorũ, vt rectè tradit Moneta d.cap.3. & Gonzalez *hic glo. 37.* vbi prædictam Regulam multimodis limitat.

III. Extenditur etiamsi eiusmodi priuilegia & indulta sint concessa viris cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, vt patet per textum huius Regulæ, *Cuiuscumq; dignitatis &c:* à quibus tamen excipe personas numeratas supra in glo. verbi *Quorumcumq; Collatorum &c:*

Aduerte postremò, quod Regula nostra non omninò deroget dictis consuetudinibus & priuilegijs, sed dumtaxat effectus illorum tollit & suspendit; sic quidem vt cessante Regula ista per obitum Papæ, Sede Apostolica vacante, talia 4
priuilegia & consuetudines reuiuiscant, & illorum vigore erit locus prouisioni cum remotum sit obstaculum & impedimentum *Simonetta de Reser. quast. 58. num. 13. & 14. Paris. in consil. 18. nu. 7. & 8. lib. 4. qua de re latius scripsi supra in Proemio in glo verbi, Statim incipiunt ligare nu. 19.* Nam sicut Reseruatio est limitata ad octo menses, & ad vitam Papæ, ita etiam derogatio & obstaculum illius limitatum habet effectum *l. si vnus §. ante omnia ff. de pact. Mandos. ad Reg. 4. q. 5. nu. 4.* Atq; hactenus dictum sit de primo huius Reg. mẽbro. Veniamus nunc ad secundũ, quod tractat de Alternatiua, quæ conceditur Episcopis, Archiepiscopis & Patriarchis residentibus.

Argumenta in Glo. XV.

1. Qvibus personis alternatiua concedatur.
2. Taxatiua dictio excludit omnes alias personas & casus similes.
3. Alternatiua conceditur verè tantum residentibus.
4. Absens non habetur pro residente nisi in casibus à iure expressis.
5. Episcopus absens tribus mensibus ipsi concessis pro recreatione, an interim gaudeat alternatiua.
6. Cui incumbat onus probandi alternatiuam per Episcopum &c. acceptatam; item beneficium esse liberæ collationis, item Episcopum resedisse tempore vacationis.

GLOSSA XV.

P INsuper Sanctitas sua) Aduerte imprimis, quod per alternatiuam mensium, de qua hic, conceduntur Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, 1
quamdiu consistent in residentia, sex menses alternatiuè inter illos & Papā diuidendos: non ergò concedit Capitulis & Archidiaconis vel alijs inferioribus collatoribus, quibus ius competit conferendi beneficia ex priuilegio, statuto, vel cõsuetudine, propter verbum taxatiuũ hic insertum *& ipsis dumtaxat*: cuius natura est, vt excludat alias omnes personas & casus similes *Ias. ad l. 1. nu.* 2
18. in fi. ff. de wlgari & Pupill. Ias. in l. omnibus nu. 9. ff. si quis ius dicenti non obtemp. & quod alijs inferioribus non competat alternatiua, tenuit Rota *in vna Beneuentana Beneficiorũ 14. Decẽb. 1600. coram D. Coccino.* Vnde non habebit locũ in Capitulo Sede Episcopali vacante, *vt in vna Segobien. Canonicatus 24. Nouemb. 1588. coram Illustriß. Card. Plato.* Vnde stante hodie tenore huius Reg. cessant decis. Achilles de Grassis 3. *de Prabend s.* Put 88. *lib. 3.* & Rotæ diuers. *lib. 3. part. 5. decis. 12.* dicentes, quod Capitula Cathedralia gaudere poterant alternatiua mensium, vt notat Gonzalez *ad hanc Reg. gloss. 42. in pr.* Cæterùm, notes alternatiuam hanc concedi Episcopis &c: (quorum alioqui appellatione veniunt Patriarchæ & Archiepiscopi *cap. cleros §. omnes autem 21. dist. glo. singularis per text. ibi in cap. quia periculosum verbo de Episcopis de sent. excommu. in 6. vbi Franc. nu. 2. & alij.*) quamdiu fecerint residentiam verè & personaliter, & sic veram personalem & actualem residentiam requirit hæc Regula: ergò non fictitiam 3
admittit, quæ est cum Episcopus ex iusta caussa abest: quia licet reuera absit, tamen ex tali caussa præsens esse censetur *c. & parte 2. ad audientiam in fin. de cler. non resid. c. vnico eod. tit. in 6.* quod secus est *teste Gonzalez hic*, quando per statutum vel constitutionem requiritur præsentia alicuius: quia tum intelligitur de vera præsentia, non de ficta *Bald. in l. 1. nu. 54. C. qui admitti &c: Bart. in leg. omnes populi, numer. 62. ff. de iust. & iure.* licet in alternatiua PII V. & SIXTI V. & GREGORII XIII. sufficeret ficta: quod in ea non adesset verbum *verè* sed dumtaxat, quamdiu resederint, vel quamdiu personaliter resed. tamẽ à tempore SIXTI V. dicitur verè ac personaliter, & proindè cum requirat hæc Reg. residentiam veram & personalem, sequitur quod ficta non prosit, & quod absens ex iusta caussa, & ad modicum tempus quamdiu abest non potest frui alternatiua in beneficijs de tẽpore talis absentiæ vacantibus: & consequenter dispositioni Apostolicæ sint reseruata: maximè quia absens nũquam habetur pro residente in casibus à iure expressis *Mand. in Reg. 7. quæst. 3. num. 9.* 4
Alex Moneta tract. de Optio. Cano. cap. 3. quæst. 3. conclus. 5. nu. 79. Vnde fuit decisum teste eodem Gonzalez *in vna Salmantina Canonicatus 20. Iunij 1572. coram Ordinario,*

ordinario, quod Episcopus absens tribus mensibus sibi permissis recreationis 5
caussa animo redeundi, non gaudebat alternatiua, *& in una Eluen. beneficij 22. Martij 1599. coram Illustriss. Card. Mellino* in qua fuit dictum Episcopum qui vtplurimum non residet in suo Episcopatu, sed ad tempus cum animo recedendi, non gaudere alternatiua in beneficijs tunc vacantibus cum residet. Licet hanc Rotæ opinionem non probet Nicol. Garcia *tract. de beneficijs part. 5. c. 1. §. 12. num. 701. & seq.* Nam Reg. nostra requirit veram & personalem & actualem præsentiam, *vt fuit dictum in vna Vrgelen. Canonic. 7. Maij coram Illustriss. Blanchet*: quod & alio præiudicio confirmat doctè & solidè idem Gonzalez *d. gloss. 43. num. 41. vers. Hinc nouissimè, quem etiam vide si vsus postulat nu. 87. & seq.* vbi querit & latè disputat an incūbat onus probādi prouiso ab Ordinario, qui tanquam actor agit ad excludendum prouisum Apostolicum, non solum alternatiuam, per Episcopum esse acceptatam, & beneficium esse liberæ collationis, de quo infra, sed etiam personalem residentiam Episcopi in sua Cathedrali Ecclesia vel Diocesi de tempore vacationis, vbi tandem *nu. 92.* concludit pro affirmatiua. An autem Episcopus gaudeat alternatiua, si in principio tantum mensis non resideat vel si non resederit in mensibus Iunij & Decemb. qui semper sunt ordinarij, etiam sine alternatiua, vide eundem *num. 115. 135.* qui etiam resoluit pro affirmatiua: quibus rationibus & argumētis videto; vt & Nicol. Garciam *d. tract. de benef. part. 5. cap. 1. §. 12. nu. 692. vide quoq; Anast. Germon. tract. de Indult. Card. §. Volumus auttem nu. 18.*

Argumenta in Glo. XVI.

1. Beneficia non liberæ collationis sed simultaneę vacantia in mense Apostolico non sunt reseruata.
2. Alternatiua non intrat in beneficijs quæ non sunt liberæ collationis.
3. De iure communi prouisio prębendarum & dignitatum in Cathedralibus non est libera, sed simultanea Episcopi & Capituli.
4. In collegiatis verò electio seu pręsentatio præbendarum & dignitatū spectat ad Prælatum & Capitulum.
5. Consuetudine, præscriptione vel statuto introduci potest vt beneficia sint liberę collationis, & è contra.
6. Quando est beneficium simultaneæ collationis, Episcopus sine Capitulo non confert, nec è contra.
7. Qualiter sit attendenda quasi possessio conferendi ad effectum vt locus sit alternatiuę.
8. Materia turnorum discussa apud Garciam.

GLOSSA

GLOSSA XVI.

Q DE *omnibus & quibuscumq. beneficijs Ecclesiasticis cum cura & sine cura, secularibus & regularibus, ad liberam ipsorum dumtaxat &c.*: Repetēda sunt pro explicatione huius Partis secundæ quæ superius diximus ad verba textus: *Omnia beneficia Ecclesiastica*, vbi videbis quæ beneficia & quibus casibus includātur sub reseruatione mensium: nam iisdem casibus conceditur alternatiua præterquam in beneficijs quæ non sunt liberę colla 1
tionis, cuiusmodi sunt beneficia quæ per Episcopum conferuntur cum Capitulo, vel alijs, vel de ijs prouidet ad præsentationem seu electionem, vel de consilio, consensu, interuentu, vel alias ipsorum Capitulorum, aut aliarum quarumcumque personarum: nam in talibus beneficijs non intrat alternatiua, sed 2
de ijs debet prouideri in quatuor mensibus Ordinarijs, Martij, Iunij, Septembris, & Decembris, perinde ac si alternatiua acceptata non esset, vt præter Io. Petrum Monetam *tract. de Optione Canonica cap. 3 quæst. 3. nu. 88.* docet Gonzalez, *glossa 45.* vbi passim ostendit, quod de iure communi prouisio præbendarum, & dignitatum in Cathedralibus, non est libera, sed simultanea Episcopi, 3
& Capituli, nisi sint inferiora beneficia, quæ nō sunt de corpore Capituli: quia eiusmodi beneficia solus Episcopus confert, etiam sine consensu vel consilio Capituli, vt notat Abb. post Inno. & alios *in cap. cum Ecclesia Vulterana 13. num. 8. vers. in tertio membro de electio.* Paulinus *de officio & potest. capituli part. 1. q. 8. nu. 8.* Cassad. *decis. 22. num. 2. de prabend.* In inferioribus verò Collegiatis, electio seu præsentatio præbendarum, & dignitatum spectat de iure communi ad prælatum, & Capitulum ipsius Ecclesiæ Collegiatæ, *Cassad. dicta decis. 22. nu. 3. de prabend. Put. decis. 135. incip. die 29. Aprilis lib. 1. Mandos. ad Reg. 18. q. finali nu. 3.* 4

Et licet de iure communi res ita se habeat, attamen consuetudine, præscriptione, vel statuto, potest contrarium introduci, videlicet quod vel ad solum Episcopum, sine Capituli consilio, consensu, vel interuentu, seu alio ministerio spectet, *vt in cap. ex frequentibus de Instit.* vel è conuerso ad solum Capitulum 5
vt in cap. ex parte de concess. prabend. c. Cumana 50. ibi glo. verbo consuetudine de electio Cassad. decis. 22. nu. 2. & 3. de concess. prabend.

Denique, notandum obiter, quod quando est simultanea collatio Episcopi & Capituli, si Episcopus confert vni, & capitulum alteri, neutra collatio valeat, 6
quia ad inuicem sese impediunt *teste Geminia in cap. à collatione nu. 4. de appllat. in 6. Francus ibid. nu. 1. vers. eo tamen casu, Nauar. cons. nu. 3. de istis qua fiunt à maiore parte Capituli, & cons. 36. nu. 2. de Regul*: Verùm, de prædictis statutis, & consuetudinibus, quæ aliquādo disponunt vt collatio spectet solum ad Episcopum, aliquando

aliquando vt exercitium conferendi diuidatur per menses, vel hebdomadas, vel turnos inter Episcopum, & Capitulum, & an stante eiusmodi diuisione, Episcopus qui acceptauit alternatiuam, gaudere possit illa in sex mensibus per Regulam hanc concessis vide Gonzalem *glo. 45. §. 1. per tot. & §. 2. in quo §. la* 7
tissimè tractat qualiter sit attendenda quasi possessio conferendi ad effectum vt intret al 8
ternatiua, & in §. 3. d. glossa, in quo prolixè exsequitur materiam turnorum, quibus adde notata per Nicol. Garciam *tract. de benef. part. 5. c. 1. §. 12. nu. 707.*

Argumenta in Glo. XVII.

1. Libera non est illa collatio quæ debet fieri cum alterius consilio, vel consensu.
2. Verbum, libera, denotat potestatem faciendi actum sua sponte, & irrequisita alterius voluntate.
3. Libera non dicitur collatio si sit expedienda cum consensu capituli.
4. Cum statutum vel alia dispositio prohibet aliquid fieri sine interuentu alicuius, satis erit illius præsentia, etiamsi non consentiat, vel consulat id fieri.
5. Præsentia excludit fraudem.
6. Quid si is qui interuenire debet electioni nolit consentire?
7. An præsentia vel consensus in dubio præsumatur interuenisse.

GLOSSA XVII.

R NEc etiam cum consilio vel consensu seu interuentu Capitulorum *vel aliorum aut alias pertinentibus.* Hic ostendit Pontifex liberam non esse collationem quæ debet fieri cum alterius consilio, vel consensu: 1
verbum enim *libera* denotat potestatem faciendi actum sua sponte, & irrequisita alterius voluntate. *c. 1. de rescript. ibi glo. verb. vt liberè c. 2. ibi gloss. & DD. verbo liberè, de iure patron. Gozad. cons. 58. nu. 2. & cons. 91. nu. 9. & cons. 11. nu. 11. Menoch. de arb. iud lib. 1. q. 70. nu. 33.* vbi igitur libera erit collatio, poterit exerceri sine cuiusquam consilio, *text. in c. 2. in fi: verbo liberè de arbit. in 6. Tiraq. in l. si vnquam verb. reuertatur nu 135. de Reuoc. donat.* & multo magis sine alterius consensu: cum maioris sit effectus consensus, quam consilium: quia consilium sufficit petere, & sequi non est necesse, vt latè ostendit, & fusè hanc consilij & consensus materiam tractat idem Gonzalez *glo. 47. 48.* Insuper non erit libera collatio ad effectum vt intret alternatiua huius Regulæ, si illa sit expedienda cum interuentu, seu præsentia Capituli. In quo notandum præsentiam quidem, & interuentum importare scientiam, & intelligentiam, non tamen consi- 3

lium, vel consensum: vnde cum statutum, vel alia dispositio prohibet aliquid fieri sine interuentu alicuius, satis erit illius præsentia, etiamsi non consentiat, vel consulat id fieri, nec ab eo erit petendum consilium, vel consensus, *Bald. in l. nam ita Diuus nu. 2. vers. & nota quandoq. &c. de adoptio. Franc. Aretinus in l. si quis mihi §. si coram not. 1. de acq. hered.* Nec refert, frustra videri præsentiam, si præsens non habeat consentire: quia hoc saltem commodi ex præsentia oritur, vt actus cum maiori deliberatione, maturitate, & vtilitate, fraudis etiam, & doli exclusione, expediatur, *Tiraquel. tract. de leg. connub. glo. 6. nu. 32 in fi.* Quod si illi qui consentire, consulere, & interuenire habent, nolint ista subire, poterunt compelli, adirique superior, qui illis mandet; quibus rursum recusantibus, superior consentiet, interuenietque, aliusue pro eo ex ipsius mandato, *l. cum non solum §. necessitatem C. de bon. quæ lib. Feliȷ in c. cum venerabilis num. 33. de exceptio. Lambertinus de Iurepatro. lib. 1. part. 2. q. 1. art. 20. per. tot.* talique casu actus perinde tenebit atque si consensisset vel interuenisset, vt latè tradit Tiraq. *de legib. connub. glo. 8. nu. 20. cum seqq.* An autem in dubio præsentia, vel consensus præsumatur interuenisse, vide latè Menoch. *lib. 6. præsumptionum.* Postremò, notandum liberam non esse collationem, nedũ si consensus, consilium, præsentia, &c: vt supra dictum est interuenire debeat, sed etiam si quocumque alio modo ministerium alicuius, vel iussus Superioris interuenire debeat, alijsue modis quos obiter proponit Gonzalez *hic glo. 49. per tot.*

4 5 6 7

Argumenta in Glos. XVIII.

1. Vis, & potẽtia vocis *in antea*, in hac Reg. expressæ.
2. Beneficia alias reseruata non includuntur in gratia concessionis alternatiuę.

GLOSSA XVIII.

S *Quæ in antea mensibus Februarij, Aprilis &c: extra Curiam ipsam vacare contigerint.* Propositis quibusdam obicibus qui impediunt alternatiuã, nunc subijcit PP. quod Episcopo gaudente alternatiua, is habeat dictos sex menses ad conferendum vigore illius beneficia quæ in antea vacare contigerint: *in antea,* id est, in futurum, in perpetuum, inposterum *cap. ego N. in pr. de iureiurando, cap. clerici Placentini 19. in pr. verbor. significat.* Quod autem 1
dicit extra Curiam, intellige, quod alternatiua concessa dumtaxat intelligatur, quoad

quoad beneficia extra Rom. Curiam vacantia; non verò quoad illa, quæ in curia vacauerint: cum ista beneficia sint alio diuerso vinculo à Reg. nostra reseruata, & beneficia alias reseruata non includuntur in gratia concessionis alternatiuæ, vt regula præsens declarat, latiusque scripsi supra in glo. verbi *extra Romanam Curiam*, glo. VI. & glo. XIII. verbo *volēs in supplicationibus &c:* vbi allegaui decisionem in vna Neapolit. beneficij *14. Decemb. 1558.* ex Nicol. Garcia tract. *de Beneficijs, part. 5. c. 1. § 9. glo. nu. 1. &c:* 2

Argumenta in Glo. XIX.

I. Beneficia alias reseruata non cadunt sub reseruatione huius Regulæ.
2. Beneficia affecta ab hac Regula quoq; excipiuntur.
3. Differentia inter affectionem, & reseruationem.
4. Papa vbi semel manus apposuit, cadit affectio, & inferiorum manus ligantur.
5. Id limitatur remissiuè.

GLOSSA XIX.

Dummodo alias dispositioni Apostol. reseruata vel affecta nō fuerint. Diximus supra in prima parte Regulæ in verbo *extra Rom. Curiam*, beneficia reseruata cadere sub reseruatione primæ partis Regulæ. Idem dicendum esse quoad secundam illius partem, alternatiuam videlicet Episcopis concedentem, aperta textus verba euincunt. Casus autem in quibus intrat reseruatio præter istam Regulam, supra sigillatim recensui ad Regulam primam. Nunc superest vt de beneficijs affectis, quæ etiam excipiuntur & excluduntur ab alternatiua mensium dicamus. Beneficia affecta distare à Reseruatis satis innuit ipse textus: nam reseruatio respicit actum verbalem, & expressum, vt si Papa per Constitutionem, aut solo verbo dicat, *reseruamus*, dicitur Reseruatio: Affectio verò respicit actum realem, & factum, ex quo tacita reseruatio oritur: vt cum Papa apponit manum super dispositione alicuius beneficij; etiamsi prouisio fuerit nulla vtpote facta inhabili, incapaci vel propter subreptionem, aut alium defectum *Simonetta tract. de Reser. benef. quæst. 64.* nam tunc dicitur affectio, ita vt omnes inferiores amplius se intromittere non valeant, vt declarat Aen. de Falcon. *de reseruat præl. 3. per tot. Mandos. in proem. Regul. Cancellar. quæst. 5. nu. 1.*

1 (beside "Idem dicendum") 2 (beside "ab alternatiua") 3 (beside "vt si") 4 (beside "vt declarat")

Hinc dicitur quod affectio Papæ inducatur seu resultet ex commenda, vel

vnione ad vitam, vel ex mandato de prouidendo, vel ex decreto apposito per Papam de dimittendo, vel ex præuentione collationis nullæ, vel ex renunciatione facta in manibus Papę, vel ex manus appositione super electione. His alijsque modis dicuntur beneficia esse affecta Papæ, nec super ijs manum apponere posse inferiores, vt notat, latiusque explicat Gonzalez *hic in glo. 52. per tot.* qui quoque aliquot notandas limitationes *num. 38. & seqq.* lectori studioso aperit, 5
per quas manus appositio Papæ inferiorum manus non ligabuntur: cui adde Nicolaum Garciam *in suo copioso tract. de beneficijs part. 5. c. 1. §. 2. per tot.* & Simonettam *tract. de Reseruat. q. 78. per tot.*

Argumenta in Glo. XX.

1. Episcopi conferentes beneficia reseruata vel affecta, ipso iure sunt priuati vsu, & beneficio alternatiuæ.
2. Priuilegium amittere meretur, qui permissa sibi abutitur potestate.
3. Verba Regulæ, *eo ipso* important priuationem à lege ipso iure, & latæ sententiæ.
4. Pœnæ impositæ ipso iure quæ consistunt in mera priuatione & non requirunt aliquam actionem positiuam, incurruntur absque aliqua executione vel sententia.
5. Insinuatio priuationis non est facienda Episcopo beneficia reseruata, vel affecta conferenti, limita vt ibi.
6. Episcopus licet priuetur alternatiua qui contulit beneficia reseruata, vel affecta, non tamen priuatur quatuor suis mensibus.
7. Egressus vnius operatur ingressum alterius.
8. A remotione vnius contrarij, sequitur positio alterius.

GLOSSA XX.

AC *etiam voluit vt si ipsi in collatione benef. sibi reseruatorum vel affectorum sese intromiserint &c: vsu & beneficio d. facultatis eo ipso priuati existant.* Ecce Pontifex data mensium alternatiua Ordinarijs illam acceptare uolentibus, alios sex menses sibi reseruat, videlicet Ianuarium, Martium, Maium, Iulium, Septembrem, & Nouembrem: quod si Episcopi beneficia in istis mensibus vacantia contulerint, aut etiam impedimentum præstiterint, quo minus prouisiones & gratiæ Sanctitatis suæ, de illis debitum 1
effectum consequatur, sint ipso iure priuati vsu, & beneficio dictæ alternatiuæ; & meritò. nam meretur amittere priuilegium qui permissa sibi abutitur po- 2
testate *c. priuilegium 11. q. 3. c. fin. de rescript. l. qui sine 38. ff. de neg. gest. Crescent. decis. 13. nu. 3. de priuileg.* Quæ dispositio ampliatur primò, vt obtineat etiamsi solum

solū se intromiserit Episcopus in prouisione, vt habetur in textu. II. vt nulla sit opus sententia, sed ipso iure statim post contrauentionem priuatus existat dicta alternatiua. Nam Reg. verba *eo ipso* important priuationem à lege ipso 3
iure & latæ sententiæ absque ministerio alio, *glo. in c. quam sit verbo eo ipso de Electio. in 6. vbi Geminia. in §. electus nu. 3. Abb. c. si diligenti nu. 8. in fi. de foro compet.* 4
textus & ibi glo. in clem. fin. verbo eo ipso, de præbend.

Nam pœnæ impositæ ipso iure, seu ipso facto quæ consistunt in mera priuatione, & non requirunt aliquam rationem seu executionem positiuam qualis est pœna, de qua hic, statim incurruntur absq; aliqua executione vel sententia *cap. Rudolphus nu. 35. de Rescript.* & propterea cum sint priuati vsu seu quasi possessione conferendi in sex mensibus vigore dictæ alternatiuæ, non erit necessaria aliqua intimatio priuationis, seu reuocationis, vt in terminis tradit Crescent. *decis. 13. nu. 3. de Priuileg. Felÿ, in c. ex parte Decani nu. 21 in fi. vers fallit vndecimo & c. 2. nu. 1. de sponsal.* Imò nec aliqua declaratio incursus priuationis, vt resoluit reiecta contraria sententia, Gonzalez, *in glo. 56. nu. 119. & seqq.* & Nicol. Garcia *d. §. 12. nu. 748.*

Quod limita primò, nisi Episcopi contrauentio, esset admodum notoria, & clara: quia tum esset necessaria iudicialis declaratio, & citatio, & caussæ 5
cognitio *c. cum secundum leges §. confiscationis de hæret. in 6. glo. in c. quam sit verbo eo ipso de electio. in 6. Tiraq. in leg. si vnquam, verbo reuertatur nu. 398. C. de reuoc. donat.*

Limita secundò, nisi Episcopus contraueniens habuerit iustam, seu coloratam caussam ignorantiæ, vel excusationis ad prouidendum beneficia reseruata, id quod multimodis exemplificat Gonzalez *in d. glo. 56. nu. 128. & seqq.* diuersisque decisionibus & rationibus firmat Nicol. Garcia *tract. de beneficijs part. 5. cap. 1. §. 12. nu. 738. & nu. 752.*

Limita tertiò, quod quamuis Episcopus priuetur alternatiua, ratione dictæ 6
contrauentionis, non propterea priuatur suis quatuor mensibus ordinarijs, videlicet Martij, Iunij, Septembris, & Decembris, ad quos statim Episcopus restituitur, & Papa ad reliquos octo menses prout prius ante acceptationem alternatiuæ, vt tradunt in terminis Anton. Augustinus *in suo repertorio, verbo alternatiua Mandos. cons. 21. incip. scripsi alias nu. 2.*

Porrò quod subijcitur in textu, quod collationes, & aliæ dispositiones illius (alternatiuæ scilicet) prætextu deinceps faciendæ, erunt irritæ & nullius momenti, si se intromiserint in beneficijs istis S. Sedi reseruatis, rationem habet, quia sublata alternatiua intrat reseruatio, quoad menses Februarij, Aprilis, Augusti, & Octobris, qui semper sunt Apostolici alternatiua cessante, vt 7
hæc Reg. declarat; & egressus vnius, operatur ingressum alterius, *c. cum renuntiat 32. q. 1. l. 1. § illud. sciendum ff. de Separat.* & à remotione vnius contrarij, 8
sequitur positio alterius, *l. si Pupillus §. si institoria ff. de instit. actio* eruntq; eiusmodi

modi prouisiones nullæ ipso iure, *vt in auth. Sacramēta puberum in fi. C si aduerſ. Vend. l. nō dubium in fi. C. de legibus*: ideòque licet iam de facto factæ fuerint prætextu alternatiuæ, tamen de iure non subsistunt: nam vt prouisio seu collatio valida sit, non sufficit si solum de facto fiat, *vt est text. in c. si beneficia 20. ibi de facto conferri, de prabend. in 6.*

Argumenta XXI.

I. Alternatiuæ acceptatio quæ dicatur?
2. Alternatiua acceptata durat vsque ad obitum Papæ, vel Episcopi illam acceptantis.
3. Forma acceptationis quæ?
4. Per patentes litteras debet fieri acceptatio alternatiuæ, non per secretas cum illæ maiorem fidem quam istæ mereantur.
5. Patentes litteræ debent propria manu Episcopi subscribi.
6. Subscribens approbat omnia contenta in scriptura.
7. Litteræ patentes acceptationis, debēt esse munitæ sigillo acceptantis.
8. Acceptatio alternatiuæ fieri debet in propria diœcesi acceptantis illam.
9. Episcopus extra propriam diœcesim voluntariam Iurisdictionem exercet.
10. Litteræ patentes acceptationis alternatiuæ sunt transmittendę ad Datariū suæ Sanctitatis.
11. Debēt recognosci litteræ acceptationis per Datarium.
12. Necessaria non est litterarum expeditio alternatiuæ acceptatæ.
13. Episcopi tunc incipiunt gaudere alternatiua acceptata, quando litteræ patentes acceptationis recognitæ fuerint.
14. Acceptans alternatiuam, ea gaudet etiam ante scientiam recognitionis.
15. Episcopus qui ignorauit alternatiuā fuisse Romæ acceptatam, an possit acceptare in suis quatuor mensibus.

GLOSSA XXI.

X ILli verò qui gratiam alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint.) Acceptatio alternatiuæ nihil aliud est, quam mentis, & volūtatis declaratio 1 *not. Rot. decis. 15. nu. de conceſſ. Prabend. in no. & decis. 19. eod. tit. in Antiq. Couar. 3. Var. c. 16. nu. 4. verſ. quorum opinio.* eaque libera est, & voluntaria, ideòque nemo inuitus illam acceptare tenetur, cum sit gratia, quæ inuito non tribuitur *l. Inuito 69. ff. de reg. iur.* prout sunt multi Episcopi qui illā non acceptant propter onera, præsertim residentiæ, quæ hic requiritur, vt in verb. *quamdiu apud Ecclesias aut Diœceses suas &c:* de qua re ante scripsi, initio partis 2, Acceptatā

acceptata auté alternatiua durat vsq; ad obitũ Papæ vel Episcopi illam acceptãtis *vt diximus supra 3. notabili in glo.* ***aut aliorum sub Concordatis*** nec licet ab illa recedere : quia acceptatio est mensium commutatio, seu permutatio,& quidam quasi contractus inter Papam & Episcopum *Garcias part. 5. c. 1. num. 783.* Acceptationis porrò forma hæc est. 2

I. Vt per patentes litteras fiat, vt hic in textu docetur : sunt autem litterę patentes, quæ non continent sigillum, clausuram, seu ligaturam talem, sine cuius læsione aperiri, aut legi possunt *l. hac consultissima cum ibi not. C. de Testam.* suntq; maioris ponderis, fidemq; maiorem merentur, quam clausæ *text. inc. patentibus litteris 10. vbi Hostien num. 1. de priuileg. Ant. de but. ibid. num. 7. Rota decis. 20. de probat in antiq.* 3 4

II. Eiusmodi litteræ debent propria manu Episcopi acceptantis subsignari, & subscribi : cum subscribens appprobet omnia contenta in scriptura, perinde ac si totam conscripsisset *§. 1. Instit. de emptio. & vend. l. emptor §. Lucius de pact.* 5 6

III. Et ipsius sigillo muniri, siue magno, siue paruo, perinde enim est, cum sigillum denotet perfectionem actus *Bald in l. contractus nu. 5. de fide instru.* magnumq; illi robur præstet *cap. 2. vbi Abb. nu. 14. de fide instrum.* 7

IV. Vt hæc omnia fiant in Ciuitate, vel Diœcesi acceptantis dictam alternatiuam, vt etiam in textu hic statuitur, quod est contra iuris communis dispositioné, cum Episcopus possit extra suã Diœcesim voluntariam iurisdictionem exercere & beneficiorum collationem facere, *text. in cap. post electionem de concess. prabend. cap. qua sponte de appellat. Couar. 3. Var. cap. 20. Boetius Epo Iuris antecessor in Academia Duacena in tract. de vita & honest. cler cap. 15. nu. 97.* 8 9

V. Vt litteras ad Datarium suæ Sanctitatis transmittere teneatur, *vt hic in textu dicitur,* siue per nunciũ expressum, siue per cursoréordinariũ : satis enim est, si mittat eiusmodi litteras ad agentem in Curia, vt literas præsentet Illustriss. Datario : quia ex tali transmissione, resultabit etiam mandatum, vt multis probat auctoritatibus Gonzalez *hic glo. 63.* 10

VI. Et postremò, vt eiusmodi litteræ transmissę, sint per Datarium receptæ, & recognitæ, vt hic in textu habetur; de qua recognitione fidem faciat ipse Illustrissimus Datarius suo Authographo, aut subscriptione, satisque erit ad effectum huius Reg. recognitio, cum non requiratur litterarum expeditio per hãc reg. sed recognitio, vt tenet Gonzalez reiecta contraria opinione *in glo 62.* vbi quoque formulam acceptationis subijcit: quibus ritè expeditis tunc demũ subijcit Pontifex, ***& non antea vti incipiant gratia supradicta.*** In quo notes dictionem ***Tunc,*** quæ facit includi diem recognitionis ab eodem momento, quo litteræ patentes acceptationis recognitæ fuerunt, vt ex illo momẽto Episcopus acceptans incipiat vti alternatiua *l. huiusmodi 64. ff. de verbo oblig. Gomes. §. rursus nu. 16. Instit. de actio Tiraq. de Retraq. lignag. §. 1. gloss. 11. num. 39.* etiam ante 11 12 13 14

ante scientiam recognitionis *Gonzalez glo. 65. nu. 20.* Porrò de modo acceptationis alternatiuæ, cumulat multa Nicol. Garcia *tract. de benef. part. 5. cap. 1. §. 12. nu. 762. & seqq.* vbi notabilem quæstionem hanc examinat an Episcopus qui ignorauit alternatiuam fuisse Romæ acceptatam validè posit prouidere in suis quatuor mensibus? & resoluit illos cessare, & effectualiter illi competere alternatiuã; quibus argumentis & rationibus, consulat illum dicto loco lector.

Argumenta in Glo. XXII.

I. Clausula, *sublata aliter iudicandi, & interpretandi facultate*, comprehendit omnes Iudices quauis auctoritate fungentes.

2. Dicta clausula comprehendit quoque futuros Iudices: & quodcumque iudicium etiam possessorium summarijssimum.

3. In quacumque instantia potest dicta clausula apponi, & quandocumq;.

GLOSSA XXII.

Y Decernentes in prædictis omnibus per quoscumq; &c: iudicari debere. Clausula ista continet in se aliam clausulam, hanc videlicet: *sublata aliter iudicandi, & interpretandi, & diffiniendi facultate.* Quæ tantæ est efficaciæ, vt comprehendat omnes Iudices quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales & Rom. Auditores *Mandos. de monitor. q. 60. nu. 44. in verb. sicq; super quoscumq; iudices Rebuff. ad Concord. tit. de forma. & irreuocabili Concordatorum stabilitate vers. Octauo vult. Iudices.* Imò etiam ignorantes, *Marchesanus tract. de commissio. 1. part. tit. de commiss. appell. c. 6 nu. 2.* & omnes futuros quoscumque Iudices *Mandos. d. tract. & quæst. nu. 4.* etiamsi lis sit super iudicio possessorio summarijssimo manutentionis, vt fuit resolutũ in vna Cæsar. dismembrationis *13. Martij 1596. coram R. P. D. Iusto.* Denique extende dictam clausulam, vt de ea posit quandocumque, & in qualibet instãtia apponi: cum sit impedimentum reale, adimens inferiori iurisdictionem, & reddens ipsum ad iudicandum, & procedendum inhabilem, *vt fuit decisum in vna Calagur. canonicatus 9. Iunij & 1. Iulij 1592. coram R. D. P. Pegna*, in qua etiam decisione dictum fuit non solum omnia acta, gesta, post oppositionem dictæ clausulæ, nulla esse ipso iure, sed etiam illa, quæ gesta fuere ante oppositionem illius, *adde Io. And. in addit. ad Specul. tit. de sententia §. iuxta nu. 5. in glo. verbi, Et est.* Quæ tamen limita parte Opponente: quia tunc dicta clausula *sublata* nihil operatur, nec audientia

dientia denegatur *per doctrinam bart. in l. 1. §. sublata nu. 2. ff. ad Trebell. Ibiq. Ias. nu. 1. & 2. & seqq.* alias limitationes sumere poteris ex Gonzalc *in glo. 66. nu. 22. & seqq.*

Argumenta in Glos. XXIII.

I. De effectu Decreti irritantis.

GLOSSA XXIII.

Z Ac *irritum*) De vi, ac potentia Decreti irritantis scripsi, supra, in gloss. verbi *Aut aliorum sub concordatis*, *Notabili 1. & 4. num. 18.* quæ hic non repeto, quibus adde Gabrielium *tract. commu conclus. tit. de clausulis conclus. 3. vbi duodecim colligit effectus Decreti Irritantis*, & Nicol. Garciam *tract. de benef. part. 5. cap. 1. §. 9. per tot.*

Argumenta in Reg. VIII. Innocentii.

I. Gratia Apostolica de qua constat verbo, valet, etiãsi scriptura super ea confecta non fit.

2. Supplicationi seu signaturæ Papæ, non creditur sine confectione litterarum.

3. Gratiæ signatæ per Papam prædefunctum, sortiuntur effectum per hanc Regulam: Rationi cõgruit, sine noua signatura.

4. Bulla expedita tempore prædecessoris, an tempore huius Papæ possit iterum expediri, vtpote addendo quid, vel minuendo, in forma Rationi congruit. & nu. 10.

5. Hæc Regula auctior facta est per nouissimos Pontifices.

6. Supplicationi soli seu signaturæ creditur quoad effectum gratiæ.

7. Regula hæc non obtinet in bullis signatis & expeditis.

8. Clausula restrictiua Pavli III. & Ivlii III. vt licentia concessa expediendi gratias ab immediato Pontifice emanatas, extẽdatur ad gratias etiam alterius prædecessoris Pontific. ad sex duntaxat menses, non habet locum in immediatè præcedente Pontifice.

9. Quid si impedimentum superuenerit ei, cui Papa gratificatus est.

10 Bulla expedita tempore prædecessoris an rursum, si quid per negligentiam fortè omissum est, possit gratia

Regula VIII. INNOCENTII *quæ est* PAVLI *V. Nona.*

DE LITTERIS IN FORMA RATIONI CONGRVIT.

ITem voluit quod concessa per prædecessorem suum, & de eius mandato, expediantur in forma rationi congruit.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *IN ista Regula dicitur, quod concessa per* SIXTVM *expediantur in forma Rationi congruit. Forma rationi congruit est ista, &c: quod si Papa* SIXTVS *signauit vnam gratiam, per illam gratiam est ius quæsitum de mero iure.* sufficiat glo. singularis iuncto textu in cle dudum §, nos enim de sepul. omitto allegare Bald. in l. humanum C. de legib. & Doct. in proemio vi. & Abbatem in c. nosti de elect. & in 1
B cap. in nostra de rescript. *tamen quia non datur fides supplicationi, sine confectione*
C *litterarum iuxta Regulam Cancellariæ, vt infra patebit; iuxta ea quæ dicit Bald.* in l. 2
falsus C. de furt. in Rubr. qui successores teneantur in prima Rubr. col. x. & Oldr. in consil. CCCXXIIII. quod incipit, factum tale est in IIII. col. *maximè in his gratijs quæ tribuunt Iurisdictionem, vt dicunt dicti Doctores. Ideò videbatur quod ex quo non erant Bullæ expeditæ tempore* SIXTI, *quod amplius non debebant expediri: quia gratia videbatur facta vt inde expedirentur bullæ, vt dicit Antonius* in suo consilio *& etiam Oldrad.* in vno alio consilio suo CCCXXVI. quod incipit articuli in v. col. *& de statutis per Sedem Apostolicam possem ponere exemplum* in cap. non debet de consang. & affinit. & in c. de multa de præbend. & in c. si motu proprio de præbend. lib. vi. & in multis alijs &c: *Tamen Papa vult hoc, vt expediantur istæ supplicationes per formam Rationi congruit, in qua dicitur quod rationi congruit, vt ea quæ à prædecessoribus nostris concessa fuerunt, præpediente obitu ipsius non fuerint expedita, quatenus tamen temporibus nostris plenum habeant effectum, & expediātur &c:* 3
D *& tunc expediuntur per Cancellariam sine noua concessione, vel signatura per istam Regulam.*

Vidi

Vidi tamen dubitari in Curia, & est nūc in practica, si unus malitiosus tempore SIXTI *expediuit vnam Bullam sed non placuit sibi in aliquo, & tempore* INNOCENTII *expediuit iterum in forma rationi congruit, vbi erant ea quæ voluit, an talis bulla valeat* 4
E *vel non? & certè ego respondi, quod non valeat, propter proemium istud, scilicet Rationi congruit &c: cuius verba denotant caussam finalem* l. fi. ff. de hęr. instit. *ergò,&c: Item quia de prima expeditione debet intelligi & non de secunda* arg. l. boues §. hoc sermone. ff. de verb. signif. et c. non potest. de præbend. lib. VI. *& per hanc rationem idem posset dici de bina expeditione etiam tempore eiusdem Pontificis; & propterea deberent Officiales tempore expeditionis in forma ista capere iuramentum ab expedi-*
F *tore, quod tempore alterius Pontificis non expediuerit per prædicta: sed hoc non seruatur. Et omitto hic dicere, an concessiones aliorum Pontificum possint expediri per hanc formam? & credo quod non: quia hic tantum loquitur Regula in singulari, scilicet per prædecessorem nostrum &c: & ideò oportet habere commissionem, vel mandatum signatum super hoc. & dictum fuit mihi quod sic practicatur in Cancellaria. Item omitto dicere de verbis regulæ istius tempore* PAVLI, *quæ erant magis prolixa: sed non sine caussa fuerunt omissa à* SIXTO, *& hic ab* INNOCENTIO; *& fortè hoc dicam in alia Regula infra.*

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *ISta Regula*) Hæc INNOCENTII regula minus latè patet, quam Regula PAVLI III. IVLII III. & successorum aliquot Pontificum: quia per hāc Regulam INNOCENTII, datur tantum facultas expediendi gratias immediatè Pontificis defuncti: per Regulam autem PAVLI III. IVLII III. & aliorum abinde Pontificum fit extensio ad vnum alium Pontificem & ad plures, caueturq; vt bullæ debeant expediri intra sex menses. 5

B *Sine confectione litterarum*) Hoc quidem verum quoad gratiæ probationem: nam quoad effectum gratiæ certum est, quod gratia perficitur per solam signaturam, etiam ante litterarum expeditionem *Rota decis. fin. nu. 3. & 4. de Rescrip. in antiq. Put. decis. 275. nu. 2. lib. 3.* & quod gratia cōcessa à Papa vel alio Principe solo verbo perficiatur absq; aliqua scriptura tradit Moh. *decis. 9. nu. 1. vt lite pend.* Rebuff. *in Concordata tit. de Mand. Apost. §. 1. verb. litteras & in praxi in 2. part. signat. nu. 15. in pr.* qua de re latius scribo ad Reg. 25. *in verbo, non dicitur.* Ideò non mirum si gratia per prædecessorem concessa per sequētem Pontificem quoad eius effectum perficiatur. 6

C *Vt infra patebit*) ad Regulam XXV. vbi vide quæ notaui.

D *Sine noua concessione*) Quid de bullis signatis & plumbatis? certum est etiam expediri sub forma Rationi congruit: cum plumbata bulla habeatur pro 7

expedita *Mandoſ. ad hanc Reg. nu. 2.* nec rationi congruit vt iterum expediatur, alioquin eſſet ſubreptitia: nam ſi Papa ſciuiſſet bullam prius expeditam, non hanc conceſsiſſet, vel non tam facile *cap. poſtulaſti in fi. de Reſcript. Rebuff. in praxi tit. de gratia rationi congruit nu. 22.* Cęterum, clauſula reſtrictiua in Reg. PAVLI III. & IVLII III. aliorumque Pontificum, qua conceſſa per alios quam immediatè præcedentem Pontificem expediri non debeant, niſi poſt ſex menſes à 8
die coronationis, extendi non debet ad immediatè præcedentem Pontificem vt latè notat Mandoſius *ad dictam Reg. quæſt. 4.* qui quoque *quæſt. 6* quærit an impedito currat eiuſmodi tempus, quo minus effectum gratiæ ſuæ conſequatur? 9
& tandem concludit in eiuſmodi euentu conſultiſsimum eſſe adire Summum Pontificem, qui veritate comperta & ex cauſſa, mandaret expediri litteras iuxta huius Reg. diſpoſitionem: & talis impetrans in Cancellaria & vbique audiretur; non ſolum cum gratia ſignata fuit per immediatè præcedentē Pontificem, ſed etiam alios eo anteriores, vt voluit hic noſter Alphonſus.

E *Quod non valet*) Maximè ſi bulla continebat omnia de ſtylo apponi ſolita: ſin aliter, & per iniuriam eorum, qui expeditioni præerant, vel etiam ip- 10
ſius prouiſi negligentiam aliquid defuit, ſic quod nullitas ex illa reſultaret, tum denegari non ſolet prouiſo expeditio ſub forma Rationi congruit. Actus enim 11
qui non tenuit, ſeu ad ſuam perfectionem non deuenit, reiterari poteſt *leg. hac conditio ff. de condit. & demonſtrat. l. qui per ſalutem ff. de iureiur. Baldus in c. olim ex litteris col. 7. de Reſcript. Mandoſ. hic quæſt. 7.* & ſic eiuſmodi litteræ habebunt vim perinde valere, quantum ſcilicet ad effectum, & executionem, non quo-ad prouiſionem: ideò ſi prior collatio ſubreptitia eſſet, vel alias inſolita, per has litteras in forma Rationi congruit expeditas non fit confirmatio, niſi quo-ad probationem, quia dantur ad conſeruandum ius, non verò ad quærendum de nouo, *Rebuff. in praxi parte 2. tit. de gratia Rationi congruit nu. 18.*

F *Aliorum Pontificum*) Iam initio dixi per PAVLVM III. & nonnullos alios Pontifices hanc Regulam ampliatam, ita quidem vt conceſsiones aliorum Pontificum poſsint expediri iuxta hanc formam. ſed quid in Legatis, & Ordinarijs? litteræ ipſorum expeditæ ſub forma huius Regulæ non probant, nec 12
proſunt, niſi pro titulo colorato, *Put. deciſ. 29. de reſtit. ſpol. & deciſ. 16. de fide inſtrum.* Qua de re latiſsimè diſputat Mandoſ. *hic quæſt. 8. per tot.* qui quoque in quæſt. 9. contra aliter ſentientium opinionem non negat Regulam hanc extendendam ad quaſcumque Pontificis prouiſiones, ſiue ſit prouiſio ſimplex, ſiue 13
certo modo, ſiue conſtitutio ſeu aſsignatio penſionis, ſiue diſpenſatio, ſiue denique mandatum de prouidendo: cum Regula hæc indiſtinctè loquatur *arg. l. 3. ff. de off. præſid. l. Imperator ff. de poſtul. cap. quia circa de priuileg.* ſi tamen gratia eſſet extincta, non daretur hoc reſcriptum, vt in vnionibus, quæ non ſunt 14
ſortitæ effectum, & in expectatiuis, item in litteris Iuſtitiæ, *Rebuff. in praxi tit. de Gratia*

de Gratia Rationi congruit nu.5.& 28. Quid autem gratia verbo facta, & per testes probata? si Papa facta eiusmodi gratia mox obijt, vel æger factus est, procedet dispositio huius Regulæ, inquit Mandos. quæstio. 11. sin diu superuixit, aliud statuendũ esse. sibi enim imputet, qui supplicationem signari non curauit: neq; enim solet Cãcellaria expedire in forma Rationi congruit, nisi signata supplicatione, *Rebuff. ad Concord. in Forma Mand. Apost. super glo. in vers. gratiã.* licet alibi dicat se vidisse vnam expeditionem CLEMENTIS VII. super prouisione viua voce facta, iure tamen probata, *in praxi benef. d. tit. nu. 8.* 15

Argumenta in Reg. IX.
INNOCENTII, *quæ est* PAVLI V. X.

1. SI Papa concedit alicui, vt plura beneficia, puta incompatibilia vsq; ad suæ volũtatis beneplacitum retineat, eiusmodi gratia per illius obitum expirat; secus si ad Apostolicæ Sedis beneplacitum. h. d. cap. si gratiosè.
2. Beneficium semel affectum, semper manet affectum, & nu. 9.
3. Reseruationes cessant post obitũ Papę, donec altero creato rursum publicentur.
4. Papa de ordinaria potestate non potest tollere ius alteri quæsitum.
5. Per commendam non perimitur prima vacatio.
6. Administrator non habet titulum in beneficio.
7. Hæc Regula symbolizat cum Extrauagante Ad Romani.
8. Hæc Regula non procedit in casu cap. si Apostolica 35. de præbend. in 6.
9. Affecta semel beneficia, semper affecta.
10. In quo differant beneficia affecta à beneficijs reseruatis.
11. Affectum beneficium ligat inferiores etiam sine decreto irritanti, quod secus est in reseruato.
12. Beneficia quæ sunt affecta.
13. Si beneficium vacat de tempore, quo Regula non est in rerum natura, vtpote Papa mortuo, non incidit in reseruationem.
14. Mortuo Papa si quis intrat in familiaritatẽ Cardinalis & exit ante creationem alterius, beneficia eius non erunt reseruata.
15. Mortuo Papa an Episcopi collatio facta ante notitiam obitus Papæ teneat, si beneficium vacauit in mense, qui viuente Papa erat reseruatus.

vacante tempore SIXTI. *Nam per Regulam secundam erat reseruata, quoties illa reseruatione vti voluisset: sed eius voluntas expirauit per eius obitum: quia eius est velle cuius est nolle.* ff. de reg. iur. eius est velle &c: *sed ex quo vacauerat ante obitum Papa videbatur iam affecta ergo &c: ex quo infero à contrario sensu, quod si vacasset illa Ecclesia post obitum Papa: & antequam Papa fecisset reseruationes Ecclesiarum Cathedralium, fieret electio, & confirmatio in forma iuris quod illa valeret, & Papa modernus non potuit se intromittere de illa amplius: quia esset tollere ius quaesitum, quod non posset facere de ordinaria potestate* c. quamuis de resc. lib. VI. & cap. super eo de off. deleg. *& non obstat ista Regula: quia loquitur quando tempore obitus vacabant beneficia* 3 4

E *hic posita: ergo à contrario sensu, sequitur quod secus est si postea vacabant, id est post obitum. arg. hic à contrario sensu quod etiam in Regulis istis habet locum, quia etiam tempore Papa qui eas fecit, faciunt ius commune.* sufficit l. 1. §. ius rei ff. de off. eius

F cui Mand. est iurisdictio. & cap. cum virum de regular. *& non obstat declaratio* PAVLI, *qua vult idem quoad beneficia reseruata, qua postea vacauerunt, vt superius dixi, quia ista constitutio non habet locum neq; loquitur in Episcopatibus, vel principalibus, in collegiatis, neq; in Monasterijs, sed in beneficijs Officialium, vel familiarium Papa, vel Cardin. at hoc apparet ibi in verbo* vt promittitur *ibi posito quod refert praterita tantum,* vt sunt gloss. in cap. cupientes §. ad hoc. & §. quod si per xx. de elect. lib. VI. *ergo &c: & hanc credo fore veritatem: ideò si starem in partibus, & vacaret ibi Ecclesia Cathedralis &c: consulerem quod canonici eligerent, & Archiepiscopus confirmaret: si essem ibi Canonicus etiam eligerem. Item quia in dicta declaratione* PAVLI, *non fit mentio de Episcopatibus. ergo &c:* sufficit glo. in cap. 1. de praebend. lib. VI. *Item patet hic quod per commendam non perimitur prima vacatio, imò durat* vt notatur in cap. nemo de elect. lib. VI. & cap. si constiterit. de accusatio. *Nam commendare, nihil aliud est quam deponere* vt leg. commenda. de verb. sign. ergò &c: *de quo pro nunc me non intromitto: sed latius dicam infra: nam diuersas sententias vidi pro & contra in* Rota. *circa hoc. tamen hoc quod dixi tenetur, & respondetur ad istum textum quod verum est quod non vacant ee facta glossa modo propter appositionem manus Papa, sed de iure sic per predicta: & idem credo in administratione per eadem fundamenta & hac sufficiat pro nunc. Item quia administrator non habet titulum in benef. vt vult. Ant* in clem II. de rescript. super glo. in verbo electionem, *autem allegat Ioan. de Milis in verbo administrator.*

COM-

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A IN *ista Regula*) Hæc INNOCENTII Regula est conformis cum Regulis posteriorum Pontificum, & symbolizat cum Extrauagante Ad Romani, de 7
Præbend. inter communes & est maxima & tritissima Regula in Rota, teste Geminiano *consil. 93. nu. 26.* laudato à Gonzalez *ad Reg.* VIII. *supra glo. 12. per tot. vsq; ad §. 1.*

B *In cap. si gratiosè*) Textum huius cap. habes doctissime explicatum apud Hiero. Gonzalez *ad d. glo. 12.*

C *Semper affectum*) Hoc non procedet in casu c. si Apostolica 35. de Præbend. in 6. *Simonetta de Reseruat. quæst. 47. cap. 2. vers. Sedem ipsam de Prabend. in 6.* vbi dicitur quod si Sede vacante vacet in Curia, Ecclesia Parochialis, quod 8
ille conferet, ad quem illius collatio pertinet *d. cap. si Apostolica* per quod limitatur & declaratur d. cap. 2. Verum in Francia huius Reg. Reseruatio non recipitur teste Rebuff. *ad hanc Reg.* Nam si beneficium vacet in Curia est Papæ reseruatum, vt nullus intra mensem possit conferre, post mensem verò sic *cap. 2. de Prabend. in 6.* Si tamen Papa contulerit non Curiali ante acceptationem factam vacat semper in Curia *d. cap. 2.* secus si semel acceptauerit: quia tunc non dicitur in Curia vacare si acceptãs extra eam sit, etiamsi sit inhabilis, teste eodem Rebuff. loco supra citato.

D *Quas supra allegaui*) Quæ sint istæ decisiones non liquet ex ista nec præcedente glossa extat tamen decis. 12. & decis. 13. de præbend. & decis. 32, num. 20. in vltimis, quæ apertè adstruunt quod beneficia semel reseruata & affecta 9
semper maneant affecta, & in terminis hoc probat textus in extrauagãti ad Romani §. Romani, de Præbendis ibi & remanere semper affecta adde Cassad. *decis. 1. nu. 8. de restit. spol. & decis. 2. nu. 30. de Vnion. DD. in cap. inter dilectos de excess. Pralat. Pet. Gregorij in instit. rei benef. cap. 24. nu. 17.* & hanc esse maximam & in Rota tritissimam Regulam dicit Geminia *cons. 93. num. 16.* Iac Simonetta *tract. de Reseruat. quæst. 57. per tot.* nisi reseruatio esset facta ad tempus, quia elapso tempore reseruationis, vna cum reseruatione expiraret affectio inducta per 10
cap. 2. & 3. de Præbend. in 6. vbi reseruatio Papæ de beneficijs vacantibus in Curia limitatur in cap. seq. ad mensem & eo elapso Ordinarius potest prouidere, qua de re supra diximus, *ad Reg. 1. vers. Nunc venio ad Reseruationum species.* Sed quid interest inter beneficia affecta, & reseruata? id quod inter tacitũ & expressũ: Nã reseruatio respicit actũ verbalẽ & expressum, vt si Papa per cõstitutionem, aut solo verbo dicat, *Reseruamus*: & dicitur beneficium reseruatum; Affectio verò actum realem, & factum, ex quo tacita reseruatio oritur; veluti, si Papa

si Papa apponat manũ super dispositione alicuius beneficij: & tunc dicitur affectio, quæ beneficium sic afficit vt omnes inferiores amplius se intromittere non valeant, vt explicitè declarat Aen. de Falconibus *tract de Reser. benef. parte 3. per. tot. alijq; supra citati quod & alibi ostendimus.* Itaque hæc priore fortior est; 11
cum ista liget inferiores, etiam sine decreto irritanti; prior autem per se sola sine decreto non ligat *Gaspar. de Perusio tract. de Reser. quæstio. 10. per tot. Aen de Falco. d. tract. quæst. 4. principali effectu 1. nu. 4. post pr. Rebuffus in praxi tit. de Reseruat. nu. 30.* vbi exemplificat quæ sunt affecta, vt si Papa conferat beneficium 12
nulliter, vtpote Inhabili, tunc illud beneficium erit adhuc Papæ collationi affectum *d. cap. inter dilectos ibi Abb. & alij, Probus in addit. ad Monach. in cap. statutum numer. 17. de præbend. in 6.* Item quando commendat beneficium: per mortem enim Commendatarij remanet adhuc reseruatum *Mohedan. decis. 9. de Præbend. crescent. decis. 2. de Parochijs*, quod etiam procedit in vnione facta de aliquo beneficio ad vitam alicuius, *Pet. Gregorij cap. 20 nu. 2.* Item quando mandat prouideri de beneficio primo vacaturo, primum est affectum & reseruatum Mandatario: adeò quod alius præter Papam illiusque executorem cõferre non possit. *Rebuff. d. loco nu. 33. Flam. Paris. tract. de Resig. benef. lib. 12. quæst. 10. num. 9.* Item quando vnus renunciat beneficio suo in manibus Papæ in mense ordinario, tunc (seclusa reseruatione ratione vacationis in Curia) beneficium remanet affectum ex dicta manus appositione: sic quod nullus Ordinarius possit de illo prouidere, quamuis à Papa nondum collatum existat, *Gonzalez ad Regul. 8. Cancell. glo. 52. nu. 16.* vbi alios manus appositionis modos, quibus Ordinariorum potestas tollitur, cum eorum limitationibus nu. 38. & seqq. subijcit.

E *Secus est si postea*) Nam vt notauit Hieron. Gonzalez beneficium vacauit tempore quo Regula reseruatoria non erat in rerum natura, sed fuerat cum 13
Papa Conditore sepulta, & ius commune vigebat. Nam tunc nunquam beneficium incidit in reseruationem, nec erat aliquis secutus effectus, nec inchoata reseruatio, & ideò prouisio spectat ad Ordinarium, *Geminia. cons. 93. num. 15.* vbi ponit hoc exemplum: Quod si mortuo Papa, vnus intrat in familiam vnius
Cardinalis, & exiuit antequam nouæ Regulæ per nouum Papam constituantur, 14
tunc beneficiũ istius non erit reseruatum, nec subiacet Regulæ 31. de Impetrat. benef. per obit fam. Card. *Caputaquen. decis. 86. nu. 3. lib. 1. Crescent. decis. 3. nu. 4. de priuil.* vt rectè ex eodem Geminia. notat Gonzal. *ad Regul. 8. Cancellar. in proem. §. 5. nu. 90.* vbi subijcit elegantem quæstionem de Ordinario, seu Episcopo, qui potest cõferre beneficia Sede Apost. vacante, an post obitũ Papæ ante
illius notitiam subsistat, & resoluit pro affirmatiua motus decisione Rotæ *36. de* 15
Præbend. in Antiq. disponentis valere prouisionem de beneficio re vera vacante, quamuis tam Collator, quam ille cui confertur ignorent vacationem, quæ decisio sequitur opinionem Io. Monach. *in c. si tibi absenti nu. 5. & 6. & 7.* & Geminia. *nu. 9. cum seqq. de Præbend. in 6.* Igitur cum re vera Papa esset defunctus

 de tem-

de tempore vacationis, licet Collator ignoret, debet tenere collatio. quæ sententia quoque est nostri Glossographi, *infra ibi, Ideò si starem in partibus, &c.* quia tunc fortè Papa esset mortuus &c. Adde Hostien. *in Summa tit. de electio. §. qualiter nu. 11. verf. quid si timeant.* vbi loquitur in casu nostri Glossographi. vide tamen Nicol. Garciam *in tract. de beneficijs part. 5. cap. 1. §. 12. nu. 772.*

F *Declaratio* PAVLI) PAVLI II. in Extrauag. Ad Romani vlt. de Præbend. quam tamen extrauagantem loqui etiam in Episcopatibus & Principalibus in Collegiatis rectè sustinet Nicol. Garcia *tract. de benef. part. 5. cap. 1. §. 13.*

Argumenta in Regulam X. INNOCENTII.

1. Expectatiua dicitur priuilegiũ Principis; & non rescriptum.
2. Quicquid rescribitur à Principe potest dici priuilegium.
3. Mandatũ de prouidendo expirat mortuo Papa, re integra.
4. Expectatiuæ an censeantur reuocatæ per obitum concedentis, & nu. 20.
5. Expectatiua censetur reuocata, si antequam veniat ad manus executoris, & antequam fulminet processum, Papa moriatur.
6. Alternatiua concessa Ordinario an censeatur reuocata per hanc Reg. & nu. 24.
7. An prærogatiuæ Papæ quæ nondum sunt sortitę effectum, sint reuocatę per hanc Reg.
8. Familiaritas dicitur quædam societas.
9. Prærogatiua Papæ est separabilis à Gratia.
10. Qualitas adiecta verbo debet adesse tempore verbi.
11. Qualitas quando ponitur caussa demonstrationis, satis est si adsit momento temporis.
12. Familiari Papæ recedente, vel mortuo Papa, cessat caussa familiaritatis: & vacante postea beneficio cessat prærogatiua.
13. Prærogatiua ad instar descriptorum cessat, vbi cessat prærogatiua descriptorum familiarium.
14. Vbi nullũ est subiectum corruit correlatiuum.
15. Per hanc Reg. Reuocantur Reseruationes speciales, exceptis illis super quibus litteræ in Cancellaria secundum stylum expediuntur, & quæ illæ sunt.
16. Reseruatio beneficij per munus consecrationis.
17. Regula hæc nõ est inter Regulas moderni Pontificis, & quare?
18. Expectatiuę & mandata de prouidendo sunt hodie sublata per Concilium Trid.
19. Per expectatiuam ius in re non est acquisitum expectanti ante prouisionem.
20. Expectatiua concessa non expirat morte Papæ concedentis, cum distinctione.
21. Rescripta Iustitiæ expirant re integra morte Papæ.
22. Sed per Regulam XII. de Reualidatione litterarum &c: reuiuiscunt.

23. Rescripta

23. Rescripta Gratiæ reualidantur per Reg. VIII. de litteris in forma Rationi congruit expediendis.
24. An per hanc Reg. alternatiua concessa Ordinario censeatur reuocata.
25. Alternatiua concessa Ordinario per prædecessorem censetur reuocata per modernum Papam.
26. Qualitas adiecta verbo debet adesse tempore verbi.

Regula X. INNOCENTII.

REVOCATIO EXPECTATIVARVM ET RESERVATIONVM DE QVIBVSCVMQVE BENEFICIIS vacaturis.

ITem reuocauit quascumq; Expectatiuas, quæ in aliqua sui parte sunt sortitæ effectum, ac reualidationes, extensiones collationũ, mutationes eas quomodolibet concernentes, necnon alias, quam super quibus per Cancellariam Apostolicam litteræ in forma solita expediri cõsueuerunt, reseruationes de quibusuis etiã Patriarchalibus, Metropolitanis, & alijs Cathedralibus Ecclesijs, ac Monasterijs & beneficijs vacaturis cum mandatis de prouidendo, & contensionibus inde secutis per prædictũ Sixtum prædecessorem, in fauorem quorumcumq; & quibuscumq; concessas, & factas, ac facultates nominandi, reseruandi, & conferendi prærogatiuas & indulta, quæ circa gratias & reseruationes huiusmodi ab eodem prædecessore emanârunt, quoad ea in quibus nondũ sunt sortitæ effectum.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A ISta Regula dicit quod Papa reuocat quascumq; expectatiuas cõcessas per SIXTVM,
B quæ in aliqua parte sunt sortitæ effectum. Item reualidationes &c: Item reseruationes de quibusuis beneficijs vacaturis in fauorem quorumcumq; excepta reseruatione secundum quam litteræ solitæ sunt expediri per Cancellariam. Item facultates nominandi, reseruandi, & conferendi. Item prærogatiuas, & indulta circa gratias &c: Et diuiditur in tres partes, prout infra dicam. Et circa hanc regulam est notandum, quod expectatiuæ non sunt reuocatæ ipso facto post mortem concedentis vt hic & facit c. si super 1
gratia de Rescript. lib. VI. Et ratio est, quia expectatiua dicitur priuilegium Principis, & non rescriptum vt notat Sicul. in c. ex parte l. 1. & ibi Doct. de off. deleg. ergò

sequitur quod illud priuilegium debet esse perpetuum c. decet concessum à Principe de reg. iur lib. VI. & quicquid emanat à Principe, potest dici priuilegium vt not. Ioan. And. in c. olim de verb. significat. secundum Bald. in præludijs feudorum in 2
VIII. col. & in cap. I. de noua for. fid. in fin. Et non obstat c. si. de concess. præbend. lib. VI. Nam illud c. non dicit, quod ipso iure reuocatæ sint expectatiuæ per mortem Cælestini; sed quod ipse Bonifacius reuocauit, & declarat ille textus, quid contineatur per illam reuocationem, & concludit quod ius ad rem, sed non ius in re, & arbitror quod ipse fuit primus, qui reuocauit expectatiuas prædecess. suorum. facit cap. si is cui &c. quondam de præb. lib. VI. & si dicatur quod per c. si cui in ij. resp. censentur reuocatæ expectatiuæ, vbi dicitur, quod si mandatur prouideri alicui de beneficio vacaturo, quod expiret mandatum mortuo mandatore re integra &c: Dico breuiter (non 3
curando de solutione gloss. ibi & in dicto c. si super gratia) & veritas est ista, quod propter fulminationem processus quam fecit executor ostensa sibi bulla expectatiua, non dicitur amplius res integra. & ideò illud cap. facit pro hac parte, dum dicitur ibi quod reuocantur mandata de prouidendo re integra, &c. & hoc vult glo. intellecta benè in c. præsenti in verbo finitur de off. leg. lib. VI. quæ ad hoc allegat dictum c. si cui. Alias in legato, notificatio in iudicio, & decretum non perpetuant Iurisdictionem vt dicit glo. sed in executore Papa vult cõtrarium. & hoc est clarum de iure, quod expecta-
C tiua non censentur reuocata per obitum concedentis: quod intelligi debet verum, si ante obitum est fulminatus processus, vt dixi & vult hoc Lapus, quem refert Dominicus in di- 4
cto cap. si cui. II. col. qui dicit quod si executor eligit procedere vt Iudex, tunc debet citare ad perpetuationem Iurisdictionis; aut eligit procedere sicut executor, tunc incipit incipere à processu, qui sufficit sine citatione, nisi aliud mandaretur per superiorem obseruari.

Ex quo infero quod cum gratia expectatiua conceditur absenti, & de stylo Cãcellariæ committitur in partibus in forma Dignum arbitramur &c: & si antequam veniat ad manus executoris in partibus, & antequam fulminet processum, Papa moriatur, quod ipso 5
facto censetur illa gratia reuocata per dictum c. si cui in fin.

Et hoc circa primã partẽ huius regulæ. Circa quam adhuc quæro: Hic dicitur quod Papa reuocat expectatiuas quæ sunt sortitæ aliquem effectum. &c: ponas quod non sit sortita gratia expectatiua aliquem effectum, à contrario sensu videtur, quod non sit reuocata vt hic, sed nunquid manebit integra ad omnia beneficia ibi comprehensa? vel satis est quod postea sortiatur aliquem effectum? & cum alias fuissem in Curia de hoc dubio interrogatus, dixi quod non durabat ad omnia beneficia ibidem comprehensa, sed quousq; sortiatur aliquem effectũ, & ad hoc allegabã l. Arriani C. de hær. & in omnibus authen. Incipientibus sed hodie vel hodie &c: ergò sequitur quod cum illa gratia sortiatur aliquem effectum, statim vigore istius regulæ est reuocata per prædicta.

Quo-ad secundam partem, ibi nec non &c. hic solebat esse in Regulis PAVLI, & etiam SIXTI, etiam si sint sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sed

hic non

hic non ponitur, & quod non exprimitur, hic non comprehenditur vt dicit expreßè Ioan. And. & aliqui alij in capitu. de schismate lib. VI. *quod etiam illa reuocatoria capituli fin. gratiarum expectatiuarum non comprehendebat Cardinales. De hoc tamen aliquid dicam in alia regula nouiter facta infra; quia latißimè dixi* in XVII. q. Cardinalium in tertia parte ibi ac facultates nominandi reseruandi ac conferendi &c: *Per hoc verbum* conferendi *vidi magnas altercationes in Curia, an alternatiua concessa Ordinario*
D *censeretur reuocata per hanc regulam. Et vidi dari dubium hoc modo: an alternatiua Domino Episcopo Tirasconen. quamdiu Ecclesiæ præfuerit concessa per regulam Domini* SIXTI, *sit reuocata? & in hoc dubio allegauit Ioachimus de Nariua aduocatus famosus, & tenuit quod non: incipit eius allegatio Ad primum dubium, &c: & possem hic interserere eius allegationes si non forem longus, & in hac caussa non recordor quid fuerit sententiatum. Sed de anno* XXV. *datum fuit simile dubium per Bartholomæum de Balentinis, quod sequitur, videlicet, vtrum alternatiua moderni Episcopi Legion. expirauit* 6
E *per obitum felicis recordationis Domini* PAVLI, *attentis eius verbis & tenore Regulæ Cancellariæ: & in hoc fuerunt allegationes publicæ: & pro parte affirmatiua tenuerunt Dom. Coronatus de Planca, & Dominus Paulus Tuscanella tunc Auditor, & Aduocatus consistoralis. & ego consului pro hac parte & consilium meum incipit, Istud primum dubium: quod hic etiam possem inserere. tamen nescio an Papa secrete declarauit mentem suam Auditoribus, nihilominus Ianuarij anni prædicti Dominus Bartholomæus de Balentinis Auditor pronuntiauit pro Salmeron, contra Ludouicum Latores quod non exspirauerat: & fuit ratio, quia collatio beneficiorum pertinebat Episcopo soli, sine Capitulo, & propterea non videbatur reuocata, quia non erat facultas,* argument. capit. cum aliquibus, cum glossa, de rescriptis libro sexto. *Sed certè nescio quid responderi poßit ad verba alternatiuarũ: quia licet in eis dicatur* dum Ecclesię tuæ præfueris &c. *tamen etiam dicitur ibi* ac si nostræ non existerẽt expectatiuæ &c: *ergò sequitur quod licet per mortem concedentis non expirauerit, tamen per nouas expectatiuas, scilicet successorum, dicuntur expirasse per dicta verba,* facit capitulum si gratiosè, in argum. de rescriptis libro sexto. *tamen quia verba alternatiuarum sunt varia, refero me ad veritatem: & illud quod tenui in consilio meo tunc, teneo nunc & non obstat quod dicitur in hac Regula, & punctuatur isto modo per Ioachimum,* conferendi scilicet prærogatiuas & indulta &c: *quia hoc non est verum; imo debet ibi fieri punctus conferendi tantum. Nam nunquam fuit visum quod Papa daret alicui facultatem conferendi prærogatiuas: ergò debet intelligi de collatione beneficiorum* arg. l. verbum volo. C. de fidei commißis.

Et quia nunc super cauda istius Regulæ oriuntur variæ quæstiones, scilicet an prærogatiuæ gratiarum quæ nondum sunt sortitæ effectum sint reuocatæ: quia à contrario sensu 7
huius Regulæ, videtur quod non; tamen breuiter agam, & dico quod de prærogatiuis regularum scilicet quod graduatus non graduato &c: ergò non dubito, & dico quod expirauit proemium istarum regularum, & quod ibi dixi. sed de alijs prærogatiuis scilicet con-

cessis familiaribus descriptis, & de similibus, certè in hoc ego dubito: & consului vnum Auditorem & dixit mihi, quod prærogatiuæ concessæ collegio non expirabant, sed aliæ sic. & postea dixit quod ex quo prærogatiua erat pars gratiæ, quod ex quo durabat gratia, etiam videtur durare prærogatiua: ego verò sub correctione dico quod cum familiaritas non est aliud nisi quædam societas, vt dicit Ioannes Andr. & Doct. 8
in capite sicut de verb signif. libro sexto, *ergò sequitur quod mortuo Pontifice soluitur ista societas*, Instit. de Socie. §. soluitur. *ex quo sequitur quod licet remaneat gratia, non tamen remanet prærogatiua: quia prærogatiua est separabilis à gratia,* faciunt glo. & iura ibi alleg. in cap. vtile de reg. iuris lib. vi. & quod dixi supra in proemio. *ergò &c. Item prærogatiua descriptorum sibi data per bullam quam vidi & habui coram me, dicit iuxta finem in medio. quod in assecutione beneficiorum debeant illi familiares præferri, & nullus alius potest sibi ratione priuilegij præferri &c: ex quo sequitur quod ista qualitas familiaritatis debet adesse tempore vacationis beneficij: quia qualitas adiecta verbo debet adesse tempore verbi* leg. in delictis §. si extraneus ff. de 9
F noxa. *sed hoc est impoßibile quod illa qualitas familiaritatis posset tunc adesse: ergò sequitur quod expirauit illa prærogatiua, maximè quia sub vno constructo ponūtur illi familiares & reguntur ibi verbo, sint potiores, ibi posito, ergo debet intelligi in assecutione beneficiorum, vt ibi dicitur, secundum doctrinam* Bal. in l. talis scriptura ff. de legat. 1. & vltra Doct. allego glo in c. cum speciali in verbo de recusatoria. de appell. in similibus verbis. *Et si mihi obijciatur de lege si cognatis ff. de rebus dub. vbi probatur quod satis est quod qualitas sit tempore dispositionis; respondeo quia quando qualitas ponitur caussa demonstrationis, satis est quod adsit momento temporis, vt in illa lege: sed quando* 10
ponitur loco finalis caussæ: tunc secus est: quia cessante caussa &c: hæc sunt verba Bal. in l. humanitatis in vi. col. C. de Impub. & alijs substitu. *qui sic intelligit d. l. si cognatis. & iste est casus noster. Ex quo sequitur quod mortuo Papa vel recedente familiari descripto ab eo, tunc cessat caussa familiaritatis: quod si postea beneficium, cessat prærogatiua: & sic vidi in recessu familiarum pronuntiari in Rota tempore* Pauli. 11

Ex quibus infero quod cum cesset prærogatiua descriptorum, à fortiori cesset prærogatiua ad instar eorum, quia vbi nullum est subiectum corruit correlatiuum, vt dicit Bald. in cap. 1. de Feu. guar. in col. x. alleg. gloss. in cap. 1. de fid. instru. *sed in hoc Nicolaus de Castello dicebat contrarium, quod licet cesset priuilegium descriptorum, tamen non istorum ad instar, & allegauit mihi Bald.* in l. priuilegia C. de sacrosanc. Eccl. *tamen contra eū possum allegare gl. iuris canonici & ciuilis quas omitto caussa breuitatis. Et quia dixi de prærogatiuis datis collegio quod non expirant: fateor quando toti collegio dantur, secus si singularibus de collegio: & sic intelligo leg. sed si hac §. qui manumittitur. & hoc vult ff. de in ius voc. qui §. est canonizatus* XXII. *q.* II. *c. qui manumittitur. & hoc vult gl. in simili* in c. cum venissent de restit. spo. *quæ dicit quod collegio datur, nemini datur, per illū §. sed quia quæstio pēdet cōtra vnum de certo collegio pro nunc taceo. Sed de hoc quādo appellatione personarū cōprehendantur collegium vel ne, plene dixi in tractatu Futuri concilij, in verbo vniuersitas, quem direxi* SIXTO, *contra Venetos:* 12 13 14

Venetos: & ad argumentum à contrario sensu huius regulæ, respondeo, quia cessat hic: quia contrarium fundatur de iure, vt dixi, sufficiat cap. à nobis lo. III. de senten. excommun.

Quia tamen aliquis posset dubitare quid vult ista Regula ibi: nec non alias quã
G super quibus &c: *& breuiter, est intentio Regulæ quod reuocãtur reseruationes speciales exceptis illis super quibus litteræ in Cancellaria secundum stylum expediuntur, puta per munus consecrationis. Item per contractum matrimonij, per assecutionem alterius incompatibilis, vel professionem emittendam: quia in istis solet Cancellaria scribere secundum certum stylum, scilicet:* dudum si quidem prouidimus de tali Ecclesia Titio per munus consecrationis sperãtur vacare talia beneficia quæ donationi nostræ reseruauimus &c: *tunc si ante consecrationem illius moriatur Papa, non expirat illa reseruatio. Et hoc vult dicere ista regula. & ista reseruationes licet sunt speciales tamen non reuocantur hic, etiam si sint ad beneficia vacatura: & sic mihi respondit Dominus Nicolaus de Castello, qui fuit cõditor istarum Regularum* INNOCENTII VIII. *& sic respondit & posuit exemplum.* 15 16

COMMENTARIA IO. A. CHOKIER.

A ISta *Regula*) Hæc INNOCENTII Regula non est inserta Regulis posteriorum Pontificum: quæ iccircò inutilis non erit quod per Concilium Trident. *in Sess. 24. cap. 19.* sint reuocatæ Expectatiuæ & Reseruationes ad vacatura, illarumque vsus tantum non sublatus, cum Concilij Tridentini dispositio non comprehendat Nominationes, quæ ad instar sunt expectatiuarum, vt nec primarias Cęsaris Preces, nec alias gratias, quas Papa ob benemerita Regibus & alijs Principibus concedit teste D. VVamesio *consil. 261. num. 4. vol. 1.* Interea aduertat Lector hanc INNOCENTII Regulam distare ab illa quam postea edidit IVLIVS III. quippe quod illa INNOCENTII, non ita latè pateat, vt sigillatim ostendit Mandos. qui ideò inuentam scribit, quia dubitari poterat, an per obitum prædecessoris euanuissent expectatiuæ & reseruationes, & alia de quibus in hac Regula distinctè tractatur. Sed quia iam omnes expectatiuæ ac mandata de prouidendo, & aliæ quæcumq; gratiæ ad vacatura, vt dixi, sunt sublatæ per Concilium Trid. *Sess. 24. c. 19.* (exceptis tamen Nominationibus Vniuersitatis Louaniensis, & Nominationibus seu præcibus Imperatorijs, quæ sub dicto Concilij Decreto neutiquam comprehenduntur, vt docet VVamesius antecessor Louanien. *d. consil. 261. de Prabend.*) sicque euanuerint DD. iam commentaria ad titulos de Rescriptis, de Præbendis, de Concesione præbend. tam in Decretalibus, quam in sexto, neutiquam hic immorabor, sed breui perstringam glossographi nostri Commentationes, vt si fortè cõtingat Põtificem, quod rariusculè 17 18

rariusculè fit, (etsi possit, si velit, *cap. significasti 4. in fi. ibi Abb. de Electio. Anast. Germon. tract. de Indultis Cardinal. §. Per quæ sublatis numero. 57.*) Expectatiuas ad vacatura etiam non obstante Concilio concedere, habeant isti albæ fortunæ pulli, tam ex his quam Glossographi nostri dictis vnde sibi consilium promant. Aduerte itaque Papam initio Pontificatus reuocare expectatiuas, quæ sunt sortitæ effectum, id est, quando in vim illarum alicui non est prouisum. & plus prodest inquit hic Rebuff. ista reuocatio, quam mors mandãtis. Nam per mortem concedentis non reuocantur expectatiuæ quando præsentata erat bulla Executori & fulminatus processus, quia tũc res non dicitur amplius integra, sed fallit quando expressè reuocatur, vt hic, *text. in c. is cui & c. pen. & si de Prabend.* Verum nominationes Louaniensium, & primariæ Preces, vt dixi Imperatoris non subiacent huic Regulæ, vt ex tenore Indulti videre est. ad quod ibi noto sectio 5.

B *Sortitæ effectum*) Etiam post acceptationem beneficiorum vacantium non subsecuta prouisione ante reuocationem: nam ante prouisionem ius in re non est acquisitum expectanti, vt tenet Rota *decis. 695. per cap. fin. in fi. de con- 19
cess. praebend. in 6.*

C *Per obitum concedentis*) Idem sentit Lapus *alleg. 84. in fi.* vbi dixit quod gratia concessa Ordinario Collatori de reseruando quatuor beneficia non expiret, quamuis Papa re integra decesserit *Geminia. & Franc. in cap. 2. de prabend.* 20
atq; ita fuit resolutum in vna Callaguritana Canonicatus *sub die Iulij 1592. coram R. P. D. Pegna* quod gratia expectatiua concessa GREGO. XIV. *26. Septembris 1591.* cuidam Dionisio Frances ad primum Canonicatum in Ecclesia Calagur. non fuerat extincta nec reuocata per mortem GREGORII XIV. Papæ ex quo ipsemet fecerat dictam gratiam & collationem cum clausula *ex nunc prout ex* 9
tunc, & sic intrabat dispositio text. c. si super grãtia de off. deleg. in 6. *vbi gloss. verb. facta ibiq; Io. Monach. Archidiac. Io. And. Geminia. Francus & alij.* licet secus esset, si non ipse Papa collationem faceret, sed alteri committeret faciendam & locum haberet textus in c. si cui nulla §. secus si super prouisione de præbend. in 6. qua de re vide plura in meis Scholijs ad Preces Primarias, & apud Garciam *tract. de Benef. part. 6. c. 2. num. 300. & seqq.* & apud Anto. Gabriel. *lib. 6.* 10
commu. conclus. tit. de prabend. conclus. 1. vbi ponit supradictam cõclusionem cum pluribus ampliationibus, limitationibus ac declarationibus. Vbi tamen est concessa gratia Ordinario vel alteri inferiori, imò etiam legato conferendi aliqua beneficia in mense Apostolico, solet adijci clausula, quod prouisi ab ipsis teneantur accipere nouam prouisionem infra sex menses à data prouisionis ipsis factæ, alias præsens gratia nulla sit. In Rescriptis autem Iustitiæ, certum est, quod re integra expirent morte Papæ illa concedentis, alias non, *cap. relatum 19. cap.* 21
licet 30. de ff. deleg. Ias. post bart. & elio 8. in l. more maiorum & in l. & quia ff. de Iurisd.

Iurisd. omnium iud. Ne tamen ex dicta exstinctione seu reuocatione Rescriptorum Iustitiæ ad partes detrimentum patiantur, quilibet Papa qui de nouo succedit renouat Regulam Cancell. *de Reualidatione litterarum gratia & Iustitia* quæ est XIII. infra, quemadmodum etiam reualidãtur rescripta gratiosa *per Reg.* VIII. *alias* IX. *supra de litteris in forma Rationi congruit* expediendis. 22 23

D *Censeretur reuocata*) Mandosius *ad hanc Reg. quæst. 11. num. 6.* hanc quæstionem distinctiunculâ soluit. Nam aut loquimur, inquit, de alternatiuis concessis ordinarijs de beneficijs suæ Diœcesis, & crederem veram partem negatiuam, quod mens Regulæ sit reuocare gratias hic à prædecessore factas: alternatiua verò seu facultas concessa Ordinarijs de conferendo beneficia suæ Diœcesis non est mera gratia: ratio est, quia per eum sit reditus ad ius commune, & tollitur obstaculum, vt pulchrè notat Cassad. *tit. de prebend. decis. 8.* aut loquimur de alternatiuis seu facultatibus concessis alijs quam ordinarijs, vel etiam ordinarijs, extra suas Diocęses, & dicerem procedere opinionem affirmatiuam. Nam in illo casu non est dubium quin illa dicatur mera gratia & merus fauor, & quod concessio illa tanquam odiosa ac ordinariæ iurisdictioni præiudicialis existimari debeat exorbitans & odiosa *glo. in c. 3. de prabend. in 6. in verbo numerandum vers. Item per hanc reditur ad ius commune.* Extendenda igitur. Et pro hac distinctione facit clement. 2. de offic. ord. vbi gloss. *in verbo, nolumus* dicit quod ordinariorum collatio vt naturalis & fauorabilis amplianda; altera verò extraordinaria collatoribus præiudicans & restringenda *Decius consil. 128. licet in casu.* 24

E *Pro parte affirmatiua*) Hanc quoq; nouissimè probauit post Nauar. *consil. 31. nu. 2. de Prabend.* Hierony. Gonzalez *ad Reg. 8. Cancell. glo. 50. num. 4. & seqq.* motus hac ratione, quod acceptatio alternatiuæ est quidam quasi contractus initus ad instar societatis inter Papam alternatiuam concedentem, & Episcopum acceptãtem, & ideò finitur morte vtriusq; veluti societas in perpetuum facta *l. 1. l. 59. ff. pro socio.*

F *Tempore verbi*) Adde Præsid. Euerardi *consil. 5. nu. 12. & consil. 33. nu. 3. & consil. 88. nu. 7.* Decium *ad l. Ius nostrum nu. 10. & ibi* Gab. Saray. *de Reg. iuris.* Tho. Grammat. *decis. 57. nu. 19. & decis. 55. nu. 1.* 26

G *Intentus Regula*) Hanc interpretationem probat & sequitur Aene. de Falcon, *in tract. de Reseruat. in 20. quæst. pr. nu. 19.* adde Cassad. *decis. 3. de Reseru. ol. 5. vers. & Papa mandando prouideri per contractum matrimonij &c:*

Argumenta in Reg. XI.
INNOCENTII.

I. Priuilegium Principis debet esse perpetuum.
2. Vnio Ecclesiarum vel beneficiorum est contra ius commune.
3. Quilibet debet residere in loco sui beneficij quantumuis exigui, de iure communi.
4. Vnio, annexio, incorporatio differũt.
5. Vnio dicitur non sortita effectum, quando non est secuta possessio & num. 21.
6. Nisi stet per eum cuius fauore fiebat vnio.
7. Fraus & dolus nemini debent suffragari.
8. Per collationem aquiritur ius in re.
9. Incompatibilitas tollitur per vnionẽ.
10. Item per administrationem & commendam.
11. In facto poli non tollitur, & ve istis.
12. Impetrans beneficium nec faciens mentionem de annexis, si verum valorem etiam cum annexis expressit, gratia non est subreptitia.
13. Id verum quando illa annexa erant accessoria ad illud beneficium impetratum.
14. Regula hæc in quo sit aucta per IVLIVM III. & modernum Pontificem.
15. An vniones, &c. Per Episcopos factæ sint per hanc Reg. reuocatæ.
16. Regula hæc quare inuenta.
17. Vniones quæ ab hac Regula excipiuntur.
18. Regula hæc an locum habeat in applicatione, seu annexione partis fructuum? & quid in hospitalibus, præceptoriis, & eleemosynariis? Hæc Regula cessat, quando Papa declarat vniones sub hac Reg. non cõprehendi.
19. Vniones sunt restringendæ, maximè quando non sunt sortitæ effectum.
20. Concilium Triden. mandat examinari vniones perpetuas siue sortitæ sint effectum, siue non, quæ à 40. annis factę sunt, reuocatq; illas quę subreptitię fuerint repertę.
21. Vnio quando dicatur sortita effectũ quoad effectum huius Regulæ & dispos. Concilij Triden.
22. Vnio viribus carens defectu potestatis vel formæ exprimenda non est in impetratione beneficij.
23. Exceptio nullitatis, vt & obreptionis impedit litis ingressum.

Regula

Regula XI. Innocentii, *quæ est* XII. Pavli V.

REVOCATIO VNIONVM.

ITem rationabilibus ſuadentibus cauſſis, ipſe Dominus noſter omnes vniones, annexiones, & incorporationes de quibuſuis Cathedralibus, necnon aliis Eccleſiis, ac monaſteriis, dignitatibus, perſonalibus, officiis, & beneficiis, & locis Eccleſiaſticis qualiacumque fuerint inuicem, vel aliis Eccleſiis, monaſteriis, menſis (etiam capitularibus) dignitatibus, perſonalibus, officiis, beneficiis, & aliis locis quomodolibet, Apoſtolica vel alia quauis auctoritate factas, quæ ſuum non ſunt ſortitæ effectum: ac quæcumque conceſſiones, & mandata ſuper vnionibus, annexionibus, & incorporationibus taliter faciendis, reuocauit, caſſauit, & irritauit nulliuſque decreuit exiſtere firmitatis: nec alicui quaſcumque clauſulas vel adiectiones in quibuſuis Apoſtolicis etiam quæ motu proprio, aut ex certa ſcientia proceſſerāt & emanauerūt, litteris, quomodolibet contentas aduerſus reuocationem, caſſationem & irritationem huiuſmodi voluit aliquatenus ſuffragari: vnionibus, annexionibus, & incorporationibus in fauorem S.R.E. Cardinalium, quas in ſuo robore permanere voluit, in his omnibus duntaxat exceptis.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *ISta Regula dicit quod reuocat Papa omnes vniones, annexiones, & incorporationes quæ non ſunt ſortitæ effectum, etiamſi motu proprio, &c. Ratio dubitandi fuit maxima, quia priuilegium principis, vel ordinarij debet eſſet perpetuum* ar. c. decet. de reg. iur. 1
lib. VI. *Sed ratio dicendi eſt clariſsima, quia vt dicit* Oldr. conſil. cclx. quod inci-
B pit; quod vnio facta per Epiſcopum, in pr. *Vnio duarum Eccleſiarum eſt contra ius commune, & etiam duorum beneficiorum: quia qualibet Eccleſia debet habere proprium* 2

X 2 *rectorem,*

rectorem, c. quia nonnulli de cler. non resid. xxi. q. per totum, *& hoc est quod*
vult dicere Bal. in c. 1. in 1. col. Episcopum vel Abbatem col. x. *dicens quod regu-*
lariter vna Ecclesia, non est ancilla alterius, & allegat Io. Mo. alias Io. An. in c. fi. de
rescript. lib. vi. *idem intelligo de beneficiis aliis: quia de iure communi vnusquisque de-*
beret residere in beneficio suo etiam xx. solidorum c. conquerente. de cle. non resi.
Ergo &c. Ideò istæ vniones dicuntur odiosæ de iure communi: quia per eas minuitur cultus 4
C *diuinus, & debet restringi* c. odia. de regu. iur. lib. vi. *Et est sciendum quod inter ista*
vocabula, scilicet vniones, annexiones, & incorporationes, est maxima differentia: quia
non est adeò vocabulum, quod licet videatur vnum & idem cum alio, quod non habeat
differentiam aliquam vt est tex. cum glos. in l. si idem esset C. in Codicillis, &
ideo dicit Baldus, in l. ex legato C. de leg. *quod similia vocabula quæ ad inuicem*
differunt, non differunt sine magno mysterio, & ideò licet vnio potest fieri vno de tribus
modis secundum glo. in c. & temporis qualitas. xvi. q. 1. & c. 1. ne sede vacante.
& in clem. per litteras. de præbend. *& est magna differentia inter modos istos, vt ibi.*
Tamen de incorporatione pono nunc exemplum, quod vidi in legatione Domini Vlip bo-
uen. nam fuit proposita vna supplicatio coram eo, quod Ecclesia Collegiata habens IIII.
Canonicos, & Canonicatus non valebat nisi V. ducat. & non seruiebant canonici, quod
vnirentur dignitati eiusdem Ecclesiæ, propter paupertatem, &c. Ego dedi votum contra-
rium, per prædicta iura, quæ superius allegaui, & ista proprie vocatur incorporatio: quia
exstinguitur beneficium, & incorporatur alteri in eadem Ecclesia. & ista Regula habet
locum in istis.

Et in quantum ista regula dicit nisi sortitæ sint effectum *&c: super hoc ema-*
nauit vna extrauagans MARTINI V. *quæ declarat istam Regulam, scilicet quando* 5
D *non est secuta possessio, & vult etiam sentire de possessione pacifica. sed ego intelligebam*
istam, quando stabat per aliquem, cuius fauore fiebat vnio, quo minus haberet possessio- 6
nem: quia tunc in eius odium censetur reuocata ista vnio; quia fortè expectabat pinguius
beneficium &c: ideò fraus, & dolus non debent ibi suffragari l. nemo ex delicto ff. de
reg. iur. *sed si volebat capere possessionem, & fecit quantum in se fuit, & non potuit* 7
habere, sed tamen executor suus sibi contulit, tunc secus: nam in hoc casu non credebam
habere locum illam extrauagantem per iura vulgaria cap. imputari et c. cum non stat
per eum de reg. iur lib. vi. *& quia per collationem acquiritur ius in re.* c. fi. de con-
cess. præbend. lib. vi. *ergò censetur iste habere effectum in tali vnione: & hoc allegaui* 8
in Rota in vna caussa, sed nescio quid fuit determinatum, & de materia vnionum, mul-
ta possem hic dicere, : sed quia non faceret ad propositum, omitto. Vnum tamen dicam,
quod iste modus vnionum, est vnus de tribus ad fraudandũ c. de multa & extrauag. execra-
bilis de duobus vel tribus incompatibilib. quia non habet locum in beneficio vnito c. super 9
eo de præbend. lib. vi. *alius modus est per administrationem, & alius per commendam*
c. dudum. de elect. & cap. qui plures xxi. q. 1. *& vè nobis cum istis fraudibus dum* 10
steterimus ante tribunal Christi, qui est scrutator cordium & cognitor secretorum c. tua
de simon. et c. in Ciuitate, de vsur. *Item* 11

Item non omitto aliud in hoc dicere, de annexis quod impetrans beneficium & non faciens mentionem de annexis, si valorem verum etiam cum annexis expreßit non censetur 12
gratia subreptitia vt vult glo. not. in cap. gratia. de rescript. lib. VI. *& sic obtinuit vnus in Curia, in cuius fauorem allegaui hoc: sed istud intelligo verum, quando illa annexa erant accessoria ad illud beneficium impetratum: secus si fuissent principalia, scilicet*
E *quodlibet per se, ad hoc allegarem glo.* in d. cle. per litteras de prębend. & cap. 13
ne Sede vacante & in d. cap. temporis qualitas XVI. q. I. *Nam si tunc expressisset, non ita de facili habuisset impetrans* arg. c. postulasti & quod ibi no. Io. de Lig. & Abb. de Rescript. *ergò &c.*

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *OMnes Vniones*) Intellige quando auctoritate Papæ erant faciendæ: vt 14
quia Papa mandauerat in partibus, quod si de narratis constaret, vniret: si interea temporis Papa moriatur, reuocat hic Papa omnes illas vniones faciendas & factas quæ non sunt sortitæ effectum, secus de faciendis vel factis auctoritate ordinaria. *Rebuffus hic.* Interea aduertè quod IVLIVS III. vt tolleret omnes difficultates quæ oriri possent ex eo, an sub voce vnionis, omnes vnionis species comprehenderentur, in Regula per ipsum ædita designauit, & expressit omnes vnionis species, dum inquit: *Item D. N. omnes vniones, annexiones, incorporationes, suppreßiones, exstinctiones, applicationes, & dismembrationes, quas omnes sub hac regula comprehendi voluit, etiam perpetuas vniones factas quibuscumq; Ecclesiis, monasterijs, dignitatibus, vniuersitatibus, & alijs pijs locis quæ suum non sunt sortita effectum, ac quascumq; conceßiones, & mandata super vnionibus, annexionibus, & incorporationibus faciendis.* fuitque hæc regula ideò inuenta, quia per vnionem 15
diminuitur cultus diuinus, & facultas conferendi, *Crescen. decis. 1. in fi. de Parochijs*, & procedit in vnionibus factis non solum quacumque auctoritate Apostolica, sed etiam alia quacumque. *Put. decis. 215. lib.* non tamen ordinaria vt
dixi, vel auctoritate Concilij Tridentini emanata, vt habetur in Reg Pauli V. 16
quod & notat Flam. Paris. *de Resig. benef. lib. 2. quæst. 9. num. 18.* Item excipiun- 17
tur ab hac Regula, vniones quæ fiunt pro fundatione, dotatione, augmento, vel cõseruatione Collegiorũ, & aliorũ piorum, & religiosorum locorũ ad fidei Catholicæ defensionem & propagationem, bonarumque artium cultum, vt in dicta Reg. Pauli V. statuitur. Item quando fiunt vel ex causa dotis, & necessaria alicuius loci, aut rei piæ, *Crescent. decis. 1. de Parochijs in fi. mandos hic quæst. 3. Achilles de Grassis decis. 388. Caputaquen, decis. 42. part. 3.* & sic ex caussa onerosa & remuneratoria *Garcia de Benef. part. 12. c. 3. nu. 297. Mohed. decis. 145.* Cresc.

decis. 141. Vol. ad augmentum cultus diuini, *Caputaquen. d. decis. Mohed. decis. 7. de Priuileg. Put. decis. 52. nu. 2. l. 1. & infra dicemus*, vel quando vnus ordo in totum supprimeretur, & eius beneficia alteri applicarentur *Gonzales ad Reg. 8. Cancell. glo. 5. §. 7. nu. 43. & seqq.* Quid autem dicendũ de annexione partis fructuum, 18
& quid in hospitalibus, Præceptorijs, & eleemosinarijs? vide Mandosium *hic q. 2. & 4.* Denique cessaret hæc Regula si gratia de vniendo, vel vnio facta haberet effectum ante huius Regulę promulgationem, seu renouationem per nouũ Papam factam, vt in hac Reg. statuitur. aut nisi Pontifex in concessione vnionis, noluerit illam sub hac Regula comprehendi; quo casu solet dare clausulam hanc: Volumusque præsentes litteras sub quibusuis vnionum reuocationibus, „ suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus & alijs con- „ trarijs dispositionibus, etiam in genere, vel in specie pro tempore quomodolibet „ etiam Apostolica auctoritate factis, vel faciendis, nullatenus vnquam com- „ prehendi, sed semper ab illis excipi &c:

B *Contra ius commune*) Et ideò restringendæ *Calder. consil. 13. an vnio tit. de Reb. Eccles. non alien. per cap. sanctorum 70. dist. Decius cons. 233. Viso tenore* 19
nu. 6. atque ita earum reuocatio fauorabilis est, maximè quando non sunt sortitæ effectum. Hodie ex dispositione Concilij Triden. *Sess. 7. cap. 6.* vniones 20
perpetuæ siuè sortitæ sint effectum, siue non, si à 40. annis factæ fuerint, ab ordinariis examinandæ, & quæ subreptitiæ repertę fuerint reuocantur, quia subreptio ipso iure vitiat vnionem, *Milis in verbo Vnio primo Feliȷ. in cap. postulasti col. 7. de rescript. Calder. consil. vlt. de Reb. Eccles. non alien.*

C *Est maxima differentia*) Quam declarat Mandos. *ad hanc Regul. quæst. 1.* & Alphonsus Hoieda *de Incomp. benef. part. 2. cap. 3. nu. 3.*

D *Non est secuta possessio*) Ecce quo-ad effectum huius Reg. & Decreti 21
Concilij Trident. *Sess. 7. cap. 6. de Reformat. & sess. 25. cap. 9. vers. Insuper accessiones.* vnio dicitur sortita effectum quando est secuta possessio, alias non, & sic non subsecuta possessione ante hanc Regulam, quæ per omnes Pontifices postridie assumptionis ad Pontificatum cum alijs publicatur, vnio per eam reuocatur, & succedente vacatione potest de beneficio tanquam verè vacante legitimè prouideri, nisi vnio sit facta pro dote necessaria &c: *Mandos. ad hanc Regul. quæst. 3. Mohed. decis. 6. de Priuileg. & de eo extat decis. in vna Toletana beneficij Vallecas. 20. Nouemb. 1592. coram D. Gipsio & in vna Mediolanen. dismembrationis 16. Nouemb. 1694. coram D. Orano.*

E *Secus si principalia*) Si tamen vnio, vel annexio viribus careat, vel ex defectu potestatis, vel ex defectu formæ, non erit necessè facere mentionem di- 22
ctæ vnionis vel annexionis in impetratione beneficij vniti vel annexi, *Vantius de Nullit. ex defectu Iurisd. nu. 19. Feliȷ in cap. ex tenore nu. 2. de Rescript.* Euidens enim

enim nullitas vnionis ostendit aduersariũ agere sine vllo interesse, ac vlla actione, proinde audiri non debet *Bart. in l. Pupilli §. videmus ff, de neg. gest. DD. in l. sin autem §. si homo ff. de Rei vend.* & hæc exceptio impedit omnẽ litis ingressum, 23 sicut & obreptio *Marc. Blan. tract. de arbit. q. 4. nu. 101.*

Argumenta in Regul. INNOCENTII. XII.

1. GRatia facta per Papam super iurisdictione, an probari debeat per sacros apices.
2. Regula hæc, an habeat locum in expectatiuis.
3. An habeat locum hæc Regula in nouis prouisionibus, & in gratia si neutri.
4. Constitutio generaliter loquẽs comprehendit in se etiam exceptiones positas in alijs constitutionibus licet ibi non dicatur.
5. Rescriptum non esse præsentatum vel præsentatum iudici, non obtentis ab eo litteris citatoriis paria sunt, ad effectum huius Regulæ.
6. Regula hæc aucta fuit per posteriores ab Innocentio Pontifice, & in quo.
7. Vt huic Regulæ sit locus quæ requirantur.
8. Litteræ gratiæ & iustitiæ expirant per obitum Papæ illas concedentis.
9. Ante executam citationem, res est integra: quod limita vt num. 9.
10. Rescripta an sint perpetua.

Regula XII. INNOCENTII. *VIII.* *quæ est* XI. PAVLI V.

REVALIDATIO LITTERARVM PRÆDECESSORIS GRATIAE ET IVSTITIAE INFRA annum concessarum.

ITem prędictus Dominus noster omnes, & singulas ab ipso Sixto prædecessore, infra annum ante diem obitus eiusdem gratiæ concessas, vel iustitiæ litteras, temporibus debitis earum executoribus. non præsentatas omnino reualidauit, & in statum pristinũ, quo videlicet ante fuerant, & eis pro quibus erãt obtentæ, quoad hoc plenariè restituit, ac decreuit per executores prædictos, vel ab eis sub-

eis subdelegatos, perinde ad ipsarum executionem procedi posse & debere, ac si executio huiusmodi temporibus prædictis inchoata fuisset.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *Ista Regula dicit quod Papa reualidat litteras Gratiæ, vel Iustitiæ emanatas à* SIXTO, *per annum ante obitum suum non præsentatas Executoribus earum. Et mandat quod Executores earum possint perinde procedere super eis, ac si tempore debito fuissent præsentata &c. Ista Regula habet duas partes: primam quoad litteras Gratiæ,*
B *secundam quoad litteras Iustitiæ. Quoad litteras Gratiæ, potest poni exemplum in restitutione ad appellandum, & in aliis similibus concernentibus Iurisdictionem, & de hoc loquitur ista Regula quod apparet ibi dum loquitur de Executoribus, & de eorum delegatis, & hoc est quod dicere voluit Bald.* in c. 1. §. ad hæc in 4. col. de Pace iuram. firmam col. 10. *vbi quærit an Gratia facta super Iurisdictione, potest probari sine sacris* 1
apicibus, & dicit quod non, allegatque l. 1. C. de Mand Princip. & l. probatorias C. de diuers. off. lib. 12. *Nam etiam gratia potest fieri supra rebus concernentibus Iurisdictionem. Nam Princeps potest facere gratiam in eo quod tenetur facere etiam naturali ratione,* vt ipse not. in eod. §. col. 8.

Et non loquitur illa Regula de gratiis expectatiuis super quibus dantur Executores: quia Regula alia superius dicta reuocat expectatiuas: nisi vellemus dicere quod non reuocantur etiam illa expectatiuæ, etiam non præsentata Executoribus quando nullum sunt 2
sortita effectum, vt ibi dicitur: & sic intelligi quoque potest ista Regula, etiam de gratiis expectatiuis: quia licet de iure essent reuocata, ex quo res non erat integra. vt in cap. Si cui §. fin. de Præbend. lib. 6. *tamen reualidat eas, dum tamen infra annum ante obitum* SIXTI *fuisset data expectatiua. Ex quo sequitur quod cum data omnium expectatiuarum fuerit de primo anno sui Pontificatus, de primis & secundis sub vna alia data, quod ista Regula non haberet locum in expectatiuis, nisi in eis, quæ fuerunt data sub data currenti fortè propter reseruationes speciales &c. & hoc verum in his quæ fuerunt concessa ante annum obitus ipsius, vt hic dicitur.*

Item non intelligatur ista Regula de Nouis prouisionibus, vel de gratia Neutri: quia licet in eis dentur Iudices & Executores, tamen etiamsi sint concessa ante annum obitus 3
sui, nihilominus crederem quod non censentur reuocata: quia supra in VIII. *Regula dicitur, quod possent expediri concessa per* SIXTUM *in forma Rationi congruit &c: ergò sequitur quod cum de iure sit acquisitum ius per solam signaturam in gratia Si neutri, vel in sola prouisione, iuxta not. per DD. in Proem. Sexti & per glo. in clem. Dudum § nos autem de, de Sepult.*

Et superius

Et superius dixi quod ista Regula non extēditur ad nouas prouisiones, vel ad gratiam Si neutri, etiam concessam ante annum obitus SIXTI: *& ratio est, quia Constitutio etiam generaliter loquens comprehendit in se exceptiones etiam positas in alijs constitutionibus, licet ibi non dicantur, & idem etiamsi exprimantur aliqui casus tantum ibidem,* vt est glo. mihi notabilis in l. ita nobis pudor & ibi Saliçet. C. de Adult. & in l. 4
1. C. de Condit. inde. *& sic est in casu nostro: quia ista Constitutio generaliter loquēs non excludit casus cōprehensos in alijs Regulis, sed in dispensationibus, vel restitutionibus in integrum, vel in similibus habet locum ista Regula.*

Quoad secundam partem istius Regulæ, videlicet de litteris concernentibus Iustitiam, potest poni exemplum in cap. gratum de offic. deleg. quia licet Rescriptum concernens Iustitiam in forma Conquestus, vel Significauit, vel Ad audientiam, vel forma Rationi congruit, vel aliud simile emanatum à Papa SIXTO, *non præsentatum Executoribus, vel Iudicibus tempore obitus sui, est reualidatum hic: quinimo secundum d. cap. gratum & similia iura, etiamsi fuisset præsentatum, sed Iudex non citauit ante obitum* SIXTI, *ipso facto expirauerat Iurisdictio sua, vt ibi: tamen ista Regula reualidat talia Rescripta, quæ sunt perpetua de iure* vt in l. falso C. de diuers. rescript. *Et in quantum dicitur hic de concessis ante annum obitus, voluit Papa notare negligentiam Impetrantis, ex quo tanto tempore non præsentauit* iuxta cap. Plerumque de Rescript: *& hæc mihi videntur vera. Et ex prædictis respondi hic in Curia quando obijt* SIXTVS, *quod si fuit impetratum Rescriptum eius tempore, quod Iudex ibi datus non poterat citare eo mortuo: sed consului quod expectaret hanc Regulam, quæ reualidat Rescriptum, & tunc posset procedere, alias non.* 5

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *ISta Regula*) Reualidantur per hanc INNOCENTII Regulam litteræ ab immediatè duntaxat Pontifice cōcessæ: at postea extensa fuit per Iulium III. CLEMENTEM VIII. & PAVLVM V. modernum Pontificem, ad concessiones duorum anteriorum Pontificum, vt ex Regulis ab ipsis editis videre est. Notandum autem obiter, vt huic Regulæ locus sit, quatuor requiri copulatiuè: I. quod à prædecessoribus sint concessæ: II. quod litteræ contineant gratiam seu Iustitiam: III. quod infra annum ante diem obitus sint concessæ: IV. quod temporibus debitis non sint præsentatæ earum Executoribus. 6 7

B *Fuissent præsentata*) Quod est contra iuris communis dispositionem: nam litteræ gratiæ vel Iustitiæ per obitum Papæ concedentis expirant. De litteris gratiæ est text. in cap. Si cui nulla 2. de Præbend. in 6. Rota decis. 349. in No. De litteris Institiæ est text. in cap. fin. sub si. de offic. deleg. in 6. cap. relatum cap. gratum cap. licet, ex de offic. deleg. Archid. Geminia. & Franc. in 8

cap. Si à subdelegato, de off. deleg. in 6. Itaque necessaria fuit hæc Regula, vt gratię impetrantis negligentia executioni non demandatæ reualidarentur intra annum ante diem obitus Papæ.

C *Expirauerat Iurisdictio sua)* Nam ante executam legitimè citationem res est adhuc integra *glo. in c. Vt debitus in verbo assignare, vbi* Innoc. *Philip. Franc. de appellat. roman. consil. 112. nu. 14. Bart. & Alex. in l. Si pluribus ff. de leg. 1. Bart. & DD. in cap relatum nu. 5 vbi Abb. d tit. Maranta de ord. iud. part. 4. in 5. dist. pr. nu 56.* Dixi legitimè: nam secus est si citatio minus legitima, aut valida fuerit *cap. quod nullum, de Reg. iur. in6. cap. proposuisti, verbo legitima, de foro comp. Afflict. decis. 294.* Debetque citationi inseri copia commissionis, vt inducatur litispendentia *Vestrius in praxi lib. 4. c. 1. nu. 1. & seq.* 8 9

D *Perpetua de iure)* Quod verùm nisi aliud rescriptum impetretur contra primum quod potest aduersarius (etiam non facta primi mentione) facere re integra, id est non præsentato altero rescripto & parte citata, *cap. Si autem et c. 1. & vtrobią glo. de. Rescript.* 10

Argumenta in Reg. XIII,

INNOCENTII.

1. ISta Regula declarat seu limitat præcedentem.
2. Lex declaratiua vel interpretatiua alterius debet intelligi in terminis illius declaratæ.
3. Quando intellectus dubius est, debemus recurrere ad rationẽ naturalẽ & ad Regulas iuris.
4. Verba debent intelligi ciuiliter, & prout ratio dictat & non abusiuè.
5. Contrahens matrimonium in gradu prohibito, debet post dispensationem de nouo consentire.
6. Dispensatio ad duo incompatibilia, per solam signaturam sortitur effectũ.
7. Facultas limitata dispensandi, limitatum producit effectum.
8. Officiales de quibus in hac Regula an sint reuocati? & quid de Comite Palatino, num. 9.
10. In quo differat hęc Innocẽtij Regula, à Regulis posteriorum Pontificum.
11. Glossographus in quo hic exerrarit.
12. An Regibus concessa facultas beneficia conferendi sub hac Reg. comprehẽdatur, & quid in Officialibus Papę.

Regula

Regula XIII. INNOCENTII, *quæ est etiam* XIII. PAVLI V.

REVOCATIO FACVLTATVM QVIBVSVIS CONCESSARVM DE DISPEN. SVPER MATRIM. ſuper defectu natalium, ætatis, & alijs hic expreſsis.

ITem reuocat quaſcunque facultates conceſſas quibuſuis Patriarchis, Archiopiſcopis, Epiſcopis, & alijs Prelatis, & perſonis, necnon Apoſt. ſedis Nuncijs, ac fructuum, & prouentuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum Collectoribus, de diſpenſando cum quibuſuis perſonis ſuper matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac ſuper natalium, & ætatis defectibus, & de incompatibilibus beneficijs Eccleſiaſticis inſimul retinendis, necnon de Notarijs publicis creandis, ac alias à præmiſsis officia ipſorum Nunciorum, & Collectorum directè non concernentes * quoad omnia in quibus facultates ipſæ non ſunt ſortitæ effectum, etiamſi Nuncijs eiuſdem dictæ ſedis Legatis de latere competens fuerit conceſſa poteſtas.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *IN iſta* Regula, *reuocantur facultates datæ Legatis, & quibuſuis Patriarchis &c. vel Officialibus Apoſtolicæ Sedis, de diſpenſando in matrimonio contrahendo, vel ſuper defectu natalium &c: in omnibus non concernentibus eorum officium in his, in quibus non ſunt ſortitæ effectum &c: Iſta Regula venit ad limitationem ſuperioris Regulæ vbi reualidantur litteræ gratiæ, vel Iuſtitiæ emanatæ à prædeceſſore ſuo &c. Sed de hoc limitat* 1 *niſi in caſibus hic expreſsis, & ſic oportet quod intelligatur iſta* Regula *de facultatibus conceſsis à* SIXTO, *& non ab iſto* INNOCENTIO: *nam alias cum lex ſimpliciter loquitur* vt l. arriani C. de hæret. *videtur quod etiam facultates conceſſæ ab* INNOCENTIO *ſint reuocatæ: quod non eſt verum. Nam lex declaratiua, vel interpretatiua alterius, debet intelligi in terminis illius declaratæ* glo. in c. is qui & cap. qui contra 2 de electio in 6. *& quod intelligi debeat de facultatibus conceſsis à* SIXTO, *& non ab* INNOCENTIO, *patet: quia quando genus diſtinguitur per ſpeciem, tunc dicitur interpretatio*

B

pretatio & adiectio vt not. in cap. 1. de Noua form. fid. col. 10. *Sed genus Regulæ superioris distinguitur per species hic numeratas, ergò sequitur quod hic est adiectio, & interpretatio superioris Regulæ.* fa. glo. in clem. de multa quam not. ibi Abb de Præbend. *Item quia quando est intellectus dubius, recurrere debemus ad rationem naturalem, & ad Regulas iuris* Dec. in l. scire oportet §. & si maximè ff. de exec. tut. 3
in 2. not. in l. omnis diffinitio ff. de reg. iur. quæ iura allegat Bald. ad hoc in c. 1. de alien. feud. in 5. col. *Sed ista est ratio naturalis &c. ergo. Nec obstant verba generalia hic posita: quia debent intelligi ciuiliter, & prout ratio dictat, & non abusiuè,* l. Si cui ff. de Seruit. l. obligatione generali ff. de Pig. *quæ iura ad hoc propositum allegat Bald.* in c. 1. in 11. col. de Capitan. qui cu. vend. col. 10. 4

Et in quantum Regula dicit quod facultas quæ non est sortita effectum quoad dispensationem censetur reuocata, potest poni exemplum de dispensatione facta, quod duo possint contrahere matrimonium in gradu prohibito, qui licet ante dispensationem contraxissent, tamen post dispensationē requiritur nouus cōsensus per not. DD. in c. super eo, de Cōdit. appo. *& si ante istā reuocationē non cōsenserint de nouo, censetur reuocata ista dispensatio vt hic. Sed nō debet intelligi sic de dispēsatione ad duo incōpatibilia: quia licet dispensatus non habuit ista duo beneficia incōpatibilia, tamen eius dispensatio non est reuocata, quia iam sortita est effectum per solam signaturam, vt sapè dixi superius,* fa. glo. cum textu in cle. Dudū §. nos enim, de Sepult. *& hoc vult dicere ista Regula in hoc, quod licet habens facultatem dispensandi cum X. & simpliciter dispensat cum VIII. quod quoad alios cum quibus non dispensauit, est reuocata facultas, & etiam de iure communi, idem est, quoad non incœpta per obitum concedentis,* vt est glo. not. in c. Pastoralis iuncto textu, de Rescript. in fi. 5 6 7

Item est notandum hic, quod isti Officiales, de quibus in Regula, non reuocantur hic, primo quia sunt Officiales Apostolicæ Sedis, vt hic, arg. c. Quoniam Abbas, & quod ibi not. de Officio deleg. & cap. Si gratiosè de Rescript. in 6. *Item patet hic, ibi* officia ipsorum *&c:* non concernenentes *&c: Ex quibus verbis etiam infero quod Comes Palatinus creatus à SIXTO possit facere Doctores & Notarios, quia est Officialis Apostolicæ Sedis, & non est reuocatus, & post reuocationem factam hic, potest facere Doctores & Notarios: quia hoc concernit officium suum principaliter: ergò non censetur ista facultas hic reuocata, per prædicta verba istius Regulæ.* 8 9

COM-

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *Ista Regula:)* Differt hæc Regula à Regulis Iulij III. PII IV. GREGORII XIII. aliorumque successorum ad nostra vsque tempora Pontificum, quod illi ampliauerint hanc INNOCENTII Regulam reuocatoriam, quatenus 10
nimirum reuocatur etiam facultas disponendi quomodolibet de *quibusuis beneficijs Ecclesiasticis, etiamsi in litteris desuper confectis sint clausulæ restitutoriæ & derogatoriarum derogatoriæ, & aliæ efficaciores.* Item IULIUS III. PIUS IV. PIUS V. & GREGORIUS XIII. reuocauit etiam *facultates & indulta concessa Cardinalibus & alijs personis disponendi de beneficijs quibuscumq; certarum Ciuitatū & Diœc. de consensu Episcopi.* &c. estq; effectus vtriusque additionis magnus: Nam quo-ad primam additionem, non veniebat in dicta INNOCENTII Regula reuocatio facultatum disponendi de beneficijs: quia sub generali facultate, non veniebat facultas conferendi beneficia: seu de illis disponendi *cap. fin. de offic. Vicarij in 6. Abb. in cap. ex frequentibus nu. 7. de Instit.* quo-ad secundam, præsupponitur quod Cardinales, seu alij habent facultates, & indulta conferendi beneficia in aliena Diœcesi seu Episcopatu, aut ad constituendū Vicarios, qui illa dictis Cardinalibus, vel alijs, conferant, seu commendent. Itaque reuocant posteriores Pontifices hanc facultatē idq; meritò cum Episcopus sit Ordinarius Collator in sua Diœcesi, *c. Omnes basilica, & cap. nullus 16. quæst. 7.*

B *Non ab ipso* INNOCENTIO) Hallucinatus est hic noster Glossographus, & frustra se inuoluit, dum conatur ostendere Regulam hanc loqui de re- 11
uocationibus facultatum concessarum à SIXTO prædecessore. Nam cum Regulæ Cancellariæ vna cum Pontifice moriente extinguantur, & altero apice dignitatum adepto, postero assumptionis die rursum publicentur, & reuiuiscāt, certè non potuit INNOCENTIUS regularum Conditor, antequam assumptus ad Pontificatum esset, facultates, de quibus in hac Reg. concedere, & per consequens suas, sed SIXTI prædecessoris reuocare.

C *Comes Palatinus)* An Regibus concessa facultas conferendi beneficia sub hac Reg. comprehendatur? & quid in facultatibus, militibus S. Petri, alijsque 12
Papę Officialibus, de numero particip. concessis super creatione Doctorum, & Notariorum, ac dispensatione super natalibus? & quid in Cardinalibus Legatis à latere? vide de Mandosium *ad han. Regul. de his distinctè disputantem: satis enim mihi est digito curiosis hac ostendisse.*

Argumenta in Regulam XIV. PAVLI V.

1. HAec Regula reuocat facultates ordinarijs concessas per prædecessores conferendi beneficia reseruata, vel affecta.
2. Ordinarij appellatione quid veniat, quoad huius Regulæ effectum.
3. An hæc Regula inutilis censenda sit propter Regulam VIII. supra.
4. Ordinarijs nulla fit iniuria per reseruationes Papales.
5. Regula reuocans indulta, & facultates conferendi, non reuocat alternatiuas Ordinariorum.

Regula XIV. PAVLI V.

REVOCATIO FACVLTATVM CONFERENDI BENEFICIA RESERVATA.

ITem reuocauit quascunque facultates, & litteras desuper confectas, per quas quicúmque sui prædecessores Romani Pontifices quibusuis personis ordinariam collationem, seu aliam dispositionem beneficiorum Ecclesiasticorum de iure vel consuetudine habentibus, & quauis, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, vel alia dignitate, vel alio, non tamen Cardinalatus honore fungentibus, quauis consideratione, vel intuitu, etiam Motu proprio, ac ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concesserant, aut quamdiu viuerent, vel suis Ecclesijs, seu Monasterijs præessent, aut ad aliud tempus de beneficijs Ecclesiasticis generaliter reseruatis, seu affectis, ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem communiter, vel diuisim spectantibus, disponere liberè, & licitè valerent, aut etiam ad id per eosdem prædecessores Vicarij, perpetui, vel ad tempus constituti forent.

COM-

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

HAEc Regula licet non sit inserta Regulis INNOCENTII VIII. cæteri tamen ab eo Pontifices ad nostra vsque tempora illam laudarunt, probarunt suisq; Regulis semper attexuerũt. Reuocat enim facultates à prædecessoribus concessas quibusuis Ordinarijs, exceptis Cardinalibus de conferendis 1
beneficijs reseruatis, seu affectis ad eorum alioqui collationem, prouisionem, præsentationem &c: spectantibus, quibusuis inquam Ordinarijs habentibus de iure vel consuetudine ordinariam collationem seu aliam dispositionem: quibus 2
verbis nedum comprehenduntur Ordinarij, quibus iure communi libera competit beneficiorum suæ Diœcesis dispositio, *cap. Omnes basilicæ, cap. Nullus 16. q. 7. cap. cum olim. de Præscrip. io. c. 1. de offic. ord* Sed etiam inferiores, quales sunt Archipræsbyter, Archidiaconus, alijq; inferiores, qui consuetudine, vel priuilegio, non de iure ordinariam habent conferendi &c. facultatem *cap. 1. cap. cum satis ibi glo. verbo Consuetudinis cap. Mandamus, ibi glo. Verf. Visitandus, de offic. ord. cap. 1. 2. & 3. de off. Archipræsb. Mandos. hic quæst. 5.* Neque porrò videtur hęc Regula inutilis propter Regulam VIII. per quam datur alternatiua mensium, 3
videlicet Februarij, Aprilis &c: adeò quod Papa coarctetur ad non conferendum in dictis sex mensibus: quia eiusmodi alternatiua datur duntaxat Episcopis illam acceptare volentibus, vt habetur in d. Reg. VIII. Nam non acceptantes, remanent in dispositione iuris communis, quo Episcopi poterant conferre beneficia, alijs tamen reseruationibus cessantibus in quolibet mense, vt latius ostendimus in Procemio dictæ Regul. VIII. vbi quoque dixi iniuriam non fieri 4
per Papam locorum Ordinarijs per eiusmodi reseruatorias Regulas. Non ergò fuit inutilis hæc Regula, imò nec correctoria aut reuocatoria dictæ Regul. VIII. quæ concedit fauorem alternatiuæ Episcopis residentibus, vt notat Hieronym. Gonzalez *ad dictam Regulam gloss. 24. numero 145. per not. Crescent decis. 194. de Priuileg. & eiusdem Gonzalez d. loco gloss. 53. nu. 60. & Mandosij in Reg. XI. quæst. XI. nu. 1. & Put. decis. 215. nu. 4. lib. 1.* 5

Argumenta.

Regula XIV. INNOCENTII VIII. *quæ est* PAVLI V. *Regula* XV.

DE DICTIONIBVS NVMERALIBVS.

ITem vt in Apostolicis litteris committẽdi crimen falsi per amplius occasio tollatur, voluit, statuit & ordinauit, quod dictiones numerales quæ in dictis litteris ante Calendas, Nonas & Idus immediatè poni consueuerunt, per litteras & syllabas extensæ scribantur, & illæ ex præfatis litteris, in quibus huiusmodi dictiones aliter scriptæ fuerint, ad Bullarium non mittantur.

GLOSSEMA ALPHONSI.

IN ista Regula dicitur quod dictiones numerales dierum, videlicet ante Calendas, vel Idus vel Nonas &c: debent poni extensiuè per litteras, & syllabas, & non numeraliter
A *in litteris Apostolicis, alias non mittantur ad Bullarium. exemplum pono: quia debet dici octauo Calendas, & non VIII. Calendas, vel oct. numeraliter. & idem de Nonis & Idibus: videlicet quinto Nonas Martij & non V. Nonas Martij. Et ad intellectum istius Regulæ, licet ex se sit notus, tamen quia aliqui visuri eandem Regulam fortè ignorabunt vocabula, & ne dicatur mihi quod de notorio loquimur, & quid sit notorium ignoramus vt ait glo.* in cap. Manifesta 2. quæst. 1. & fa. glo. in l. stipulatio ista habere licere §. si quoque ff. de Verb. oblig. *Ideò videndum est quid vult Regula ista: & quid sint Calendæ, & quid Nonæ, & quid Idus. & quidem sciendum arbitror, quod Calendæ*
dicuntur in quolibet die primo mensis cuiuslibet, dicuntur à calo, quod est voco: quia præ- 1
B *co ascendebat pulpitum, & vocabat omnes homines ad nundinas fiendas: hoc dicit gloss.* 1. in fi. in l. Cum bissextus, ff. Verb. signif. *vel dicuntur à colo colis: quia illum primum diem reuerebantur antiqui vt dicit glo.* in d. l. 1. *Itaq; in quolibet mense fiebant*
nundinæ & durabant per octo dies, & inde vocantur nundinæ, & incipiebant regulari- 2
ter quinta die cuiuslibet mensis, nisi in mensibus Martio, Maio, Iulio, & Octobri, quia incipiebant semper in septimo die. vnde versus: Sex nonas Maius, October, Iulius, & Mars. Quatuor, & reliqui tenet Idus quilibet octo. *vt dicit glo.* in data vi libri & in præfata l. cum bissextus, *& postea erat diuisio Nundinarum, & vocabatur Idus, id est diuisio nundinarum. Vnde gentiles ad euitandum falsitatem computabant per antiphrasim, id est, tot dies ante Calendas, vel Idus inclusiuè in omnibus diebus qui*

C erant ante Calendas, & ante Nonas, ante Idus: & illa dictio Ante semper subintelligebatur, etiam si non exprimatur, vt volunt glossa in d. l. cum bissextus, & in data sexti. & Ioan. de Imol. qui plenè examinat hanc materiam in l. eum qui calendis ff. de verb. oblig. cuius verba, vel sententiam recitaui in l. 1. §. si quis simpliciter ff. de verborum obl. legendo hic Romæ tanquam surrogatus Dom. Nicolai de Castello eximij Doct. nunc Abbreuiatoris de Parco maiori & Aduocati consistorialis dignissimi, & illa dictio Ante ponitur inclusiuè, scilicet quia includit illam diem in quo ponitur, & illum ad quem refertur, ita vult glo. III. in d. l. cum bissextus de verb. sign. vnde in prima 3
die mensis Mart. vel alterius dicuntur simpliciter Calendæ, & secunda Martij dicitur sexto nonas, id est sexto die ante Nonas, tertia die dicimus quinto Nonas, quarta die dicimus quarto Nonas, quinta die dicimus tertio Nonas, sexta die dicimus pridie Nonas, septima die dicimus dicimus octauo Idus, id est octauo die ante Idus inclusiuè & sic de singulis, & decima quinta dicimus Idus simpliciter, & in omnibus alijs diebus computando per antiphrasim, scilicet decimo sexto die dicimus septimo Calendas Aprilis, id est die decimo septimo includendo aliam diem, & primam Aprilis vt dixi; & sic de singulis, vt patet in diuersis glos. & idem dicendum est de alijs mensibus quibus sunt Nonæ v. die. licet in hoc mirandum, quia de iure reperitur quod debemus dicere secundo Calendas & secundo Nonas, & secundo Idus vt patet in Calendario cui debemus dare fidem, vt vult glo. in data vi lib. & hoc apparet: quia si dictio ante includit vtramq; diem, vt dicit glo. prædicta l: sequitur quod possumus dicere secundo Calendas &c: tamen Cancellaria, nec Camera non ponit nisi pridie Calendas, pridie Idus, & pridie Nonas. iste stylus fundatur in l. 1. ff. de manumißionibus, & interrogaui aliquos Abbreuiatores, & scriptores quare non dicimus secundo Calendas. Dixerunt mihi, quia numerus secundus præsupponit primum. Sed non reperitur primo Calend. ergò &c. Sed certè ista ratio non satisfacit, quia idem esset dicendum de decimo calendario, maximè cum dictio ante subintellecta includit diem Calendarum, vt dicit illa glo. in dicta l. cum bissextus: ideò non placet mihi illa ratio. Sed hodie si diceretur secundo Calendas contra stylum cancellariæ & Cameræ præsumeretur de falso propter stylum arg. cap. quam graui & cap. licet de crim. fal. Nihilominus tamen crederem quod bullæ valerent, & hoc per supradicta & per hanc regulam quæ dicit de dictione ante calendas, Iudex verò cui præsentarentur tales bullæ, deberet consulere Papam antequam obediret eis arg. c. si quanto de rescript. & iurium allegatorum. Et sic vult dicere ista regula, quod si fortè est data supplicatio octauo Calēdas Martij, vel octauo Idus Martij, vel sexto Nonas Martij quod debet scribi ad longum, scilicet octauo Calendas Martij, vel octauo Idus Martij: vel 5
sexto Nonas Martij per litteras, & syllabas, & non per abbreuiaturas, videlicet VIII. calendas Martij, vel VIII. Idus Martij, vel VI. Nonas Martij &c: ad euitandum falsitatem: quia postea posset minui aliquid vel addi, quod non potest poni, vel addi sine suspicione, si per litteras, & syllabas poneretur. ad hoc venit ista regula. Et ratio dubitandi fortè fuit, quia non refert an aliquid fiat, vel eius simile, cap. fin. XXXVII. distin.

cum

cum glossa sua, & ibi sunt concordantiæ,& facit glossa singularis secundum Angel. ibi in l. 1. §. qui præsens ff. de verb. oblig. in verbo annuisset. *qui dicit quod humeris sit obligatio, & etiam capite, & Ioannes de Imol. dat sibi socium in leg. item quia ff. de pact. & ego do aliam sociam in c. penult. in prima gloss. in fin. de spons. ergò videbatur quod idem esset dicere* VIII. *Calendas, sicut dicere octauo Calendas per litteras, & syllabas. Sed ratio decidendi fuit: quia in litteris Apostolicis nulla suspicio debet esse, sed clara debent esse omnia*, faciunt dicta iura cap. quam graui, et c. licet
de crim. fals. & cap. inter dilectos de fid. instru. *& maximè quia propter dulcedi-* 6
nem beneficiorum studium est faciendi falsitatem, sicut in simili not. Bald. in cap. quia 7
verisimile de præsumpt. *qui dicit quod propter dulcedinem beneficiorum studium est corrumpendi testes, ergò &c.*

Ex prædictis tamen infero, & ex ista Regula à contrario sensu, quod instrumenta in quibus non sit extensio per litteras, nec per syllabas etiam si ponerentur dies ante Calendas & Idus, & Nonas quod valerent, & non essent suspecta.

D *Item ponderandum est hic verbum* ad bullarium non mittantur: *quia iste plumbarius, vt arbitror, est plumbator, vel melius fortè Vicecancellarius qui debet bullas expedire, sed primum magis placet. Nam bulla dicitur plumbum pendens siuè*
E *sigillum sit de auro, siue de plumbo.* hoc dicit, glo. iuncto text. in cle. 1. de iureiur. 8
in verbo aurea bulla; hoc etiam probat textus apertus in cap. licet §. 1. de crimine. fals. ibi, vt falsa bulla falsis litteris apponatur &c. & in duobus paragraphis seqq. *Et sic sequitur quod plumbator dicitur Bullarius, licet textus in eo c. §. nos,*
velit etiam quod Vicecancellarius dicatur plumbator, sed ibi etiam potest capi pro Plum- 9
F *batore: tamen si mitterentur fortè valerent bullæ: quia hic non annullantur, ergò &c. & nunquam debemus inducere annullationem, nisi in casibus expressis in iure: quia annul-*
latio est pœna glo. in c. decet de immunit Eccles. lib. VI. *hoc dicit Abb.* in cap. 1. 10
vt Ecclesiastica beneficia. *quæ pœna non debet imponi, nisi in casibus iure expressis nisi per sententiam*, faciunt notata in cap. si deligenti de for. comp. & in l. in criminali C. de iur. omni iud. *Et prædicta volui dixisse ad declarationem huius regulæ, & si venisset ad propositum hic inseruissem de litteris, & de cifris, & de contrasignis: & an statutum loquens de portante litteras bannitorum ad ciuitatem, habeat locum in por-*
tante cifras, vel contrasigna, & alias dixi quod non, per multa iura, tam ciuilia 11
quam canonica. Nec curo allegare hic aliam glo. de Nonis, & Idibus & Calendis in c. propter Ecclesiasticas 1. XVIII. dist. *Nec hic dicere est meum quare Ecclesia approbet istum numerum Calendarum, Nonarum & Iduum, cum obseruatio Calendarum*
G *sit reprobata iure,* vt in c. non licet, & si quis calen. & c. non obseruetis 26. q. VII. *quia non facit ad propositum. Rationale tamen diuinorum assignat rationem, si rectè memini, quod alibi dico. Sed non omittam vnum verbum quod dicit Bald.* in c. 1. §. die lunæ de pac. const. *quod in litteris Apostolicis ponuntur Idus, Calendæ, & Nonæ &c.*

 ad soluen

ad soluendum dubium antiquum: quia si diceretur x. die Ianuarij, dubium erat an intelligeretur existente Ianuario, vel incipiente, & allegat §. si eo d. cap.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A Poni debet extensiuè.) Non tamen in parua data: quia illa nullam fidem facit in iudicio, vt rectè notat Mandos. *hic quæst. 2.* sed tantum apud Datarium, qui si sic ipsi videtur, illam extendit. In supplicatione autem de stylo Curiæ obseruatur vt extensiuè ponatur data hoc modo: *Dat. Romæ apud sanctum Petrum octauo Kal. Martij anno &c.* Sed quid in alijs dictionibus numeralibus quæ in alijs litteris Apostolicis cadunt, videlicet super licentia quatuor ordinum minorum suscipiendorum pro cõstituto in quinto vel sexto anno? vel in dispensatione in Curato seu dignitate pro cõstituto in XVIII. anno? vel super expresione valoris fructuũ in impetratione per obitum vel alias, veluti cuius fructus &c. V. vel VIII. XXIIII. Duc. de Cam. non excedunt: an inquam extensiuè numerales istæ dictiones poni debeant? Mandos. resoluit affirmatiuè, hac potisimum ratione, quod debeat fieri interpretatio vel extensio Regulæ de omnibus dictionibus per quas posset committi falsitas in litteris, arguendo à ratione legis quæ generalis est. Nec obstat quod Reg. loquatur de dictionibus numeralibus quę ante Calendas, Nonas & Idus ponuntur: quia quando lex est specialis, ratio verò generalis, tunc generaliter lex est intelligenda *l. Regula § & licet ibi bart. in fi. ff. Iuris & facti igno.* Hic autem ratio generalis est: ne nimirum falsitas in litteris Apostolicis committatur: ideò ad alios omnes casus in quibus patrari posset falsitas extendi debet. & quamuis hęc Regula loquatur de litteris Apostolicis, & sic non habeat locum in collationibus beneficiorum ab Ordinarijs, tamen opere pretium esset, vt falsitas in litteris vitetur, quod idem etiam seruaretur in litteris ordinariorum, vt rectè notauit Rebuff. hic. 12 13 14 15

B *Dicuntur in quolibet mense de primo*) Imò non solum primus dies Calendarum, vt auctor est Alciat. *in l. 99 ff. de Verb. signif.* simpliciter Calendæ appellantur, sed omnes dies qui postridie Idus incipiunt vsque ad sequẽtem mensem. idq; fortè exemplo Græcorum qui primam cuiusque mensis partem ἱστάμενον teste Macrobio *lib. 1.* vocant: secundam ἐπὶ δέκα: tertia quæ post vigesimum diem est φθίνοντα. Etimon autem nominis Calendæ sic deducit Varro *lib. 5. de l. l.* Primi dies mensium nominati Calendæ: ab eo quod ijs diebus Calentur eius mensis Nonæ à Pontificibus, quintanæ, an septimanæ sint futuræ in Capitolio in Curia Calabra: sic; Dies te quinque Calo Iuno Nouella. Ita Varronem 16 17

tionem deprauatum reſtituit Auctor Coniectaneorum: cuius verbis lucẽ dant quæ Macrob. ſcribit *lib. 1. Saturna. cap. 15.* vbi ſcribit omnes Calendas Iunoni tributas ſeu dedicatas, vt Idus Ioui. vnde factum vt minor Pontifex cui Prouincia commiſſa erat, nouæ lunæ primum obſeruaret aſpectum, peracto è Sacrificulo Rege ſacrificio, kalata id eſt vocata in Capitolium plebe iuxta Curiam Kalabram, quot numero dies à Kalendis ad Nonas ſupereſſent pronunciabat: & quintanas quidem dicto quinquies καλῶ; ſeptimanas verò ſepties repetito prædicabat. Verum, miſſos faciamus iſtos gentilium ritus; tantum dicamus, qua ratione omnes retro dies vſque ad Idus Kalendæ dicebantur, eadem Idus dicuntur omnes octo Iduum dies. vnde Horatius: *Ibant octonis referentes Idibus æra.*

C *Illa dictio ante*) Interdum apud Cic. exprimitur: Ante diem quartum Kal. Decemb. diſtulit, id eſt ad diem vel ipſo die Kal. Idem: Periucundus mihi fuit Lucius ante diem tertium Kal. Feb. id eſt ipſo die. & alias ſæpè. Porrò 18 Kalendis, intra Kalendas, ante Kal. in ante Kalendas eadem ſunt, vt Cuiacius 19 Auctor eſt *in c. in l. 8. ff. de Verb. ſig. & in l. 13. d. tit. & ex multis Ciceronis locis clarum eſt.*

D *Ad Bullarium*) Alij Bullariam legunt, re eadem ſunt. Nam Bullaria locus eſt in quo bullæ expediuntur: Bullarium, vel qui bullis præpoſitus eſt, ſeu 20 qui officio plumbi præſidet, qui Plumbator dicitur, vel ipſum Bullarum regeſtum. De officio Plumbatoris & ritu bullas expediendi, vide Veſtrium *in praxi lib. 1. cap. 4.*

E *Nam Bulla*) Cur Bulla plumbum pendens dicatur, id cauſſæ eſt, quod 21 imagines in eo inſculptæ SS. Petri & Pauli. Nam minuta diplomata alicuius Principis, vel Imper. imagine notata, non inconcinnè bullæ dicuntur: idque à ſimilitudine eius bullæ, quæ ſpiritu in aqua excitatur, præcipuè dum bullit formæ rotundæ; eratq; olim inſigne puerorum, & triumphantium teſte Plinio *lib. 33. cap. 14.* ſcribente Tarquinium Priſcum primum omnium filium, quod annus prætextæ, ſiuè pueritiæ hoſtem occidiſſet, bulla aurea donari iuſſiſſe. Vnde deinceps factum, vt adoleſcentibus bulla aurea in collo ſuſpendi ſolita ſit, vt refert Aſconius. Verum hæc obiter dicta ſint. Bullæ autem de qua hic eſt ſermo requiſita, quoque illam vitient, habes latè apud Rebuff. *in praxi in 3. p. ſig. tit. Bullæ nouæ ac ſimpl. prouiſ. &c. declaratio.* & mox compendio dicemus. 22

F *Fortè valerent*) Imò non valerent: cum bullę imperfectæ non credatur magis, quam creditur teſtamento imperfecto. Sunt autem imperfectæ, quæ 23 circa formam vitiatæ ſunt, vt in caſu diſpoſitionis huius Regulæ: quæ licet annullationis pœnam non contineat, nec pœna incurratur, niſi expreſsè caueatur, *vt not. hic Gloſſographus,* tamen quia non ſolum diſponit, ſed etiam vlterius procedit, vt ne aliter ſcriptæ ad Bullarium mittantur, dicendum eſt per illa indu-

cere formam, quia omissa actus ipso iure non subsistit, *text. in Anth. Hoc ius porrectum C. de Sacros. Eccles. & in l. Cum hi §. si prator ff. de Transact. Lap. alleg. 86. nu. 2. vers. sufficit enim Felij in cap. Cum caussa de Re iud. &c. 2. nu. 1. de testib.* Facit quod stylus Cancellarię non seruatus reddit litteras suspectas de falsitate *cap. quam graui, de Crim. falsi. cap. ex litteris de Constit. Roma. consil. 326.* 24 25

G *Sit reprobata iure*) Errat hic toto cœlo Alphonsus. Non enim Kalendarum ratio, sed Paganorum ritus,& festa dãnantur : Nam tempore publicæ lætitiæ, vt Saturnalium, qui incidebant in XIV. Ianuarij, lauro, & lucernis Romani ædes suas ornabant. Vnde cap. si quis 26. q. 7. per Glossographum citatum, egregiè describit ritum paganorum, dum inquit : *Si quis Kal. Ian. ritu paganorum colere &c: aut mensas cum lampadibus, vel epulu in domibus praparare &c:* & in c. præced. scribitur, *non licere domos neq; lauro, neq; viriditate arborum cingere.* Ex quibus patet ritum, non rationem Kalendarum ab Ecclesia damnari. hunc ritum eleg. describit Iuuenalis *Satyra 12.* 26

Hic nostrum placabo Iouem, laribusq; paternis
Thura dabo, atq; omnes viola iactabo colores:
Cuncta nitent, longos erexit ianua ramos,
Et matutinis operitur festa lucernis.
Et Apuleius lib. 4. *Domus tota lauris obsita,*
Tadis lucida, strepebat hymeneum.

Nec tamen penitus exoleuit illius similitudo, hodieque viget in Vrbe: quod ipsi vidimus diebus publicæ lætitiæ, lucernas nimirum fenestris ædium apponi, ceù Indices publicæ gratulationis. Sed hæc dicis, & animi caussa.

Argumenta in Reg. XIV.
INNOCENTII. *VIII.*

1. Motus proprius Papæ quid operetur in gratia Apostolica.
2. Motus proprius non tollit ius tertij, etiam ad rem.
3. Motus proprius tollit subreptionem.
4. Ista Reg. venit ad declarationem cap. si a sede, de Prbænd. in 6.
5. Motus proprius Legati, vel Ordinarij, idem operatur vt motus proprius Papæ, quoad effectum istius Regulæ, & nu. 29.
6. Iura loquentia de personis loquuntur de idoneis.
7. Baccalaureus an dicatur graduatus & vnde dicatur Baccalaureus.
8. Appellatione doctoris venit licentiatus in fauorabilibus, secus in odiosis.

9. Licentiatus

9. Licentiatus impetrans beneficium tanquam doctor eius impetratio dicitur subreptitia.
10. Regula hæc intelligenda de collatione facta diuersis.
11. Vbi non apparet de prioritate gratiæ, gratia est nulla.
12. In casu huius Reg. possessio dat titulum.
13. Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.
14. In casu istius Regulæ possessio dat titulum etiamsi sit colorata tantum.
15. Possessor cadens a possessione in casu istius Regulæ, potest petere beneficium a quocũque possessore etiam habente titulum, quod secus in casu Reg. de Triennali.
16. Præsentes in curia graues iniurias sustinent etiam à vilissimis.
17. Præsens in Curia si sit beneficiatus & absens non sit beneficiatus, nihilomagis præsens præferetur.
18. Oriundus non oriundo præfertur, si tamen sit idoneus.
19. Qui prius præsentauit litteras Apostolicas Executori, præfertur ei qui non præsentauit; quod intellige cæteris paribus.
20. Præsentatio litterarũ cedit alijs prærogatiuis de quibus in hac Regula.
21. Prærogatiuæ in hac Regula attenduntur ab ordine litteræ.
22. Quicumque prærogatiuatus per hanc Reg. præfertur nobili non prærogatiuato.
23. Vacatio de qua in Reg. omnem vacationis modum comprehendit.
24. Effectus motus proprij remissiuè.
25. Si ad alterius preces gratia sit concessa, an cesset effectus motus proprij.
26. Differentia inter clausulam Motus proprij, & ex certa scientia.
27. Inter prouisos eodem die, prouisus à Papa, cęteris paribus pręfertur à Legato, vel Ordinario. & prouisus à Legato pręfertur prouiso ab Ordinario. & hic prouisus, alijs ab Inferiori prouisis.
28. Limita, nisi prouisus esset in possessione, vel nisi collatio eius qui prærogatiuam habet nulla esset, vel propter subreptionem vel aliam caussam.
29. Motus proprius Legati vel Ordinarij idem operatur quod Motus proprius Papæ, quod ad huius Reg. effectum.
30. Doctor ignarus an gaudeat prærogatiua huius Regulæ.
31. Graduatorum prærogatiua qualis.
32. Baccalaurei etymologia.
33. Coloratus titulus ad effectum huius Regulæ quis.
34. Titulus Coloratus & possessio colorata quæ.
35. Potior tempore, potior iure.
36. An possessio instrumentalis sufficiat ad effectum huius Regulæ.
37. Hæc Regula loquitur de possessore beneficij qui actu illud detinet.
38. Beneficium non censetur possidere qui non percipit fructus.
39. Præsentes in Curia qui dicantur ad effectum huius Regulę.
40. Non sufficienter beneficiati an gaudeant prærogatiua huius Regulæ?
41. Beneficiati appellatione an veniat pensionarius ad effectũ huius Regulæ?
42. Regulæ Cancellariæ strictam recipiunt interpretationem.
43. Beneficij appellatione venit pensio, vbi versamur in materia fauorabili.

Regula XV. INNOCENTII *VIII. quæ est* XVI. PAVLI V.

DE CONCVRRENTIBVS IN DATA SVPER BENEFICIO IVXTA QVALITATEM.

ITem voluit quod de Concurrentibus super vacantibus, seu certo modo vacaturis beneficijs, illi quibus gratiæ Motu proprio conceduntur, cæteris simili modo gratias nón habentibus, alias graduati non graduatis, & inter graduatos magis graduati, ac inter æqualiter graduatos prius graduati; nec non colorato titulo possessores nõ possessoribus, & inter personas alias in Curia præsentes non beneficiati beneficiatis, & similiter inter absentes & cæteris paribus oriundus non oriundo, & diœcesanus non diœcesano; in reliquis verò singuli qui prius Apostolicas desuper litteras earum Executoribus præsentauerint, alijs in ipsorum de quibus agi contigerit beneficiorum assecutione præferatur.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *IN ista Regula dicitur quod quando aliqui concurrunt super aliquo beneficio vacante, vel certo modo vacaturo, puta per contractum matrimonij Titij, vel per ingressum religionis, vel per promotionem &c: tunc si sunt sub eadem data, ille qui habet motum proprium, præfertur non habenti, & graduatus non graduato; & possessor non possessori, & præsens*

præsens in curia absenti; & non beneficiatus beneficiato, & oriundus non oriundo; & diœcesanus non diœcesano: in alijs præfertur ille qui primo præsentauit suas litteras Executoribus. hoc dicit. & certè ad tollendum dubia huius regulæ, vel saltem ad declarandum ea quæ practicantur in Curia, oporteret hic scribere vnum quinternionem: sed si sic facerem, non finirem has Regulas isto anno: & satis est mihi quod dem sapienti caussam & sapientior erit. iuxta c. vides §. fi. XXXIII. q. VI. *& succinctè dicam de qualibet istarum prærogatiuarum, aliquid: & primo dico de Motu proprio.*

Et in hac prærogatiua valdè erat dubitandum, quia Motus proprius non operatur de iure scripto, nisi id quod reperitur expressum hoc dicit glos. mihi singula bene intellecta in cle. si Romanus de præbend. & eam alleg. ad hoc Sicul. notanter in c. si motu proprio de præbend. lib. VI. *ergò &c: maximè quia nec tollit ius tertij, etiam ad rem, dicunt Doct. & sequitur* Dominicus in c. si tibi absenti. eod. tit. & lib. *sed hic nihilominus statuitur contrarium, scilicet quod cæteris paribus præferatur habens* 1 2
B *motum proprium alteri non habenti: & potest esse ratio, quia impingnat gratiam quoad idem comprehensa vt fiat interpretatio latißima* vt in cap. si pluribus eod. tit. & lib. *ergò &c. Et si dicatur quod non extendit gratiam, fateor, vt dicit Dominicus ibi & glo.* in cle. per litteras eod. tit. in verbo directas. *Et respondeo quod hic non ampliat, sed extendit quoad contenta in gratia, ergò &c: & cum textus loquatur hic indistinctè, dico quod etiamsi habens motum proprium haberet alia beneficia, satis esset quod illa clausula tolleret sibi subreptionem, & non daret sibi prærogatiuam huius regulæ:*
C *nihilominus dico, quia etiam habet prærogatiuam, ex quo indistinctè loquitur ista regula, ergò &c: licet in casu quo tolleret diligentiam processus* secundum Doct. cap. duobus. de rescript. lib. VI. *dixeram hoc legendo illud c. & dedi in scriptis quod quando tollebat subreptionem, non tollit diligentiam processus: tamen in casu nostro huius regulæ contrarium dico.* 3

Et antequam veniam ad alias prærogatiuas, dico quod ista regula venit ad declarationem c. si à sede de præbend. lib. VI. *Ex quo sequitur quod si vnus haberet prouisionem*
D *Legati motu proprio, & alius eodem die à Papa, quod præfertur habens motu proprio à Legato per hanc regulam. Nam motus proprius legati idem operatur sicut motus proprius Papæ vt not. Ioan. de Imol.* in d. cle. si Romanus. *& idem crederem de motu proprio* 4 5
E *Ordinarij in casu huius regulæ quãdo exprimitur: quia non reperio iure prohibitũ, quod nõ poßit cõferre Ordinarius motu proprio, nec quod nõ poßit se vocare seruũ seruorũ Dei.*

Sequitur alia prærogatiua, ibi graduati non graduatis *&c:* & inter graduatos *&c: hoc concordat cum iure communi* arg. d. de multa de præbend. *& dicerem salua correctione, quod ista regula intelligatur secundum ius commune, scilicet si*
F *graduati sint idonei. Nam iura loquentia de personis, loquuntur de idoneis*: sufficiat l. vt gradatim in princ. ff. de munerib. & honorib. & gloss. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. & in cap. Eunuchus. l. v. distinct. 6

Ideò si vnus auctor est factus à Comite Palatino sine scientia, qui dicendus est potius

dolor quam doctor, tunc non deberet praeferri doctor vero scholari & ad hoc faciat gloss.
l. 1. C. de an. ciuil. lib. xi. *quae dicit quod scholaris doctus praefertur doctori idiotae, &*
licet Abb. in c. clerici de iudicijs, *intelligat illam glossam in disputationibus & in ho-*
noribus, tamen quoad regimen Ecclesiae arbitror non peccare iudicem, qui iudicaret se-
cundum hanc regulam pro scholari docto contra aslrum doctorem. faciant quae not. Do-
ctores maximè Domin. in cap. cum ex eo. de elect. lib. VI. *fateor tamen quod si con-*
currens secum etiam esset eiusdem doctrinae, vel aequaliter plus, quod deberet seruari ista
Regula.

Item dico quod licet de iure non reperiatur gradus in scientia, nisi doctoratus, vel ma-
gisterium, vt fundatur in clemen. II. de magistris, & facit quod dicunt Doctor.
in proemio VI. vbi etiam dicunt de Licentiato quod potius dicitur scholaris 7
quam doctor: *tamen quoad istam regulam crederem quod etiam Baccalaureus maximè*
G *factus in Hispania dicatur graduatus, cum ter examinetur antequam fiat Baccalaureus,*
ergò &c: facit l. 1. C. de elect. lib. x. *& idem dico de Licentiato vbiq;, quia in fauo-*
rabilibus appellatione doctoris venit Licentiatus: sed non in odiosis, vt dicit Dominicus 8
in proemio SEXTI, *& Bald.* in l. 1. ff. sol. matr. *tamen si dispositio loquatur de hoc,*
non sufficit esse Licentiatum vt dicit Bald. in l. pen. ff. de milit. testam. *Dico tamen*
ad hanc regulam, quod si Licentiatus in iure impetraret beneficia tanquam doctor, quod
eius impetratio est subreptitia: quia biretum & insignia ponuntur sibi, tanquam doctori 9
& non tanquam licentiato, hoc dicit Iacob. Reb. in l. stigmata C. de Fabri. lib. XI.
Ideò dico quod in hoc casu etiam si concurrens secum non sit graduatus, praeferretur sibi,
licet vellet vti licentiatura tantum contra eum, per praedicta.

Venio nunc ad tertiam praerogatiuam, ibi, colorato titulo possessores non
H possessoribus *&c: hoc etiam concordat cum iure communi, videlicet cum c. à sede 1.*
I *respon. de praebend. lib. VI. & debet intelligi ista regula de collatione facta diuersis: quia* 10
si à Papa tantum esset facta duplex prouisio beneficij, vel à Legato, vel ab Ordinario:
tunc si non apparet quae esset prima, non valeret aliqua ipsarum arg. l. duo sunt Titij ff. 11
de test. tutel. & hoc dicunt Doctores in terminis illius c. si à sede. *tamen Io. de*
Imol. dicit hoc verum ibi, si nullus possideret; sed si aliquis possideret dicit contrarium,
per illum textum: sed Dominicus intelligit hoc verum, quo ad hoc vt possessor absoluatur
ab impetitione alterius: alias dicit secus quoad titulum, argum. cap. 1. de regul. iur.
libro VI. *& sic videretur in hoc casu. sed certè ego dicerem quod in casu huius regu-* 12
lae possessio det titulum, sicut in casu dicti cap. si à sede. quia est declaratio Principis qui
potest ius dare, ergò &c. sufficiat si benè recordor vnum dictum Ioan. And. in cap. si ti-
K bi concesso. de praebend. lib. VI. *aliud tamen dicendum putarem in casu regulae infra*
de triennali possessore, & hoc per eius verba, amplius non posset molestari *&c:*
& ibi dicam fortè: & sic sententiat Rota in casu illius regulae. Sed in casu illius regu-
lae etiam in collatione duplici facta duobus ab vno, crederem quod ex quo indistinctè de-
bet intelligi: quia vbi lex non distinguit, neq; nos distinguere debemus. l. III. in fin. cum 13
gloss.

glos. ff. de offic. præsid. argumen. cap. si Romanorum xix. distinct. Et sic dico 14
quod in casu huius regulæ possessio det titulum, etiamsi colorata sit tantum, alias quod
confirmet titulum inualidum vt hic & in d. c. si à sede. Nam ex quo titulus erat inualidus
vtriusq; ratione dubij vt in d. l. duo sunt Titij. & in cap. si fuerint ff. de reb.
dub. sequitur quod ex quo confirmatur ratione possessionis, quod det possessio in hoc casu
L titulum, vel confirmet, & sic beati qui tenebunt vt dicit glos. quam not ibi Bald. in
extractis feudorum in c. 1. de pace tenenda §. si tres. coll. x. Ex quibus infero, quod
possessor cadens à possessione in casu istius regulæ potest petere beneficiũ à quocũq; possessore 15
etiam habente titulũ; quod non posset facere in casu regulæ de triẽnali, vt practicat Rota.

M Venio nunc ad quartam prærogatiuam, in qua dicitur quod præsentes in curia
præferuntur absentibus, &c. Ista prærogatiua est præter ius, sed tamen toleratur
iure, facit l. 1. C. de castren. omnium Palatino. pecul lib. xii. ibi, quid
enim tam ex castris est, & ibi, nec alieni enim sunt à puluere & labore castrorum
&c: & facit illud vulgatum: Is gradus cæteros antecellit &c: præmaximè quia
præsentes in curia graues iniurias patiuntur à vilissimis hominibus: quod grauiter ferendum 16
est. arg. auth. habita. C. ne filius pro patre & ideò quia ista regula loquitur
N indistincte, crederem quod si Ordinarius in partibus contulit beneficia existenti in curia,
& Papa alteri absenti in partibus, concurrunt eodem die, ne obstet c. si tibi absenti. de
præben. lib. vi. vel Ordinarius existens in curia contulit existenti in curia, quod potest
facere secundum Innocen. in cap. quia diuersitatem de concessione præbendæ. in
fin. quod tunc si eadem die fuit facta collatio Ordinarij & Papæ, præfertur ille qui est
præsens, alteri absenti, etiam si habuit beneficium à Papa, per hanc regulam.

Venio ad quintam, vbi dicitur quod non beneficiati beneficiatis & inter
præsentes & absentes &c: ista particula debet intelligi referendo singula
singulis, facit glos. in c. siquis pecunia iuncto text: lxxxix. dist. ita quod sit
sensus, quod inter præsentes tantum præferatur non beneficiatus beneficiato; & inter
O absentes tantum præferatur non beneficiatus beneficiato: & non debet intelligi quod etiam
P si vnus sit præsens, & alter absens, quod non præferatur non beneficiatus &c: ideò infero 17
quod si præsens in Curia sit beneficiatus, tamen absens non est beneficiatus, quod etiam
præsens debet sibi præferri, per hanc regulam.

Q Venio ad sextam prærogatiuam ibi, & cæteris paribus oriundus non
R oriundo & Diœcesanus non Diœcesano &c: & quo ad ista duo reperiuntur
iura varia. Nam in c. si. de cle. peregri. cum gl. idem quasi diceret & in c. hortamur.
lxxi. dist. cum glo. sed gl. in cap. ad decorem. de instit. vult, contrarium. &
& Abb. tenet pro sua parte & gl. in c. si proponente. de rescrip. quam not. Abb. ibi, & intricatè
loquitur. & Anto. mordet eam. quicquid tamen sit, satis est, quod oriundus non
oriundo præfertur, vt hic, quod intelligo verum, si sit idoneus vt supra dixi, alias secus, vt
vult Abb. in 1. c. ad decorem & idem est Diœcesano, per iura allegata superius. 18

Venio ad septimam prærogatiuam ibi: in reliquis verò. Vbi dicitur quod in

S *omnibus aliis quam supradictis debet attendi præsentatio litterarum : nam qui prior est tempore, potior sit iure* c. qui prior de reg. iur. lib. VI. *& in hoc est aduertendum: quia iste* §. *vult hoc esse verum ceteris paribus vt ibi* reliquis vero &c: *Ex quo* 19
sequitur quod omnes superiores prærogatiui tollunt diligentiam processus, id est præsenta- 20
T *tionem litterarum per locum à speciali* arg. c. præsenti §. loca cum glos. sua de
V præb. lib vj. *Ex quo infero quod habens motu proprio collationem sibi factam, præfertur non habenti etiam diligentiori in processu.*

Item ab ordine litteræ dico idem fore de omnibus prærogatiuis superius nominatis; ex 21
quo etiam infero, quod etiam graduatus non oriundus, & etiam absens, præfertur in va-
X *cantibus, vel certo modo vacaturis, præsenti in curia oriundo, & etiam diligentiori in processu. per hanc regulam, licet tria vincula vincant vnum* arg. c. 1. de treu. & pace. & Authen. sic itaq; . C. communia de succ. *tamen ista regula tollit omnes alias prærogatiuas; & sic dico de omnibus prærogatiuis ab ordine litteræ superius nominatis. & aduertendum quod omnis nominatiuus hic positus regitur ab isto verbo* præferatur *posito in fine ergo, ex quo componuntur sub vno constructo, pariformiter debent omnia intelligi iuxta doctrinam Bart.* in l. talis scriptura ff. de leg. 1. & in l. prætor ait. §. eritque differentia ff. vi bono rapto. *ex quo infero, quod quicumq; hic prærogatiuatus præfertur nobili non prærogatiuato. Nam si Papa voluisset facere mentionem de nobili, ex* 22
pressisset arg. c. ad audientiam de deci. *nec video quod in istis censeatur prærogatiua nobilitas de iure. Nam c. de multa, tantum loquitur de dispensatione facienda. ergo &c:*

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

REgulam hanc amplam & vtilem continere materiam & multiplicis esse vsus scribit Quintil. Mandos. *in Proem. huius Regulæ*, quicum ego sentirem, nisi illius effectus fauoribus quandoq; concideret. Vt enim venti naues, sic fauores plerumque mentes hominum mouent. Vnde apud Nepotianum querebatur Hierony. *Multi ædificant parietes, & columnas Ecclesiæ substruunt; marmora nitent; auro splendent laquearia; gemmis altare distinguitur; & ministrorum Christi nulla electio est.*

A *Certo beneficio vacante*) His verbis omnes species vacationum comprehenduntur. Vacatio. n. simpliciter prolata, omnem vacationis modũ comprehendit *cap. ex parte 1. de off. de. leg.* vbi gratia ad vacatura venit etiam vacatio 23
per resignationem postea factam *glo. in c. cupientes in pr. de electio. in 6. & in cap. si propter de Rescript. d. lib. Gem. & Philip. Francus in cap. susceptum de Rescript. in 6.*

B *Alteri non habenti*) Ita etiam sentit. Io. And. *in cap. duobus col. 3. nu. 6.* Alios effectus Motus proprij vide apud Rebuff. *in Concord. in form. Mand. Apost. in verbo Motu proprio* & Gabrielium *lib. 6. com. conclus. titul. de Clausulis conclus. 3.* 24
DD. in cap. si Motu proprio de Præben. in 6. & in clem. si Rom. Pontifex eod. tit. Rom. cons.

conſ. 327. col. fi. nu. 9. & ſeq. & conſ. 376. nu. 5. An autem ad excludendum Motus proprij effectus opponi poſsit quod ad alterius preces gratia ſit conceſſa, vide Bald. *in cap. niſi ſpecialis col. pen. de off. deleg.* vbi reſoluit pro negatiua, quam 25
probat & ſequitur Rebuffus *in praxi tit. de clauſulis mandatorum nu. 21. & ſeqq.* quid autem interſit inter clauſulam Motus proprij & ex certa ſcientia quo-ad effectum huius regulæ, videlicet, an is qui hanc habet, præferatur habenti mo- 26
tum proprium, aut hunc habenti præferatur is qui habet clauſulam de plenitudine poteſtatis vide Mandoſium *ad reg.* XVI. *quæſt. 5. 6. & 7.*

C *Tolleret ſibi ſubreptionem)* *Text. in c. ſi motu proprio de præb. in 6. Rota deciſ. 6. & 7. de præben: in no. Mohedan. deciſ. 4. nu. 2. & deciſ. 9. nu. 4. de priuileg. Puteus deciſ. 386. nu. 3. lib. 1. Staphileus de litter. grat. tit. de Vi, & effectu clauſularum. §. ſubſequenter.*

D *Eodem die à Papa)* Niſi ille prouiſus à Papa habeat etiam clauſulam motus proprij, vel illam neuter habeat. Nam inter prouiſos eodem die, proui- 27
ſus à Papa cæteris paribus præfertur Legato *cap. ſi à ſede ibi gloſſ. 1. ibi quid dicet & ibi Gemina col. fi. nu. 9. de præben: in 6.* multo magis præferetur ordinario *d. c. ſi à ſede §. ſi verò neuter Mohedan. deciſ. 122. Incip. duo erunt Put. deciſ. 4.* Ita prouiſus à legato præfertur prouiſo ab Ordinario qualiſcumq; ſit is Legatus. *Mandoſ. ad Reg. 16. nu. 6.* & prouiſus ab Epiſcopo, prouiſo ab inferiori, qui habet collationem ex præſcriptione ſeu priuilegio non priuatiuè ad Epiſcopum, ſed ita vt ſit locus præuentioni, *Geminia. in d. c. ſi à ſede nu. 5. Mandoſ. d. loco nu. 8.* Limita tamen
prærogatiuā ceſſare, quando prouiſus à quocumq; eſt in poſſeſsione, quia primo 28
attenditur poſſeſsio, deinde prærogatiua, *d. cap. ſi à ſede. vt poſtea dicemus.* Limita ſecundò, niſi collatio eius qui prærogatiuam habet, nulla eſſet, vel propter ſubreptionem, vel obreptionem, vel quia obſtaret Reg. de Veriſimili, vel ex alia cauſſa: quia tum alterius præferenda eſſet collatio *Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. §. 3. proemij nu. 144.*

E *Iure prohibitum)* Idem notat glo. *in cap. fin. de off. leg. lib. 6. in verbo Mentio.* Philip. Francus *in cap. ſi poſtquam in 1. not. de prebend. in 6.* ait, quod vbi
idem operatur dicta clauſula appoſita ab Inferioribus, ac ſi eſſet appoſita à Papa: 29
quod & probat Rebuffus *ad Concord. in for. Mand. Apoſt. 29. effectu*, vbi dicit eſſe communem.

F 1. *Sint idonei)* Imò Doctorem & graduatum vix primoribus labris imbutum Iuriſprudentia, Doctorum priuilegijs gaudere, & ſub hac Regula compre-
hendi multis auctoritatibus probare conatur. Mandoſ. *ad Reg. XVI. quæſt. 13 nu. 4.* 30
motus ratione & auctoritate Fran. de Aret. & felini *in cap. Clerici de iudic.* ne nimirum (quoad effectum huius Regulæ) etiam doctiſsimi cuiuſque ſcientia in dubium reuocetur. poſſet. n. concurrens in beneficio alteri vel eruditiſsimo obijcere, Tu es indoctus, neque iſto gradu dignus. atque ita vt videtur inconueniens, ſatis eſt vt ſit idoneus.

 Cæte-

Cæterùm, quod hic in Reg. dicitur, inter graduatos præferri magis graduatos, diuersum habet intellectum: videlicet primò, vt existens in gradu superiori præferatur in gradu inferiori, veluti Doctor Licentiato, Licentiatus Baccalaureo. 31 secundò, vt in eodem gradu existens præferatur graduatus in maiori, digniori, vel potiori professione, seu scientia, vt Doctor in Theologia præferatur Canonistæ, & legistæ, & legista Doctori artium, vel medicinæ, tametsi sit qui præferat, & meritò, Canonistam Theologo, nisi tamen in loco esset hæreticis infecto in *d. c. clerici nu. 5.* Tertio, vt is præferatur, qui in pluribus scientijs versatus est: puta in vtroq; iure graduatus, ei qui in altero tantum gradu promotus est. Quarto, vt is præferatur, qui fuit graduatus à maiorem potestatem habente, veluti à Papa graduatus, vel Imperatore, graduato à Rege vel inferiori. Quæ singula latè prosequitur Mandos. *quæst. 15.* quem quoque si vsus postulat vide *quæst. 17. 18. & 19.* quibus in locis eam quoque huius Regulæ partem examinat, qua statuitur inter inæquales graduatos præferri prius graduatos.

G *Baccalaureus)* Etymon huius nominis rectè Alciatus *in l. Cui præcipua 57* 32 *ff. de Verb. signif.* à Bacca lauri, vtpote qui mereatur lauri baccas, non autem ipsam laurum, seu lauream coronam, quæ doctoribus tantum reseruatur.

H *Colorato titulo)* Coloratus titulus dicitur ad effectum huius Regulæ, vbicumque non inducitur priuatio ipso iure, etiam quod sit defectus in conferente, 33 per ea quæ tradit Mandos. *ad Reg. 16. quæst. 27.* Alias, titulus coloratus, vel possessio colorata dicitur, quæ habetur ex titulo concesso ab illo, qui poterat 34 conferre, licet propter defectum recipientis, vel aliam similem caussam titulus fuerit minus iustus *per text. in c. cum nostris de Concess. præbend. vbi Ioan. ab Imola nu. 23. de Renunciat. & ibi Abb. nu. 23.* vbi constituit hanc Regulam quod vbicumque defectus non est in conferente, nec inducitur priuatio à iure, vel ab homine, talis possessio sit colorata; aut si defectus fuit in conferente, saltem superuenit confirmatio superioris *ex cap. quia diuersitatem de Concess. præbend.* Quam regulam late declaratam, & limitatam habes apud Mascardum *tract. de Probat. conclus. 1384. per tot.*

I *Cum iure communi)* etiam ciuili: quo iure possessor præfertur non possidenti, iuxta Reg. iuris, In pari caussa. quo in loco infinita esse commoda pos- 35 sessionis, infinitis prope auctoritatibus notat Cagnolus *ad d. Reg. In pari.* quibus adde Cottam *in Memor. in verbo Possessionis commoda.*

K *De Triennali)* vide Mascard. *de Probat. d. conclus. 1384. incip. quomodo tituli color. nu. 15. & seqq.* & dicam infra *ad Reg. de Triennali.*

L *Det possessio)* Quid in possessione instrumentali? num illa sufficiat ad effectum huius Regulæ? Possessio instrumentalis est illa, quæ reali, & corporali 36 contraria est, quæ nimirum per executorem gratiæ Apost. datur Notario, parte absente, absentis nomine: vel illa instrumētalis dicitur possessio, quæ resultat

expro-

ex probatione facta, seu facienda per instrumentum. Modo ad propositam quæstionem, quid iuris? Mandosius *quæst. 22.* vna distinctione illam soluit: quod aut concurrunt possessor realis, seu corporalis, aut possessor instrumentalis: & tunc ille hunc vincet; si instrumentalis possessio fuit facta illo existente in possessione, *Castren. in l. si patet, ante nu. 3.* vbi; quod possessio non probatur per æstimum quando apparet alium fuisse in possessione *C. de act. empt.* Aut verò concurrunt instrumentalis possessor, & nullo modo possessor: & rursus distinguendum: Aut instrumentalis possessio fuit capta nemine existente in possessione, sed non potuit propter impotentiam, vel impedimenta realiter & corporaliter apprehendi, & continuari; & tunc sufficit instrumentalis, seu verbalis possessio in conspectu rei *l. 1. §. si iusserim ff. de acq. poss. Milis in repert. verbo possessio*: tunc acquiritur per aspectum: quæ operatur actualem illius possessionem *teste Rota decis. 301. in no. Rom. cons. 337. incip. Quoad primum nu. 6.* Ideoque locus erit huic Regulæ; & instrumentalis possessor præferetur non possessori. 39

Aut tertius erat in possessione, contra quem non agitur, nec ipse agit, & etiam instrumentalis possessor contra nullo modo possessorem videtur potior, in quo tamen articulo Mandosius non determinat, quem etiam vide *quæst. 24.* vbi scribit hanc Regulam tantum loqui de possessore beneficij, qui actu illud possidet, fructus percipiendo &c. cum beneficium non censeatur habere, seu possidere, qui non percipit illius fructus, *Collectar. in cap. si tibi Concesso de præbend. in 6. & ibidem Mand. in quæst. 23.* vbi disputat quid in possessore vigore Breuis.

M *Præsentes in Curia*) Quod accipiendum de ijs, qui vel summo Pontifici, vel Cardinalibus, & alijs Prælatis obsequia præstant, non etiam de ijs, qui in Curia nihil operantur, censet Mandosius; in quo tamen ego subsisto: cùm multa priuilegia existentibus in Curia, vt pote loco priuilegiato, sint concessa. vnde Romana Curia habet priuilegia aliorum generalium studiorum etiam circa absentes ab eorum beneficijs quod percipiant fructus in absentia *cap. 2. de Priuileg. in 6. & cap. fin. de Rescript.* De præsentibus autem multo magis: tum propter loci dignitatem; tum propter infinitos labores, quos permulti inibi ad extremum vsque spiritum, & plerumq; incassum expromunt, iuxta vulgare verbum in Vrbe: *Roma scortica gli vecchi; amazza gli iouani* Præsentes autem intelligendi, qui actu præsentes sunt, non qui per fictionem, vt illi qui caussa sedis Apostolicæ absunt: nam hi non gaudent prælatione in hac Regula mentionata, licet alijs priuilegijs, de quibus iure cautum est potiantur *Felynus in cap. Clerici nu. 5. de Iudicijs.*

Si Ordinarius) Hanc quæstionem pluribus in vtramque partem disputatam habes apud Mandosium *hic quæst. 34.* qui videtur probare argumenta Alphonsi nostram sententiam impugnantia, de qua ante.

N *Non beneficiatus*) Sed quid in non sufficienter beneficiato? Non displicet opinio 40

opinio eorum qui asserunt idem respondendum esse ad effectum huius Regulæ; quia cum ex proprietate verborum beneficiati etiam non sufficienter, beneficiati veri dicantur, & verba non dissonent, consequens est dispositioni huius Regulæ locum esse *l. Ita autem in pr. ibi Bart. ff. de Administ. tut. c. Indemnitatibus §. pen. de electio.*

P *Beneficiato*) Beneficiati appellatione an veniat pensionarius ad effectum 41
huius Regulæ disputant nonnulli: ego breuiter cum negantibus sentio: quia cum Regulæ Cancellariæ ad instar statutorum strictam tantum recipiant inter- 42
pretationem *Cassad. decis. 16. nu. 5. & decis. 25. nu. 6. de prebend.* & iure communi pensiones beneficij appellatione non comprehendantur, dicimus non beneficiatum non præferri pensionario concurrenti in eadẽ data *per text. in cap. quamuis 4. de Prebend. in 6.* vbi si pontifex mandat prouideri alicui vsque ad certam summã, voluisse ei non in pensione, sed in beneficijs Ecclesiasticis tantum prouideri censendus est, nisi in litteris expressa quoque inueniatur mentio pensionis: imò in specie & in materia Regularum Cancell. Pensiones & beneficia pro diuersis poni tradit Gigas *tract. de Pensio quæst. 67. sub finem* & Crescen. *decis. 49. incip. Pensio in materia stricta lib. 2. alias 8. tit. de Pensio.* Alias vbi non versamur in materia stricta & odiosa, beneficij appellatione venit pensio teste Caccialupo 43
tract. de Pensio quæst. vlt. nu. 2 Gigan. *in eod. tract. quæst. 28. nu. 2.* Quid in intruso? Mandos. hic *quæst. 39. nu. 3.* reiecta contraria opinione resoluit non beneficiatum præferri intruso tanquam beneficiato: cum omnis beneficiatus is dici 44
posit, qui beneficium tenet, iustè, siue iniustè, *Rota decis. 273. Nota quod vbi Papa in Antiq. Archid. in cap. si sententia. de sent. ex commu in 6.* pro quo stat etiam ratio: quia si non beneficiatus præfertur beneficiato iusto & probo, multo magis beneficiato iniusto & improbo. Præterea, quia intrusus æquè fruitur fructibus beneficij, quod satis est ad effectum huius Reg. cuius ratio in eo versatur, ne vnus plura beneficia posideret, alter nullum, *contra dispos. in cap. 1. & seqq. 21. quæst.*

Q *Oriundus*) etiamsi sit ortus, siue natus tantum, & aliunde oriundus, vel è contra: quia vtrobique militat eadem Regulæ ratio, quæ vult originarios exte- 45
ris præferri *vt in l. Diuus ff. de Tut. dat ab hu l. fin. C. de off. prætor c. neminem 70. dist. 50. l. In Ecclesijs C. de Episc. & cler. Innoc. in cap. quia diuersitate sub fi. de concess. prebend. Abb. in cap. ad decorem sub fi. de instit. fran. de Ripa tract. de peste tit. de Remed. ad conseru. nu. 153. in fi. vers. sic beneficia ciuibus magis, quam forensibus sunt conferenda.* quod intelligendum est cæteris paribus vt in Regula nostra, quod idem est in diœcesano.

R *Diœcesanus*) In iure nostro Diœcesis ἐν πλάτει pro prouincia sumitur 46
apud Alciatum in *l. Pupillus §. Territorium nu. 51. ff. de Verb. signif.* licet etymon nominis designet administrationem, gubernationem ἀπὸ τοῦ διοικῶ quod est guberno.

guberno. Propriè & strictè diœceses, sunt præsulum, in quas administrandi officij sui liberam habent potestatem, propter quod Diœcesani Episcopi vocantur *cap. Cum non liceat, de praescript. clem. vnica §. volumus cum glo. in verbo diœcesani de foro compet.* de quibus Regula nostra non loquitur, sed de ijs qui sub diœcesi seu territorio sunt Episcopi ibique domicilium habent, licet alioqui aliundè sint nati *Philip. franc. inc. statutum § cum vero nu. 13. de Rescript. in 6.* Hi enim propriè sunt diœcesani, *felij. in cap. Rodolphus de Rescript. col. 6.* vt pote sub diœcesi Episcopi. Diœcesis enim dicitur distinctio confinium Episcopatiuum *cap. Episcopum 7. q. 1. & ibi Archidiac. in pr. cap. Vnio 10. q. 3.* Sed quid in diœcesano priuilegiato, seu eo qui ex priuilegio diœcesanus factus est? dicendum talem etiam præferri non diœcesano, cum statuta etiam non extendantur ad casum priuilegiatum *Baldus in l. fine possidetis col. 2. vers. contrarium C. de Probat Ias. in* 47
l. si is qui nu. 306. & seq. vers. octauo adde ff. de vsu cap. An autem dispositio de diœcesi loquens comprehendat etiam ciuitatem, vide late felij. *in cap. Rodolphus nu. 8. de Rescript.* & Geminia. *in cap. fœlicis nu. 6. de Praebend. in 6.*

S *In reliquis vero*) Hæc est septima prærogatiua huius Regulæ, videlicet 48
præsentatio litterarum: quod intellige, vt is qui primùm præsentauit litteras Apost. executoribus, præferatur alijs prærogatiuatis, quam in hac Reg. expressis, puta prærogatiuatis de iure communi, vel consuetudine aut priuilegio, vt inter duos nobiles, duos milites Sancti Petri, duos scriptores Apostolicos, duos Canonicos, & similes vt nimirum isti præferantur, qui primùm litteras Apostolicas præsentarunt; atq; hoc vult vltima pars huius Reg. ib. ***In reliquis vero.*** Idemque dicendum in duobus Precistis notaui ad Indultum Precum Cæsaris *Sectio. 2. in glo. verbi. Quod si per te vers. Quarto quaeritur.*

T *Praesentatio litterarum*) Quod per præsentationem litterarum executori Apostolico factam, acquiratur prærogatiua concurrenti in eadem data, proba- 49
tur clarè per not. Rotæ *decis. 100. incip. Si vnus in No. & decis. 462. incip. Nota quod gratia in Antiq.* Non enim datur executori optio alterum recipiendi: quod secus est in Ordinario Collatore *Geminia. in cap. Duobus de Rescript. in 6.* Quid autem dicemus in priori præsentante, qui est in posteriori data? vide latè felij. *in cap. Capitulum nu. 5. de Rescript.* neque, n. est casus noster qui versatur in concurrentibus in eadem data.

V *Motu proprio*) Habens gratiam motus proprij non solum præfertur non 50
habenti, sed etiam omnibus alijs in hac Regula nominatis, vt tradit Cassador. *decis. 9. de praebend.* vbi *nu. 2. & 3.* scribit quod ordo scripturæ designat ordinem voluntatis processus & charitatis *l. quoties in pr. ff. de Vsufru. l. Gallus §. quidam rectè ff. de lib. & posthu.* Vnde in Regulis Cancellariæ hoc patet, inquit, quod in eadem regula priores in scriptura, sunt in iure potiores & prærogatiuæ iuxta ordinem potentiores, prout patet in illa quæ ponit cellulas illustrium

in primo gradu & successiuè aliorum, & alio de concurrentibus in impetratione beneficiorum vacantium, aut certo modo vacaturorum, habentes motum proprium præferantur non solùm non habentibus, alias graduati non graduatis, & sic de alijs, sed etiam vincunt omnes alias prærogatiuas, quotquot sunt, *Idem Cassad. decis. 14. in fi. d. tit. de Prabend. & Io. And. in cap. duobus de Rescript. in 6. nu. 5. in fi.* vbi dat rationem hanc, quod gratia motus proprij plenissimam 51
recipiat interpretationem *per cap. si pluribus de prabend. in 6.*

X *Per hanc regulam*) In qua nimirum graduati ante possessores nominantur: debet enim attendi ordo scripturæ vt diximus & latè ostendit felij. *in cap.* 52
cum dilecta nu. 4. & 5. vbi variè positionem hanc limitat de Rescript. vnde scriptum reliquit Baldus, primum in ordine scripturæ dici potiorem in tempore 53
in l. de rebus C. de Donat. potior autem in tempore potior est iure, & alios excludit, *l. 2. C. qui pot. in pag. hab. cap. qui prior de Reg. iur. in 6.*

Y *Nobili*) An Cardinali? vide fusissimè Mandos. *ad Reg. 16. quæst. 52. per* 54
tot. multimodis distinguentem.

Argumenta in Reg. XVI. INNOCENTII VIII.

1. Princeps per quancumq; commissionem non tollit ius quæsitum alteri.
2. Fallit in Papa, qui de plenitudine potestatis in beneficialibus ad potest.
3. Limitatur. dummodo aliud vicissim conferat beneficium.
4. Motus, proprius, an subiaceat dispositioni huius Regulæ.
5. Præsens Regula aucta est per PAVLVM III. & sequentes ab eo Pontifices.
6. Clausula in Rescriptis apponi solita dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum, importat conditionem & gratiæ effectum suspendit.
7. Regula hæc præseruat ius quomodolibet quæsitum directè vel indirectè.
8. Etiam non obstante contraria declaratione Papæ.
9. Papa non censetur velle derogare iuri in re vel ad rem.
10. Per mandatum secundum non tollitur primum etiamsi in eo sit clausula Anteferri, quod verum nisi Papa derogauerit hinc Regulæ.
11. Supremus Princeps scienter disponens contra ius tollit iuris obstaculũ.
12. Hinc potest tollere rem iudicatam & sententiam in fauorem alicuius, licet non possit tollere Dominum.
13. Quot modis quæratur ius ad rem, & ius in re.
14. Nihil interest ad effectum huius Reg. si sit ius quæsitum principaliter, an vero in consequentiam.
15. Clausula Dummodo temporæ datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum habetur semper pro apposita, siue Papa conferat, siue alius ipsius auctoritate & nu. 16.
16. Omnes clausulæ de stylo & consuetudine

tudine apponi solitæ habentur pro appositis, etiamsi non exprimantur.
17. Declaratio Papæ quando tollat ius quæsitum.
18. Ad hæc Reg. obtineat in eo cui tantùm est ius quæsitum sub conditione, vel ad tempus, & quid in eo cuius possessio tollitur.
19. Vtrum Papa posit tollere ius alteri in beneficio quæsitum.
20. Quando constat de mente Papæ, tunc cēsentur iuri tertij derogare voluisse.
21. Etiamsi in Gratia non sit derogatum huic Regulæ.
22. Clausula de plenitudine potestatis, est maioris ponderis clausula Motus proprij; & ex certa scientia.
23. Papa quando censeatur tollere ius alteri quæsitum.
24. Papa per clausulam de plenitudine potestatis tollit ius alteri quæsitum, secundum aliquos, sed contrarior opinio verior.
25. Legatus à latere & alius inferior an posit ius alteri quæsitum tollere.
26. Legatus de latere non potest derogare Regulis Cancellariæ nisi expressam de eo habeat facultatem.
27. Papa si per viam legis deroget huic Regulæ, an tollat ius quæsitum?
28. Papa an tollere posit ius ex priuilegio Apostolico & consuetudine immemorali Decano & Capitulo quæsitum.
29. An Regula hæc locum habeat in iure quæsito ex priuilegio: & quid si priuilegium abierit in contractum.

Regula *XVI.* Innocentii *VIII.* *quæ est* XVII. Pavli V.

DE NON TOLLENDO IVS QVAESITVM.

ITem ne per varias quæ pro Commissionibus habendis in caussis plerumq; fiunt suggestiones, Iustitia postponatur, idem Dominus noster decreuit & declarauit suæ intentionis fore, quod deinceps per quamcumque signaturam, seu cōcessionem pro commissionibus huiusmodi per Sanctitatem suam, vel de eius mandato faciendam, nulli sibi ius quæsitum quomodolibet tollatur. *

GLOSSEMA ALPHONSI.

A IN *ista Regula dicitur quod per quamcumq; signaturam nulli tollatur ius quomodolibet quæsitum, & hac Reg. concordat cum iure communi: quia Princeps non tollit ius quæsitum alicui per quamcumq; Commissionem* l. 1. §. Si quid à Principe ff. Ne quid in loco quib. & l. Nec auus C. de Emancip. lib. cap. quamuis de Rescript. in 6. 1

 cap.

cap. si propter eod. tit. & lib. *Ego tamen solebam limitare hanc Regulam vbi verba sunt dubia, sed si verba sunt clara, maximè in beneficialibus, benè tollitur ius quæsitum:*
B *quia habet Papa plenam potestatem in beneficialibus.* cap. 2. de Præbend. in 6. & 2
clem. 1. Vt litè pend. *& ad hoc allegabam glo. in iure Canonico mihi singularem* in cap. Cum dilectus in verb. Nec iuri, de Consuet. *& alias duas de iure ciuili,* in l. Nec auus C. de emancip. lib. & in l. Rescript. C. Si contra ius vel vtil. pub.
C *Fateor tamen quod si Papa tollat ius quæsitum in beneficio alicui de plenitudine potestatis, quod tenetur sibi prouidere de alio simili beneficio, vt sing. not. Baldus & glo.* in cap. 1.
§. adhæc in 8. col. de Pac. iur. firm. *Et licet proëmium illius Regulæ videatur innuere* 3
quod habeat locum ista Regula quando importunatur pro aliqua commissione, & sic videtur quod si faceret motu proprio, quod valeret etiam & tolleret ius quæsitum per l. 1. C.
de pet. bon. subl. lib. 10. & per l. 3. ff. quod quisque iur. in pr. *tamen si non sunt* 4
verba clara, contrarium dicerem: quia motus proprius non tollit ius quæsitum tertio ex defectu intentionis principis, sufficiant glos. in cle. si Romanus de præbend. & deci. Rotæ numero CVIII. quæ incipit. Item dicebant Domini *& sic credo sententiare Rotam sæpenumero: & probatur defectus intentionis & de iure communi, vt allegaui superius de speciali, vt in hac regula ad proëmium generale, & dico quod licet faciat caussam finalem proëmij,* vt in l. fin. ff. de hæred. instit. *tamen cum constat de mente con-*
E *stituentis secus est, facit quod dicit Cyn.* in l. non dubium. in penultima quæst. C. de legibus.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A IN *ista Regula*) Plenior facta est hæc Regula per PAVLVM III. qui statuit illius effectum producendum ***ad quamcumq́ commissionem, siue mandata, aut declarationes, etiamsi motu proprio & ex certa scientia, ac etiam ante motam litem à Sanct. sua vel eius mandato emanauerint:*** quæ verba 5
ideo inserta sunt Regulæ PAVLI III. vt latissima fieret illius interpretatio, ne ius alteri quæsitum per quamcumque Papæ concessionem tolleretur: ideoque clausula Rescriptis apponi solita dummodo ***tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum,*** (de qua vide Illustriss. Card. Tuschum *in pract. conclus. iuris conclus. 329.*) importat conditionem, & gratiæ effectum suspendit, vt tradit 6
felij: *in cap. super litteris nu. 11. de Rescript.* Imò gratiam resoluit & nullam reddit tanquam ad importunitatem petentis concessam *Rebuff. in praxi in forma Nouæ prouisionis in verbo dummodo tempore nu. 5.* Notandum porrò Regulam hanc
præseruare ius quomodolibet quæsitum *Cæsar de Grassis decis. 1. de Verbor. signif.* 7
vbi scribit dominos auditores verbum ***quomodolibet*** in regula retulisse ad verba ***ius quæsitum*** non autem ad verbum ***tollatur,*** sicque comprehendat ius qualecum-

qualecumque & cuiuscumque generis directi vel indirecti & etiam impropriè
sumptum *glo. in clem. 1. verb. quomodolibet de statu monach.* etiam minimum *Paris.
consil. 58. nu. 10. lib. 1. Seraphin. decis. 1082. nu. 2. in vna Cæsar Augustana Exemptio-
nis coram R. P. D. Orano. Rebuffus in Rescripto si neutri post uu. 38.* quo in loco Re-
gulam hanc exemplificat in duobus quibus Papa beneficium contulit, & postea 8
declarauit quod intendebat secundo conferre & non primo: quia eiusmodi de-
claratione non obstante declarabitur pro primo: atque ita iudicauit Senatus
Parisiensis apud Paponium *lib. 3. Placit. tit. 3.* Et sic per istum textum, inquit
Rebuff. hic. Iudices debent securè procedere quod non obstante rescripto Pa-
pæ non dubitent partibus ius reddere. Nam quotiescumque aliquis habet ius
in re, vel ad rem tempore concessionis, siue pendente lite, siue ante, emanatæ, 9
Papa non censetur huic iuri derogare vnde si conferat non obstante quacumq;
collatione, intelligitur de inualida non de valida ne ius quæsitum tollat. *Felij. &
& alij in c. caussam de Rescript.* sic etiam per mandatum secundum non tolletur
primum, etiamsi in eo sit apposita clausula *Anteferri*, nisi Papa derogauerit 10
huic Reg. *text. in c. pen. de Concess. prabend. Rebuff. in praxi ad hanc Reg. glo. 4.*
quia supremus Princeps disponendo scienter contra ius, tollit iuris obstaculum 11
l. idem Vlpianus ff. de excus. tut. Pet. de Anchor. cons. 278. hinc potest tollere rem 12
iudicatam & sententiam latam in fauorem alicuius ex qua acquiritur ius, licet
non posit tollere dominium *Mobedan. decis. 5. de sent. & re iud.*

Porrò, vt redeam vnde diuerti, ius quæritur ad rem multimodis, videlicet
per mandatum de prouidendo, per nominationes, collationem needum accep- 13
tatam, optionem, præsentationem, electionem, Regressum, & accessum vt latè
per Gomesium *ad hanc Reg. quæst. 1.* Ius vero in re per collationem, prouisio-
nem acceptatam *cap. fin. de concess. prabend. in 6. Rebuff. in praxi in Regula de non
tollendo glo. 6. nu. 38.* & nihil interest teste Mandosio *quæst. 3.* an ius sit quæsitum 14
principaliter, an vero in consequentiam: quia vtrobique Papa non censetur vo-
luisse derogare; licet aliud voluerit Gomes. *quæst. 3. & Rebuff. d. loco nu. 29.*

Est etiam obiter notandum, dictam clausulam *Dummodo tēpore datæ &c.* 15
semper haberi pro apposita: cum omnes clausulæ de stylo & consuetudine ap-
poni solitæ, habeantur pro appositis, etiamsi non exprimantur. *Mandos. ad hanc
Reg. quæst. 2. per text. in cap. cum M. Ferrariensis verb. Mandamus ibi abb. nu. 5.* 16
Felij. nu. 6. de constitut. Quod extende vt procedat etiam quando Papa daret fa-
cultatem alteri, vt auctoritate Papæ conferat: quia semper censetur concedere
cum clausula *sine præiudicio iuris quæsiti in re vel ad rem Bellam. cons. 33.
vers. quinta conclusio nu. 9. Card. Tuschus pract. conclus. tom. 6. conclus. 98. in fi.*

Præterea quod in Reg. dicitur Papam per suas declarationes non intendere
ius alteri quæsitum tollere, hactenus intelligendum est, nisi eiusmodi declaratio
tacitè in concessione cōtineretur: quia tum præiudicaret: cum illa non tollat ius,

 sed 17

sed excutit & aperit quod latebat vel nisi fieret in circumstantijs vel qualitatẽ actus *Rebuffus in d. Reg. glo. 5. vers. limitatur. quod consule*, vt & Gomes. *quæst. 13.* Mandos. *quæst. 6.* vbi distinguit an declaratio concernat dubium in iure, an vero in facto: priori casu illam non tollere ius quæsitum; altero verò tollere.

An autem hæc Reg. obtineat etiam in eo cui tantum est ius quæsitum sub cõditione, vel ad tempus, vide Gomesium *hic quæst. 4.* & Mandos. *quæst. 9.* & quid 18
in eo cuius possessio tollitur, vide eundem Gomes. *quæst. 5.* & Mohed. *decis. 87. nu. 3.* Et quid de commissione qua mihi tollitur facultas agendi vel excipiendi, *consule eundem Gomes. quæst. 11. & 18. & 20.* quo in loco varias commissionum formas affert quibus ius alteri sublatum censetur.

B *Maximè in beneficialibus*) A Glossographi nostri sententia dissentit Rebuffus *in praxi ad hanc Regulam glo. 6. nu. 13.* cuius doctriuam hactenus 19
probo, dummodo de mente Papæ non constet; secus autem est quando constat de ipsius mente & voluntate. Hinc fuit resolutum in vna monasterien. quod gratia facta per Papam de Canonicatu Monasteriensi cuidã Ioanni, in qua Papa 20
expressè derogauit statuto dictæ Ecclesiæ requirenti quod Canonici essent nati, ex nobili genere & militari, erat bona & canonizanda, quamuis non fuerit derogatum huic Regulæ nec de illa mentio facta sit, & dictus Ioannes tales qualitates non haberet, exstat hæc decisio part. 3. diuers. lib. 3. decis.

Tollat ius quæsitum) Quod etiam censetur voluisse vt quidam existimant per
C clausulam *de plenitudine potestatis*, vel qnando per viam Rescripti aut legis 23
generalis huic Regulæ derogaret *Gomesius quæst. 15. Puteus decis. 164. nu. 2. lib. 2.* Aliter atq; si concessioni sit tantum adiecta clausula *Motus proprij* vel *ex certa scientia* vt ostendit hic noster Glossographus probatque Gozadinus *consil. 5. nu. 26.* & ita resoluit Amplissimus Ordo Sabandiæ teste Ant. fabro lib. 1. definit forensium *tit. 2. definit 22.* vbi fuit dictum quod licet clausula Motus qroprij. tollat vitium subreptionis, non tamen ius alter quæsitum tollit *Bald. in c. ad audientiam de Rescript & in l. 1. de Constit. Princip. Decius consil. 202.* Quid dicendum in clausula *de Plenitudine potestatis*? hanc ius alteri quæsitum tellere non pauci sentiunt: quod hæc clausula sit maioris ponderis quam clausula *Motus proprij*, & *ex certa scientia* vt voluit Abb. *in cap. vnito nu. 11. ibi text Vt, Eccles. benef. sine dminut. conferr. & in cap. nulli de Rescript. Gozad. d. cons. 5. nu 25. Gabrielus tit. de Iure quæsito. Conclusio. 1. nu. 29. Paris. consil. 5. nu. 25. & seqq* Nam vbi Princeps scribit de plenitudine potestatis, nihil opponi potest quod gratiam annullet. *Bald. in Proem. Decret. col. 4. Decius cons. 341. Incip. Viso puncto nu. 3 in fi.* cum præsumatur vti velle non ordinaria, sed absoluta potestate *Felij. consi 31. nu. 15. Paris. d cons. 5. nu. 94. lib. 4.* qua censetur etiã iuri tertij velle derogare, vt multis probat Gozadinus d. loco. licet non desint qui existi- 24
ment etiam clausulam *ex certa scientia* eiusdem esse energiæ atque de plenitudine

tudine potestatis, sic vt per illam non secus atque per istam censeatur derogatum iuri tertij, quos laudat Anasta: Germonius *in suo tract. de Indult. §. Nos itaq; nu. 22. & seq.* sed ego nec clausulam ***ex certa scientia***, nec ***ex multitudine potestatis***, tollere ius quæsitum autumo; ratione quam affert Ill. Seraphinus *decis. 1082. nu. 9.* vbi dicit ita fuisse decisum corum R. P. D. Blanchetto *in vna Mediolanensi fructuum 24. Aprilis 1592. in proprijs terminis huius clausula.*

Quid dicemus de legato de latere vel alio Inferiore an possit ius alteri quæsitum tollere? Sarnen. *quæst. 23.* & Mandos. *quæst. 7. nu. 5.* respondent quod non: cum solus Princeps id possit *Decius in cap. in Ecclesiarum nu. 24. in fi. de const. & in cap. ex parte 2. in 4. col. de off. de leg.* Nec refert quod legatus de latere sit loco Papæ eademq; possit quæ ipse Papa: nam hoc intellectum habet in non reseruatis soli Principi id quod pluribus ostendit Mandosius *d. loco.* vbi etiam *nu. 1.* scribit Sarnensis auctoritate motus, legatum etiam de latere non posse, derogare Regulis Cancellariæ nisi expressam super hoc habeat facultatem. 25 26

D ***Simili beneficio***) Idem adstruit Rebuffus *in praxi ad hanc Reg. glo. 6. nu. 16.* & Gomes. *d. quæst. 1. vers. Putarem.* qui tamen aliud dicendum esse *in quæst. 15.* scribit, quando Princeps non per viam rescripti sed per viam legis generalis tolleret ius quæsitum: quia tum non tenetur inquit ad aliquam recompensam vt conclusit Alex. *in cons. 109. Visis ijs col. ante pen. vers. ad tertium Argumentum lib. 3.* Igitur si Papa per viam legis derogat isti Regulæ, non est dubium illum tollere ius quæsitum: quia Papa potest tollere ius quæsitum ex lege sua *vt dicit Paul. Castren. cons. 216. incip. Quomodo & Feli. in c. Nouit nu. 9. de Iudic.* Imò, si per viam rescripti scienter deroget regulæ non poterit ille cui ius tollitur vti exceptione illius: *Gomesius d. quæst. 16.* 27

An autem tollat ius ex priuilegio Apostolico, & consuetudine immemoriali Decano & Capitulo quæsitum, de percipiendis fructibus anni quo vacant beneficia per derogationem priuilegiorum Capituli, & Fabricæ pensione tertiò super illius fructibus reseruata? vide Mandos. ad hanc Reg. *quæst. 11. per. tot.* vbi resoluit pro affirmatiua, nimirum quod tollebatur ius quæsitum capitulo super fructibus vbi expressa est derogatio *fa. decis. Cæs. de grasis 193. alias 1. de verb. signif. nu. 11. VVames. cons. 15. nu. 2. de consuet.* Quid autem si tollatur ius quæsitum ex iure speciali seu priuilegio? Vide Farinacium *decis. 711. nu. 1.* vbi scribit hanc nostram reg. habere locum etiam in iure quæsito ex iure speciali & priuilegio, probatque Mohedan. *decis. 82.* & Seraphinus *decis. 1082. nu. 1.* & Cæsar. de Grassis. *decis. 193. nu. 10.* hæc enim regula præseruat ius quomodolibet quæsitum, & dictio ***quomodolibet*** includit omne ius, etiam minimum vt diximus, probatque Seraphinus *d. decis. 1082.* Quid si tollatur ius quæsitum ex priuilegio seu constitutione, quæ abijt in contractum. vide Gabriel. *tract. com. conclus. lib. 3. conclus. 6. per tot.* & quæ scripsi ad Primarias Preces. 28 29

Cum

Cum constat de mente) sed facile non concedit Princeps *l. 2. de Nat. rest.* ergo si concedat videtur valere, atque ita consuluit Castren. *cons. 178. col. 2. part. 1. Rebuff. ad hanc Reg.*

Argumenta in Reg. XVII. INNOCENTII VIII.

1. Maior septennio licet minor 14. annis de iure antiquo poterat esse Canonicus in Ecclesia Cathedrali.
2. Ex dispositione huius Reg. debet prouisus compleuisse 14. annum, & in collegiata 10. annum attigisse.
3. An anni incipiant currere à die quo quis conceptus est.
Omnis intellectus extraneus est qui non sonat in auribus vulgi. Ibid.
4. Ordinarius non potest relaxare dispositionem huius Regulæ, & nu. 16.
5. Papa conferendo pupillo dignitatem non propterea videtur dispensare super defectu ætatis, etiam cum clausula Motus proprij vt nu. 7.
6. An quod hic disponitur in præbendis, idem obtineat in portione.
7. Mandatum de prouidendo an possit concedi minori 14. annis?
8. Hæc Regula non habetur inter Regulas nouissimorũ Pôtificum, & quare.
9. Quatenus recedatur à dispositione huius Reg. per Concilium Trident. in prouisis ad Ecclesias Collegiatas Cathedrales & Parochiales.
10. Prouiso de Canonicatu an sufficiat attigisse 14. annum hodierno iure.
11. Aetas qualiter probetur.
12. Probatio ætatis difficilis est, & propterea admittuntur tales quales probationes.
13. Cui incumbat onus probandi ætatem maiorem ad effectum huius Reg. vel Decreti Concilij Triden.
14. Qui petit se admitti vt talis, debet se probare talem.
15. Habilitates personarum tam circa ætatem, quam alia præsumuntur, quãdo actus habet debitam formam.
16. Testamentum producens non tenetur probare quod testator fuerit maior 14. annis.
17. Ordinarius non potest dispensare contra hanc Regulam.
18. Clausula apponi solita vbi Pontifex dispensat super ætate.
19. Portiones & præbendæ pari passu ambulant quoad effectum Canonis Concilij Triden. secus in dimidijs portionibus.
20. Appellatione portionis non veniunt dimidiæ portiones.
21. Prouisio facta non habenti ætatem legitimam seu requisitam in beneficio, quod procedit etiamsi ad ætatem requisitam desit modicum tempus.
22. In his quæ sunt à iure determinata non licet arbitrari.
23. Minor tempore concessi mandati de prouidendo, factus autem maior tempore vacationis, an sub hac Reg. comprehendatur.
24. In omni concessione tempus datæ inspici debet.
25. Quid in nominatis vniuersitatum? & quid in ijs qui Preces primarias à Cæsare obtinuerunt?

Regula

Regula XVII. INNOCENTII VIII.

DE AETATE CANONICORVM CATHEDRALIVM ET COLLEGIATARVM ECCLESIARVM.

ITem quod prouisiones aut cõcessiones vel mandata de prouidendo de Cathedralium ecclesiarum Canonicatibus & præbendis, quæ pro cuiusuis personis si XIIII. suæ ætatis annum non compleuerint quomodolibet emanauerint, nisi eis quod illos in minori ætate recipere possint, per Sedem Apostolicam specialiter concessum fuerit; & quæcumque impetrationes de Canonicatibus, & præbendis in Collegiatis ecclesijs, si impetrantes minores x. annis fuerint, & de hoc in impetratione huiusmodi expressa mentio non fiat, nullius sint roboris vel momenti & habeantur prorsus pro infectis.

GLOSSEMA ALPHONSI.

IN ista Regula dicitur quod prouisiones aut concessiones seu mandata de prouidendo de Canonicatibus & præbendis in ecclesijs Cathedralibus facta pro illis qui non excedunt xiiij. annos, non valent, nisi sedes Apostolica specialiter aliud concedat. Item quod impetratio canonicatus in collegiata ecclesia facta pro minori x. annis non valet, nisi specialiter fiat mentio in impetrationibus &c: Ista Regula venit ad declarãdam varietatem Doctorum in c. super inordinata. de præben. & in c. ex ratione. & in cap. indecorum de ætat. & qual. & c. de eo. de elect. lib. VI. & c. nullus de temp. ord. & in c. si eo tempore de rescrip. lib. eod. *Nam de iure communi communiter tenebatur, maximè per gl. in dictis locis; quod maior septennio, licet minor xiiij. annis, posset esse* 1
A *canonicus in ecclesia Cathedrali*, vt hodie probat text. in dicto c. ex eo. *tamen Papa statuit hic contrarium, & bene: quia ex quo canonicus debet consulere in factis ecclesiæ* vt per totum tit. de his quæ fiunt à maior. part. cap. *ergo oportet quod ad minus habeat aliquam discretionem. & quoad primam partem huius regulæ ponderandum est verbum hic positum scilicet* non compleuerint *&c. ex quo sequitur quod non sufficit attingere xiiij. annum, nisi in totum sit completus, vt hic & ad hoc venit decisio Rotæ cccxxiij*, quæ incipit Item quod supposita ordinatione Gregorij *quæ loquitur in terminis huius regulæ: sed in casu secundo huius regulæ contrarium videtur ibi* 2
minores x. annis *&c. sufficiat l. 1. ff. de ma. vindic. de quo per Doct. in diuersis*

locis.

locis. sufficiat glos. magna in l. 3. §. minorem ff. de minoribus. per canonistas in cap. cum in cunctis de elect. & in cap. cũ vicesimum de offic. deleg. & in clem. generalem de ætat. & qualit. *In hoc tamen de mero iure crederem quod tempus conceptionis debet etiam computari in fauorem istius canonicandi* vt l. qui in vtero ff. de stat hom. bonus tex. in l. quod diximus ff. de verb. sig. & facit gl. in c. 2. qui fi. sint legit. & ibi dixi legendo hic: *Sed licet hoc sit verum de iure, tamen quia omnis intellectus est extraneus qui non sonat in auribus vulgi*, vt est casus not. in c. ex litteris lo. 1. de spons. *& ad hoc propositum allegat c. illud Bal.* in c. 1. §. oppositioni de pa. Constan. in fi. coll. x. *crederem quod Rota non interpretaretur hanc Regulam nisi à tempore Natiuitatis ex vtero: & hoc etiam posset fundari per text. in d. §. minorem. ibi an dies natalis sui & ibi an horam in qua natus est &c.* 3

Item mihi ponderandum verbum puto hic positum per sedem apostolicam B specialiter concessum fuerit &c. *Ex quo sequitur quod Ordinarius non potest dare canonicatum in ecclesia Cathedrali minori xiiij. anno. cum non possit dispensare contra istam regulam, maximè quia Papa reseruat sibi* arg. c. nuper de senten. excom. *& per hoc verbum etiam dico quod non sufficiunt clausulæ generales bullarum scilicet* non obstantibus quibuscumque constitutionibus & ordinationibus, etiam regulis Cancellariæ *&c. quia oportet quod fiat specialis & expressa mentio de hac dispositione: & non dicitur quo ad hoc specialis mentio qua includitur sub generali mentione* vt dicit gl. in c. si Episcopus de præbend. lib. vj. quam not. ad hoc Domi. ibi: & est alia in cap. inquisitores de hæret. lib. vj. & Doct. in c. quia periculosum. de sent. excom. lib. vj. *& hoc dico ad concludendum diuersa consilia quæ fecit Oldr. scilicet si Papa pupillo existenti coram se dedit dignitatem, an videtur secum dispensare super defectu ætatis? & sibi videtur contrarium nam in consil. cccxxv. quod incipit Thema quæstionis est tale; & in sequenti, videtur dicere quod non: & in alijs duobus seq. tenet contrarium, quæ consilia posui in tit. de rescript. & de priuile. sed stantibus verbis istius regulæ, crederem quod non videretur Papa dispensare, nisi expressa fieret mentio &c: per prædicta.* 4 5

De ordinario tamen arbitror quod si Papa mortuo conferret præbendam canonicalem maiori septennio, quod valeret collatio de iure, sufficiat dictum c. ex eo. de elect. lib. vj. & gl. in d. c. si eo tempore. de rescrip. eod. lib.

Item in quantum ista regula loquitur de canonicatibus ecclesiæ Cathedralis, infero C *quod portio quæ non est canonicalis, sed præbenda integra, potest bene conferri minori quatuordecim & maiori septem per prædicta*, sufficiat l. de pretio ff. de publi. *& in hoc esset melioris conditionis portionarius, quã canonicatus, maximè cum habeat tantum in redditibus sicut canonicatus in aliquibus ecclesiis Hispaniæ.* 6

Item ponderandum puto in hac prima parte verbum aut concessiones *quod non erat in regula Pauli, sed Sixti: ex quo potest inferri quod etiam expectatiua pro minori* D *xiiij. an. quo ad canonicatum & præb. ecclesiæ Cathedralis non valeat, quia debet attẽdi tempus* 7

tempus data, sufficiat dictum c. si eo tempore de rescrip. in 6. *quicquid somnient aliqui Doctores* in cap. ei cui de præb. lib. vj. *Item credo quod etiam si concessio vel prouisio de canonicatibus ecclesiæ Cathedralis esset facta motu proprio, non valeret pro minori propter verba hic posita, & propter defectum intentionis Papæ. Sed quoad secundum casum scilicet in ecclesia collegiata, sicque loquitur de impetrationibus &c. l. prima C. de petit. bon. sub. lib. x. & l. iij. ff. quod quisque iur. in princip. faciant iura quæ allegaui in simili supra proxima regula, nescio tamen quomodo sententiaret Rota.*

Item credo quod etiam secunda pars habeat locum in exspectatiuis: quia etiam exspectatiua dicitur impetratio. ergo &c: & hæc sufficiant pro nunc.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

8 HAec Regula non habetur inter regulas Pii V. Gregorii XIII. & aliorum successorum, propter vt opinor expressam super hac re Concilij Triden. constitutionem: ante quam constitutionem hæc Regula tollebat omnem ambiguitatem & sinuosas DD. opiniones super ætate quæ prouisis de Canonicatibus & præbendis requirebatur: Plerique enim asserebant excedentem annum VII. posse esse canonicum præbendatum non solum in collegiata sed etiam in Cathedrali, saluo quod talis non haberet vocem in capitulo, *per text. in cap. ex eo de electio in 6. glo. in cap. si eo tempore in verb. ætatem de Rescript. in 6.* alij annum requirebant XIIII. *Abb. & Hostien. in c. præterea nu. 6. de ætate & qualit.* alij alia asserebant. Itaque has omnes difficultates sustulit dispositio huius Regulæ, quam dilaudat Selna de Beneficio part. 3. quæst. 5. nu. 26. in fi. à qua quoque eatenus recessum est ex dispositione Concilij Trident. *sess. 23. cap. 6.* quod obtinens Canonicatum in collegiata debet etiam esse natus annos XIIII. 9
non autem X. vt hic statuitur: sufficitque attigisse dictum annum XIIII. vt cen- 10
suit sancta Congregatio Illustriss. Cardinalium interpretum Concilij Trident. *ad cap. 6. sess. 23.* probatque Mandos. *cons. 20.* Cerola *in praxi part. 1. verbo Canonica §. 9.* Cechus *de Repub. eccles. cap. 24. de Canonic. vers. 2. nu. 6.* Interim tamen non habebit vocem in Capitulo, *Sess. 22. de Reform. cap. 4.* Obtinens vero Canonicatum in ecclesia Cathedrali ex eadem dispositione Concilij Triden. debet attigisse vt minimum 22. ætatis annum: cum omnes Canonicatus ecclesiarum Cathedralium habeat ex decreto dicti Concilij annexum ordinem Præsbyterij, Diaconatus, vel Subdiaco natus: & proinde prouisi de eiusmodi Ecclesijs Cathedralibus debent esse in ætate ad ordinem cui annexus est canonicatus, requisita: & sic si habet annexum ordinem subdiaco natus, habere debet ætatem 22. annorum aut saltē illam attigisse: Si Diaconatus attigisse 23. ætatis annum: Si Præsbyteratus 25. ætatis annum attigisse. *Cerola d. part. 1. §. 2. & 9. Flam. Paris. de Resig. benef. lib. 4. cap. 9. nu. 11.* Quæ ætas quoque 25. annorum cœptorum

requiritur in prouisis de ecclesijs parochialibus & dignitatibus quibuscumque curam animarum habentibus *lessius tract. de Iust. & iure lib. 2. c. 34. dub. 20. Coras. de benef. c. 3. nu. 3. Nauar. c. 25. nu. 116. Flam. Paris. lib. 4. de Resignat. c. 9. nu. 16. Concil. Triden. c. 12. sess. 24.* sed quod dixi de ætate in Cathedralibus ex dispositione Concilij Trid. requisita, id vsu receptum non est Leodij, vbi sufficit etiã in Cathedralibus attigisse XIIII. ætatis annum supposita scientia requisita ad beneficia simplicia.

Porrò quia hic diuersæ à nostro tractantur quæstiones nec illæ quidem à dispositione Concilij Trident. abhorrentes, operæ pretium erit paucis examinare qui probetur ætas. Et quidem probatur primo, ex adspectu *l. minor 25. annis* 11
addito ff. de Minoribus vbi Bart. & DD. quæ probatio ex sententia Baldi. *in rub. tit. C. de probat.* leuis est, aut saltem, vt alij volunt, eiusmodi ex qua transfertur in aduersarium onus probandi contrarium, *glo. in l. de ætate nu. 8. de Minor. Tho. Grammat. Voto 14. nu. 2. & seqq. & Consil. 4. nu. 9.* Secundo probatur testibus puta obstetricibus *Bart. in d. l. de ætate, nu. 7. Caualca. tract. de tutore nu. 296.* vicinis, amicis, consanguineis, *l. 2. de excus. tut. bart. in d. l. de ætate & consil. 92. Mascard. lib. 3. de probat. conclus. 668. Bald. consil. 455. vel. 4.* Imò assertione Parentum, *l. etiam ff. de probat. specul. tit. de teste sub initium nu. 4. Roland. à Valle cons. 31. nu. 2. & 3. vol. 1. Menoch. lib. 2. præsumpt. 51. nu. 21.* vel eorum scriptura scilicet regestis *l. Cum te de C. de Probat nu. 4. & in l. cum de ætate nu. 5. ff. de probat. late Menoch. de Præsumpt. 51. nu. 9. Iacob. de Sancto Georgio in l. cum de ætate nu. 5. ff. de Probat. Mandos. hic. q. 8.* Nam cum ætas difficilis sit probationis, *Bart. in d. l. de ætate nu. 7.* probationes admitti debent alias impotentes *Menoch.* 12
de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. casu 116. nu. 2. Denique probatur libris censualibus *l. ætatem ibi Gotbofred. ff. de Censib.* & Curati *Rebuff. ad Constit. reg. tract. de Regestis seu libris baptismi nu. 9. Menoch. d. præsumptio. nu. 53.*

Cui autem incumbat onus probandi ætatem maiorem, vel minorem ad effe- 13
ctum huius regulæ, vel Constitutionis Concilij Trident. diuersa est DD. opinio: mihi verò similior est illorum sententia, qui docent ei qui se fundat super ætate, siue Actor sit, vel Reus incumbere onus probandi *per l. Cum te l. matrem tuam ibi Castren. C. de Probat.* qui enim se admitti petit, vt talis, debet probare se talem *Io. And. in cap. Infamibus de Reg. iur. in 6. Bart. in d. l. de ætate Anchor. in* 14
cap. accessit in pr. de dispen. impub. Alex. cons. 49. nu. 16. vol. 5. alij distinguunt, quod aut sit facta ætatis mentio in gratia aut non sit: priori casus Impetrans tenetur verificare ætatem expressam *Put. decis. 187. & 202. lib. 1. Caputaquen. decis. 128. 129. 130. 131. part. 1.* nisi secundus impetrans impetrauit certo modo eo quod primus non expresserat veram ætatem, nam tunc secundus hic Impetrans teneretur id probare plene tanquam fundamẽtum suæ gratiæ *Put. d loco Mandos. de ætate minori quæst. 28.* Secundo casu, aut quis petit sententiam Canonizatoriam

suã

sui tituli seu adiudicatoriam beneficij,&exaduerso negatur eum habere ætatem legitimam ad tale beneficium, & tunc adiudicatoriam petenti incumbit onus probandi ætatem tanquam fundamẽtum suæ intentionis cum id petat tanquam habilis *bald. in c. in præsentia, de probat. nu. 34. & ibid. Felij. & Mandos. in hac Reg. 18. nu. 3.* Aut vero quis instat pro absolutoria, & tunc indistinctè non tenetur probare ætatem in sua gratia non expressam etiamsi ex aduerso negetur quia præsumitur habilis ex quo in gratia nulla ætatis fiat mentio *Rebuff. in praxi tit. Requisita ad collat. nu. 39. Mascard. conclus. 667. nu. 6. & 8. Mandos. d. Reg. 18. quæst. 3. nu. 4. & seq.* hancque distinctionem probat nouissime Nicol. Garcias *de benef. part. 6. cap. 2. n. 169. & seqq.* qui illam sumpsit ex Mandosio hic *quæst. 3. nu. 4.* vbi quoque *nu. 6.* notanter illud subijcit quod habilitates personæ tam circa ætatem quam alia præsumuntur quãdo actus habet debitam formam *per Not. Innoc. & aliorum in cap. Innotuit, de eo qui fur. ord. susc. Abb. in cap. præsentia nu. 3. & in cap. Cum virum in 4. notab. per illum text. de Regular. Socin. cons. 258. In causa nu. 2.* Secundo infertur quod ex quo fuit præsentatus & institutus tanquam clericus & accolitus & sic tanquam habilis ad beneficium fundata est intentio præsentati, nisi contrarium probetur, *& Dec. in cap. In præsentia nu. 11. de probat. & consil. 682. nu. 14. & seqq.*, vbi concludit quod si allegatur actus qui ad suĩ validitatem accessoriæ ætatem includit, ætas idonea præsumitur. & ideò testamentum producens non tenetur probare quod testator esset maior 14. annis *Bald. in auth. omnes peregrini col. fin. C. Commu. de successio. & in l. Nulli col. 3. C. de Episcop. & cler.* 15 16

B *Ordinarius non potest)* Idem reiecta opinione contraria sentit hic Mandos. *quæst. 14. nu. 3.* & nouissimè Io. Franc. Leonis Episcopus Thelesinus *in suo docto tract. Thesauri fori ecclesiastici, part. 2. c. 3. nu. 15.* Nam cum hæc ætas sit à Concilio Trid. quod habet decretũ irritans, requisita, sitq; solus Papa supra Cõcilium, & eius authoritate fuerint statuta concilij, roborata, *cap. Concilia, 17. dist.* ipsius est super ætate dispensare, vt qui solus supra Concilium statuat, atque dispenset, *cap. significasti de Electio. gloss. in c. vbi periculum verb. Concilium eodem tit. in 6. Felij. in cap. 1. de constitut.* Accedat alia ratio: Si S. Pontifex decernit non valere prouisiones, & dispositiones suas de Canonicatibus ante ætates, de quibus hic, multo ergò fortius & conuenientius videtur voluisse non valere illas inferiorum, per Regulam quod Regula non licet maiori, ergo nec minori, nisi Papa dispenset: quo casu solet hodie apponi Clausula hæc: *Si Canonicatum, & prabendam huiusmodi dicto Oratori ante xxi. ætatis suæ annum conferri contigerit, cum primum illorum possessionem assecutus fuerit, litterarum studijs in aliquâ vniuersitate approbata, seu Collegio, aut Gymnasio, donec ad xxi. ætatis annum peruenerit, actu incumbere debeat, nec interim stallum in choro, neque vocem in Capitulo habere possit.*

C *Infero quod portio)* Hodie ex decreto Concilij Triden. portiones, &

præbendæ pari passu ambulant. Itaque vt prouisi de istis, ita de illis attigisse debent ætatem 14. annorum, *sess. 24. cap. 12. Versic. neminem de Reform.* licet aliud dicendum sit in dimidijs portionibus, vt notat Gonzalez *ad Reg.* VIII. *Cancell. §. 5. nu. 96.* vbi scribit appellatione portionis non venire dimidias portiones in materia correctoria & stricta, *cap. cui de non sacerdot. 27. vers. similiter de prabend. in 6.* Ex quibus efficitur, quod prouisio facta non habenti legitimam ætatem in beneficio requisitam esse nullam, *adde ea qua not. Flam. Paris. de Resignat. benef. lib. 4. quæst. 9. nu. 20. Azor. lib. 2. instit. moral. cap. 5. quæst. 12.* etiam in foro conscientiæ *P. ledesma in summa 2. part. tract. 7. cap. 27. conclus. 17.* Quod procedit etiamsi ad ætatem requisitam desit quoduis modicum tempus, vt vnus dies, vel hora: nam in his quæ à iure sunt determinata non licet arbitrari, *Nicol. Garcia tract. de benef. part. 7. cap. 4. nu. 84.* præsertim attenta dispositione Concilij Trid. quod habet decretum irritans, quod annullat actum & inficit titulum, & ipsam possessionem, *Flam. Paris. d. quæst. 9. nu. 28. & seqq.* 20 21 22

D *Tempus datæ*) Vide Mandosium *quæst. 12.* & Aegidium Bellam. *conclus. 754.* qui proposita quæstione, an minor tẽpore concessionis mandati de prouidendo, seu expectatiuæ, factus autem maior tempore vacationis, & acceptationis comprehendatur sub hac Regula, seu illi obstet, tandem pro affirmatiua resoluunt, eadem ratione moti, qua hic noster, videlicet quod in omni concessione tempus datæ inspici debent, *per text. eleg. in cap. si eo tempore de Rescript. in 6. & not. Io. And in cap. factũ legitime de Reg. iur. in 6. Gigas de Pensio. quæst. 22. nu. 16. & seqq.* In nominationibus tamen graduatorum aliud est: quia non graduatus tempore nominationis potest graduari tempore prouisionis vt Sc^to Pariensi ostendit Paponius *lib. 2. Placitorum tit. 5. arrest. 16.* Idemque esse in Precistis seu Nominatis à Cæsare ad Primarias Preces, vt sufficiat attigisse ætatem in beneficio requisitam tempore. vacationis seu illius acceptationis ostendi ad Indultum Ferdinandi II. Imp. hodie fœliciter regnantis. 23 24

Argumenta in Reg. XVIII. INNOCENTII VIII.

1. Ista Regula iuuenta est ad obuiandum fraudibus hominum, Ordinarias, & Expectantes circumducere cupientium.
2. Effectus clausulæ *Vel quouis alio modo vacet.*
3. Si beneficium impetratur expresso vno modo vacandi, cum clausula *Vel quouis alio modo* etiamsi nõ vacet primo modo expresso sed alio, an nihilominus subsistet impetratio? & nu. 23.
4. Impetrans beneficium à Papa per verum modũ vacandi, præfertur alij nõ exprimenti.
5. Lapsus si resignet suum beneficiũ & ex alia

alia infirmitate moriatur. an sit locus huic Regulæ?

6. Infirmus in Curia si resignat cum derogatione istius Regulæ, an resignatarius iste debeat obtinere si infirmus superuixerit per xx. dies, an alius cui fortè Papa prouidit seu reseruauit istud beneficium per obitum futurũ. & nu. 31.

7. Dies de qua in hac Reg. vt intelligatur.

8. Dictio infra de qua etiam hic qualiter accipiatur.

9. Hæc Regula auctior facta est per nouissimos Pontifices, & in quo.

10. An hæc Regula locum obtineat in Cardinalibus: negat Mandos. affirmat Gomes.

11. Regula hæc comprehendit quoq; familiares Cardinalium & Papæ.

12. Exempti & Exemptæ sub hac Regula comprehenduntur.

13. Quod hic de beneficijs, idem etiam in dignitatibus obtinet.

14. Quæ requirantur vt huic Reg. locus sit.

15. De qua infirmitate loquatur hæc Regula.

16. Qui casus sub hac Reg. non includantur.

17. Hæc Regula an comprehendat casum quo quis intra xx. dies mortuus est à die factæ per eum resignationis, si supplicatio per alium absque mandato porrecta, sit à Sanctiss. signata? ante obitum resignantis.

18. Cui incumbat onus probandi ad effectum huius Regulæ.

19. Regula hæc an locum habeat in beneficio patrimoniali, an in præceptorijs, an in beneficijs iuris patronatus, quid in beneficijs Regularibus? quid in Commenda, quid in renunciatione seu translatione pensionis, quid in vnione, quid in reseruatione beneficij reseruatis fructibus. Quid in beneficijs Consistorialibus? Quid in officijs Curiæ Romanæ? Quid in cessione iuris? ibi remissiuè.

20. An hæc regula locum obtineat in resignatione coram Ordinario?

21. Præsupposito Regulam habere locum in Ordinario, quo casu beneficium vacat per obitũ, an ordinarius beneficium illud conferre possit, an vero, collatio spectet ad Papam? Beneficia resignata in Curia sunt reseruata?

22. Quando collatio Papæ seu manus appositio eiusdem non est sortita effectum non inducit affectionem, nec tollit Ordinarijs ius conferendi.

23. Regula hæc non inducit reseruationem.

24. An Regula hæc procedat in permutationibus, & quibus?

25. Successio in Ecclesia Dei, semper odiosa & damnata.

26. Clausula *Quouis modo vacet* &c. an comprhendat casum mortis. deque illius clausulæ vi & efficacia.

27. Vt derogatio huius Regulæ vim habeat debet esse specialis.

28. An derogatio huius Regulæ facta per Papam vel eius legatum præiudicet nominatis vniuersitatum si resignans infra xx. dies moriatur in mensibus eis deputatis?

29. An percussus si resignet suum beneficium & ex alia infirmitate moriatur, sit locus huic Regulæ.

30. Quomodo probetur quem mori ex antiqua vel noua infirmitate.

31. Ex eadem infirmitate quis mori præsumitur nisi coutrarium probetur.

32. Quid si alius casus eum è medio tollat quem alioqui constabat ex priori infir-

Regula XVIII. INNOCENTII *VIII.* & PAVLI V.

DE VIGINTI, SIVE DE INFIRMIS BENEFICIA SVA RESIGNANTIBVS.

ITem voluit quod si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium siue simpliciter, siue ex caussa permutationis * & postea infra xx. dies de infirmitate decessit, ac ipsum beneficium conferatur; per resignationem sic factam, collatio huiusmodi nulla sit, ipsumque beneficium per obitum vacare censeatur.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *IN ista regula dicitur, quod si vnus infirmus resignat beneficium suum simpliciter, vel ex caussa permutationis, & intra viginti dies de ipsa infirmitate decesserit, quod censetur illud beneficium vacare per obitum & non per resignationem, etiamsi fuerat collatum per resignationem. Ista regula venit ad obuiandum malitijs hominum, maxime Curialium: quia si infirmus credebat se euadere non posse, resignabat beneficium in fauorem* 1 B *alicuius, & sic quodammodo videbatur defraudare exspectantes Apostolicos, vel Ordinariorum: & quod posset quodammodo facere testamentum de beneficijs suis. Et ideo princeps qui potest facere fictionem pro veritate, vt plenè prosequitur Bart.* in l. si is qui pro emptore: ff. de vsu cap. *fingit istud beneficium vacare per mortem, & non per resigna-*

resignationem vt *hic. nam licet vere vacet per resignationem etiam ex caussa permutationis factam* vt in c. I. de rerum permut. lib. vj. *tamen propter fraudem censetur vacare per mortem & collatio facta per resignationem non valet* vt hic: *sed per mortem valeret. & ista Regula venit contra c. susceptum de rescript. lib. vi. vbi dicitur in secundo responso, quod si vnus impetrat beneficium per verum modum vacandi, & alius non, etiamsi sit primus, tamen secundus debet habere. Sed hic dicitur contrarium, propter fictionem principis qua habetur pro veritate* vt in d. l. si is qui pro empto et c. is qui de sponsal. *Si tamen ille qui impetrauit secundum veritatem, id est, per resignationem, exprimeret* vel alio quouis modo vacauerit, *tunc videbatur quod etiamsi vacet per obitum censeretur bene impetratum beneficium, non obstante hac Regula* & hoc per gl. in verbo expressè in d. c. susceptum. in I. respon. *hoc tamen ego crederem verum, si non appareret de alio impetrante per mortem, secundum istam regulam: & hoc probo per ea qua dicit Lapus* ad limitationem dicti c. susceptum in allegatione LXXXIX. *refert Domini.* in dicto c. *& sic intelligo decisionem Rota dicentem, si beneficium impetratur expresso vno modo vacandi cum clausula* quouis alio modo vacet, *quod etiam si non vacet primo modo expresso, sed alio modo, nihilominus venit per illam clausulam* quouis alio modo, *dummodo per eandem personam vacet,* vt dicit decisio XXVII. quæ incipit. Item si mandetur alicui prouideri: *quia hoc est verum, nisi alius impetrauerit per verum modum vacandi, per prædicta.* 2 3

Et hoc intelligo verum, quando iste modus impetrandi, scilicet vel quouis modo *&c ponitur in beneficio vacaturo, secundum primum responsum dicti c. susceptum; secus de iam vacante. Pono exemplum de primo etiam in terminis huius regula: si beneficium vacauit per resignationem infirmi, & tu impetras per resignationem fiendam vel alio quouis modo vacauerit: qua clausula rarò solet dari per dictam deci. & ille moriatur infra xx. dies: & tunc ego impetro per mortem, & dico quod ego debeo tibi praeferri, quia impetraui per verum modum vacandi, etiamsi tu habeas vel quouis alio modo vacabit* per dictum Lap. & Domi. in d. c. susceptum *& hoc ideo quia erat beneficium vacaturum & Papa non intendebat dare tibi per istam Regulam, cui solet expressè derogare. sed in beneficio iam vacanti, secus est. Nam si tu impetras per mortem Titij, beneficium cum clausula* quouis alio modo, *& ego impetro pro eius permotionem ad Cathedralem, qui est verus modus vacandi, certè in hoc casu videretur quod tu debeas praeferri mihi, & hoc ideo, quia quando genus venit verificandum in vna re tantum, tunc dicitur specialis gratia, & non generalis. & praefertur specialis & iste est casus singularis* cum gl. fin. in c. ex parte Io. I. de offi. deleg. & ibi no. Abb. & allegat Bald. in l. quæsitum ff. de fund. instruct. *& hoc intelligo verum, maximè quando non poterit verificari prima gratia in secundo vacaturo, alias secus,* & hoc per c. dudum cum gl. & ibi dicit Dominic. de præbend. lib. vj. *ex quo limitabam aliam decisionem Rota dicentem, quod cap. susceptum non habet locum in acceptatione, quia est declaratio voluntatis &c*: vt dicit decisio CCXXVIII. quæ incipit Item licet impetrās. *quia hoc habet verum,* 4

 nisi

nisi apparet alius nouus prouisus per verum modum vacandi per dictum c. & hoc facit decis. cccxxxvi. quæ incipit. Item si mandetur mihi prouideri. *Et quia gratia istius acceptantis poterat verificari in secundo vacanti, ideò genus suum non præfertur speciei,* vt dixi per dictum c. dudum. *Et iste casus quotidie fuit in Rota practicatus. hoc ego allegaui pro vno, scilicet quod etiamsi primus impetrauit vere, cum clausula* quouis alio modo: *& in secundo per verum modum vacandi, quod præfertur primus in vacanti: secus in vacaturo: nisi posset sibi imputari subreptio vel malitia, & propter has cauillationes solet hodie poni in supplicatione clausula* siue quouis alio modo vacet per eandem personam vel aliã &c. *nescio tamen quod practicauerit Rota.*

F *Item inhærendo verbis huius regulæ fui interrogatus in curia, quod si vnus fuit percussus, sed non erat spes mortis, & resignauit beneficium suum, tandem mortuus est intra xx. dies, sed non ex illa infirmitate, sed quia fecit rem cum pulchra muliere itaque medici dicunt quod non ex percussione, sed ex alia infirmitate mortuus fuit, an habeat locum ista regula? & prima facie dicebam ego quod non, propter verba regulæ ibi* de ipsa infirmitate *& allegabam glos. & doct.* in l. 1. C. de emenda. seruo. & in cap. 2. de clerico percus. *quia ipse non decessit infra triduum, nec infra breue tempus, ergo &c: sed in hoc dicebam quod esset standum iudicio medicorum* arg. l. septimo mense ff. de statu hom: & cap. proposuisti de probationibus. & ibi dicunt Docto. in c. fraternitatis. de frig. *tamen nescio an fuerit decisum.* 5

G *Item sciendum quod si hodie in Curia vnus est infirmus, & vult renuntiare beneficium & petit derogari huic regulæ, & vbi sunt fauores Papa derogat, sin autem minime, imò datur illud beneficium vacaturum per mortem illius futuram, & tunc esset dubium, an iste qui sperauit per resignationem debeat obtinere, si infirmus superuixerit xx. dies: an iste qui impetrauit per obitum futurum, in cuius fauorem Papa reseruauerat illud beneficium? & certè ego dixi quod ille primus: quia ille erat verus modus vacandi, & vacauerat: tamen secunda reseruatio erat ampla, & cum clausula* quouis alio modo *&c: & Papa reuocauerat omnes prouisiones quas fecerat de illo beneficio, & refero me ad bullam, & ad veritatem.* 6

H *Item quia hic dicitur, si infra viginti dies moriatur &c: debet intelligi de die naturali scilicet xxiiij. horarum* arg. l. more Romano. cum gl. ff. de ferijs *licet dies dicatur quidam solaris, quidam lunaris, & quidam naturalis, & ibi notatur & multipliciter capiatur dies* vt, no. gl. in c. ij. de feri. *tamen in hoc casu crederem quod computatur* 7

I *de momento ad momentum* faciat glo. in cle. sicut de appellat. & decis. Rotæ, decisione ccvii. quæ incipit. Item quod terminus octo dierum. *& credo quod sic intelligat Rota, & non de diebus artificialibus, & ista dictio* infra *hic posita includit vtramque diem de momento ad momentum,* faciat gl. in cle. sicut de Appell. & decis.

K Rotæ, decis. 207. *& credo quod sic intelligit Rota & non in diebus artificialibus. Et ista dictio* infra *hic posita includit vtramque diem de momento ad momentum* faciat glo.

glo. in clem. quamuis de appell. in verbo infra dictum. & *quod dicit Io. And.* in c. præterea de app. *Licet in rei veritate non esset absonus intellectus quod intelligeretur de die artificiali: quia ista regula est odiosa: sed credo cõtrarium practicari in curia.* L

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A IN *ista Regula*) Notandum hanc Innocentij Regulam auctiorem esse factam per alios nouissimos Pontifices, nimirum Hadrianum VI. Clementem VII. 9
Iulium II. quos exinde ad nostra vsq; tempora secuti sunt alij: Nam post vocem ***permutationis*** adiecta vides in modernis Regulis sequentia parenthesi inclusa (***vel alias dimiserit aut illius commendæ cesserit, seu ipsius beneficij vnionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis dum esset sanus signatæ***) & postea ***infra xx. dies*** (*à die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos*) ***de ipsa infirmitate decesserit ac ipsum beneficium (quauis auctoritate) conferatur, per resignationem sic factam*** &c. quas clausulas maximæ esse inergiæ in progressu Scholiorum facilè deprehendes.

Verùm: quia huius Regulæ vsus nedum vtilissimus est, sed & frequentissimus, vt post Gomes. *hic in præfat.* scribit Flam. Paris. *tract. de Resignat. benef. lib. 12. in præfat. nu. 1.* illiusque disquisitio longe lateque apud DD. pateat, non alienum putaui ab instituto meo, si priusquam Gossographi nostri glossema enodandum assumam, breuiter attingam ac potius perstringam quæstiones quæ à Doctoribus nostris longis ambagibus & sinuosis anfractibus passim tractantur. Quærunt igitur in explicatione huius Reg. Mandosius, Gomesius, Rebuffus, Auctor Analytici Commentarij, alijque non pauci, an Regula hæc locum obtineat in Cardinalibus infirmis resignantibus? & videtur quæstio dependere ab alia nimirum an Cardinales comprehendantur sub Regulis Cancellariæ? quam contra Felij. *in cap. aures nu. 12. de Rescript.* & Gomesium *hic* aliosque Mandosius *quæst. 2.* soluit negatiuè, motus maxime auctoritate Barbatij *consil. 23. nu. 18. vol. 1. & in tract. de præstan. Cardin. quæst. 7. in fi.* scribentis, Cardinales non ligari Regulis Cancellariæ, quæ sunt odiosæ & exorbitantes. Vnde propositam quæstionem principalem etiam resoluit negatiuè aduersus Gomesium: ad cuius argumenta diuersis rationibus respondet. Contraria tamen opinio in qua residet Gomes. *d. loco* videtur verior & magis communis *per not. Flam. Paris. d. lib. 12. quæst. 4. nu. 7.* Igitur multo magis Reg. comprehendet illorum familiares, imò & Papæ familiares, cum illius dispositio quæ 11
generalis est extendatur etiam ad personas alias priuilegiatas *Bald. in l. in fraude §. si quis ff. de testam. Mil. Dec. cons. 5. & cons. 120. Flam. Paris. d. lib. 12, quæst. 5. nu. 21.*

nu. 21. Quò fit vt ex sententia Gomesij *quæst. 5. & 6.* Flam. Parisij. *d. quæst. 12. nu. 6.* (licet ab istis dissideat Mandos. *quæst. 3. vt dixi*) etiam exempti & exemptæ, quales sunt Abbas. & Abbatissa sub hac Regula comprehendantur. vnde 12
tales habentes dignitates collatiuas quæ (exceptis ijs quæ sub Concordatis comprehenduntur) renunciari possunt, ligantur etiam dispositione huius Regulæ; quæ licet loquatur de beneficijs, nihil tamen vetat quo minus ex identitate rationis dignitates etiam includat, *glo. in cap. 1. de Reg. iur. in 6. l. postulauerint §. ratio ff. de adult. l. illud vbi glo. ad l. aquiliam. Pet. Rebuff. ad hanc Reg. in addit. in verbo aliquod beneficium.* Vnde sequitur quod si Abbas, vel Abbatissa infirma, de 13
facto resignauerit, & infra viginti dies de eadem infirmitate decesserit, poterunt moniales vel monachi liberè eligere, vbi tamen vigent Concordata &c.

Notandum porrò, vt huic Reg. locus sit, requiri quod quis resignauerit: non 14
enim satis est si resignare promiserit, vel ad resignandum procuratorem constituerit *Rebuff. in praxi ad hanc Reg. glo. 3.* sed requiritur, quod consensus ipsius resignantis, vel sui procuratoris in loco vbi fit resignatio, interueniat, quodque eiusmodi resignatio sit admissa, vel per Papam, vel per Legatum, aut ordinarium, vel alium *Rebuff. d. tit. glo. 10. nu. 2. & glo. 12. nu.* 1. quod intellige iuxta ea quæ infra scripsi nu. 17. quæ lucem dant huic articulo.

Verùm, quod dixi de infirmitate, intellige, vt non præcisè requiratur infir- 15
mitas tempore quo sit, & expeditur mandatum, vel instrumentum mandati ad resignandum, quamuis videatur hoc sentire Gomes. *hic quæst. 12.* qui scribit quod omni tempore debet qualitas infirmitatis adesse, alias valet per resignationem. quid enim si sanus hoc facit, & instrumentum penes se seruat, vel non leuatur, sed manet in matrice Notarij, donec accidente infirmitate leuetur, vel tradatur cursori? tum locum fore huic Regulæ scribit Auctor Analyt. Comment. *ad hanc Reg. nu. 326.* quæ loquitur de resignatione facta, vel executa contemplatione infirmitatis, qua resignans correptus est: Secus ergo si sanus non solum confecit, sed etiam tradidit, & misit instrumentũ Romam, deinde currente veredario resignans equo decidat, aut gladio vulneretur, aut alias inopinatâ infirmitate corripiatur, & inde moriatur, & postridie resignationis admissæ, vel deinceps, infra tamen dies viginti, tunc enim non erit locus huic Reg. nec beneficium vacabit per obitum, quia tum cessant fraudes, & rationes finales huius Reg. nimirum hæreditaria beneficiorum successio, & studium fraudandi ordinarios à collatione sua: sed hodie attenta appendicula suprascripta *nu. 9.* res non patitur difficultatem. Itaque frustra hic quærunt interpretes de qua infirmitate hæc loquatur Reg. an de graui, an verò etiam de leui infirmitate? de quo videto Mandos. *quæst. 5.* & Gomes. *quæst. 28.* qui concludunt Regulam loqui de omni infirmitate, quod & probat Flam. Paris. *d. lib. 12. quæst. 6. in pr. nu. 8.* maximè attentis verbis appendiculæ, ibi, *etiam vigore supplicationis*

dum

dum esset sanus signata; & proinde quomodocumq;, & quandocumq; quis sit infirmus, imò etiamsi non sit infirmus, sed post consensum per se, vel procuratorem præstitum moriatur infra xx. dies, locus erit huic Regulæ, hoc est beneficium vacabit per obitum, & non per resignationem, quamuis ab intio esset sanus, vt patet ex dictis verbis appendiculæ constitutionis, quæ est Clementis VII. ibi *etiam vigore supplicationis &c.* & proinde pro nihilo sunt diuersæ diuersorum Doctorum limitationes huius Reg. videlicet de sene alias sano, de qua Mandos. *q. 4.* Gomes. *q 7.* item de resignatione amentis extra tempus delirij de quo Auctor Analyt. Comment. *ad hanc Reg. nu. 347.* Gomes. *quæst. 10.* item de constituto in periculo mortis, puta tempore tempestatis, prælij, contagionis, de quo Gomes. *quæst. 8.* Rebuff. *in praxi ad hanc Reg. glo. 2. nu. 14.* istæ, inquam, limitationes planè iam corruunt, propter dictam Clementis VII. appendicularem constitutionem.

Cęterū, hæc Reg. limitari potest primo, vt non habeat locum in morte ciuili, puta si quis resignauit, & infra xx. dies à consensu præstito vxorem ducat, vel cucullam monasticam sumat, vel aliud incompatibile beneficium assequatur: nam tum non vacabit beneficium ex dictis causis, sed per resignationem, nec erit locus huic Reg. nam statutum loquens de morte, intelligitur de naturali, nec extenditur ad ciuilem *glo. & text. in cap. susceptum de rescript. in 6. Oldr. cons. 284. in fi. Alex. cons. 139. nu. 4. lib. 2.* Quò fit, vt non habeat locum in institutione facta ab Ordinario, vt si patronus præsentauerit ad beneficium vacans per resignationem, si resignans moriatur ante xx. dies, poterit iterum præsentare, quia non præsentauit in casu mortis; & prima præsentatio est nulla, ergo non præstabit impedimentum alteri præsentationi, licet aliud consuluerit Decius *consil. 224.* cui respondet Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 17. nu. 5.* 16

Secundò, limitatur vt non procedat in vacatione, quæ fit per sententiam hominis priuatiuā, vt cum accusatus resignat metu sententiæ priuatiuæ, per ea quę latè tradit Auctor Analyt. Comment. *ad hanc Reg. nu. 367. & 370.* & Rebuff. *in addit. ad hanc Reg.* secus autem si priuandus renuntiat, cum esset in carceribus, &c. postea moriatur intra xx. dies, quia tunc habebit locum hæc Regula. *Flam. d. lib. 12. quæst. 6. in fi.*

Quæro vlterius, quid si Sempronius vel alius absque mandato curet signari per Sanctiss. supplicam resignationis Titij in infirmitate aut etiam sanitate constituti in Mæuium d. Titij nepotem, idemque Titius postea sed intra xx. dies constituat Gaium procuratorem in Vrbe ad resignandum, & consentiendum &c. & moriatur intra dictos xx. dies, an sit locus huic Regulæ, vt scilicet beneficium eius censeatur vacare per obitum? Videtur quod sic, propterea quod absque mandato supplica sit signata & mortuus sit intra xx. dies. Contrarium tamen videtur verius; sed cum distinctione sequenti. Aut Titius postea fuit 17

conſcius dictæ, ſupplicæ reſignationis ſignatæ ratamq; illam habuit; & tum non eſt dubium quin ſubſiſtat reſignatio etiamſi poſt mortem dicti Titij, Gaius procurator conſenſerit: quia ſufficit quod conſenſus quandocumque interueniat, *Flam. Pariſ. de Relig. benef. lib. 6. quaſt. 5. nu. 47.* qui conſenſus retrotrahitur ad diem datæ ſupplicæ *Caſſad. deciſ. 1. de Renunciat.* modo tamen medio tempore, hoc eſt ante conſenſum præſtitum pœnitentia reſignātis non ſuperuenerit *Flam. Pariſ. d. tract. lib. 1. quaſt. 12. nu. 30.* quia poteſt pœnitere, etiamſi ſupplicatio ſit ſignata datata & regiſtrata *Flam. Pariſ. d. lib. 1. quaſt. 12. nu. 30. & 41.* Aut non conſtat quod Titius fuerit conſcius dictæ reſignationis, ſignatæ ſed ignorauit, vel dubitauit & conſtituit & obijt intra xx. dies, & tum ſi mandatum conſtitutionis in perſonam Gaij habeat clauſulam ad conſentiendum ſupplicationi ſignatæ vel ſignandæ ſubſiſtet reſignatio & ceſſabit hæc Regula, *Flam. Pariſ. d. tract. lib. 9. quaſt. 8. nu. 19. & 20.* Nec obſtabit quod nullum fuerit datum mandatum Sempronio ad porrigendam ſupplicam reſignationis: quia ſupplica poteſt porrigi à quocumque abſque mandato, & poſtquam eſt ſignata poteſt dari mandatum ad reſignandum & conſentiendum ſupplicationi ſignatæ vel ſignandæ *Flam. d. loco & quaſt. 6. nu. 6.* & quæſt. 6. vbi ſcribit porrectionem ſupplicationis poſſe fieri, per quemcumque etiam abſque mandato ſpeciali & per litteras miſsiuas, licet ad præſtandum conſenſum Notarij Cameræ vel Cancellariæ illum non extenderent niſi conſtaret de mandato per publicum inſtrumentum *Rebuff. tit. de Procur. ad reſig. nu. 7.* id quod facient etiam poſt mortem, vt dictum eſt, reſignantis. atque hic caſus hodie controuertitur in Rota, cuius proinde deciſioni lubens acquieſcam. Sed aliud occurrit, quid ſi quis conſtituerit procuratorem ad reſignandum coram Papa, an poſsit interim reſignare coram Ordinario? reſpondetur negatiue, niſi tamen prius reſignationem inſinuaret procuratori & hæc propter eluſionem & variationem clericis maxime prohibitam *clem. Vna de Renunciat. Rebuff. ad Concord. Rub. de Regia ad Pralat. Nom. facien. §. 1. verſ. etiam per ceſsionem: verbo Notare debemus.* & ideo infert Abb. *in cap. cum olim col. 6. verſ. Quaro quid intendit de Re. iud.* quod ſi habens collationem beneficij à Papa, poſtea ab inferiore recipiat alteram ſuper eodem beneficio, Papa poterit illum priuare eo beneficio quia eſt quædam ingratitudo & deluſio erga ſuperiorē propter quas inducitur. legitima cauſſa priuādi eum, & in hoc caſu non debet multiplicari titulus *Felij. in c. in noſtra coll. 3. verſ. Titulus multiplicatur de Reſcript. Rebuff. dicto loco.*

Diſquirendum quoque eſt cui incumbat onus probandi ad effectum huius Regulæ, hoc eſt, an ei qui dicit infirmum reſignaſſe & obijſſe intra xx. dies, an verò ei qui dicit reſignationem validam? & quidem communi calculo receptum eſt onus probandi ei incumbere qui per exceptionem iſtius Regulæ quærit reſignationem infringere, Nam ex quo infirmitas ſeu mors ſit eius fundamentum,

tum,illam probare debet, *l. qui accusare C. de Edendo, Gomes. ad hanc Reg. quaest. 36.* 13
Mandos. quaest. 6. Idque per clarissimas probationes: quia sumus in materia obiectiua,in qua opponitur de ista Regula,ad annullandam scilicet resignationem veram,quae proindè odiosa est & strictè interpretanda, *Flam. Paris. lib. 12. quaest. 7. Gomes. d. quaest. 36.* quem etiam vide quaest. 9. vbi quaerit quid dicendum in eo qui peste correptus est: & resoluit apponenti de Regula incumbere onus probandi mortuum obijsse post xx. diem, cum resignatarius habeat intẽtionem fundatam in iure, quod ita praesumatur mortuus post xx. dies: eo quia quaelibet infirmitas praesumatur durare longo tempore, saltem per annum, vt multis probat Gomes. *d. quaest. 9.* cuius opinionem quadamtenus reprobat Mandosius *quaest. 7. nu. 6. in fine.* quibus rationibus videto.

Illud denique antequam veniam ad glossema nostri Alphonsi, obiter considerandum (obiter inquam, & remissiuè, quia si singulas quaestiones suis momentis trutinare hic deberem, volumen tantum non implerent huius Regulae Scholia) igitur cõmunis est opinio, omnia beneficia cõprehendi sub hac Regula *Rebuff. hic gloss. 5.* Sed an beneficia patrimonalia? locum etiam in ijs habere Regulam concludit Mandosius *ad hanc Reg. quaest. 15. nu. 10. in fi.* & Flam Paris. *d. lib. 12. quaest. 3. nu. 10.* Gomes. *quaest. 21.* Quid in Praeceptorijs? vide Mandos. *hic quaest. 20.* vbi resoluit pro affirmatiua, si praeceptoriae sint perpetuae & datae in titulum perpetui beneficij, alias secus: licet postea indistinctè velit eiusmodi resignationes praeceptoriarum, quae fiunt in Curia, cadere sub dispositione huius Regulae. Quid in beneficijs Iurispatronatus? vide *Gomes. q. 17.* & Flam. 19
B Paris. *d. lib. 12. quaest. 3. nu 28.* azorium *lib. 7. Inst. moral. cap. 28. vers. sext. quaeritur.* vbi concludunt pro affirmatiua. Quid in beneficijs Regularibus? locum esse Regulae scribit Anast. Germonius *in suo tract. de Indultis Card. §. Regularia nu 33. Reb.* ad hanc Regulam *glo. 5. in fine.* Quid in commenda? vide Flam. Paris. *q. 13.* & Rebuff. *d. tit glo 7.* vbi scribit cõmendatarium morientem intra xx. dies, sub hac Regula comprehendi, praesertim cum Regulis posteriorum Pontificum expressè nominentur, vt videre est in supradicta appendice. Quid in renunciatione, seu translatione pensionis? vide Gomes. *quaest. 16.* Mandos. *quaest. 11.* Flam Paris. *d. cap. 3. nu. 53. & lib. 6. quaest. 4. num. 34.* qui resoluunt pro negatiua. Sed hodie, attentis dictis nouissimis Regulis res est explorata, vt sub hac Regula includatur. Quid in vnione? vide eundem Mandos. *quaest. 10.* Gomes. *quaest. 15.* Flam Paris. *d. quaest. 3. nu. 47.* vbi contra Gomes. resoluit pro affirmatiua, & meritò, sed in dictis nouissimis Regulis clarum est vnionum dissolutiones comprehendi. Verum quid dicendum in resignatione beneficij reseruatis fructibus? vide Mandos. *quaest. 14.* & Gomes. *quaest. 20.* & Flam. Paris. *d. lib. 12. quaest. 5.* & Auctorem Analit. Commentarij *ad hanc Regulam nu. 323.*
C vbi contra Gomes. scribit pro affirmatiua. Quid in beneficijs consistorialibus? vide

vide Flam. Parif. *de Resignat. lib. 12. quaest. 3.* Quid in officijs Rom. Curiae, quae vendi possunt? idem Auctor Analit. Commentarij *nu. 424.* etiam contra Gomes. *hic quast. 22.* respondet pro negatiua, quam in Gallia seruari scribit Pet. Rebuffus ad hanc Reg. *in addit. in verbo aliquod beneficium*: & ratio est, quod haec Regula loquatur tantum de beneficijs Ecclesiasticis. Quid in concessione iuris? vide Flam. Paris. *de cap. 3.* vbi esse locum huic Reg. scribit; sed quibus rationibus, videto. Postremo quid in beneficijs reseruatis, litigiosis & ijs quae electiua dicuntur? consule Azorium *lib. 7. Instit. moral. cap. 28.* vbi cum Rebuffo sentit Reg. hanc in his beneficijs locum obtinere.

B *Vel Ordinarium*) An adstringantur dispositioni huius Reg. resignantes coram Ordinarijs? vide Auctorem Analit. Comment. *ad hanc Reg. nu. 22. & seqq.* & Paponium *lib. 3. tit. 2. arresto 1.* qui contra Rebuffum *in praxi tit. de infirmis benef. resig. glo. 12. nu. 3. & in tract. Nominatio. quaest. 16. nu. 18.* Mandosium *quaestio. 16.* Gomes. *quaest. 26.* Flam. Paris. *d. lib. 12. quaest. 5. num. 8.* VVamesium, *consil. 257. nu. 12. de Prebend.* Azorium *lib. 7. Instit. moral. cap. 26. vers. Quarto quaeritur.* scribunt Regulam hanc non habere locum in Ordinarijs, quae opinio licet tanti Senatus auctoritate munita sit, tuta mihi non videtur, praesertim propter Regulae verba, *quauis auctoritate*, *Flam. Paris. d. quaest. 5. nu. 8.* Sed Renatus Chopinus nodum hunc ita soluit. Aut vltronea est spontaneaque Ordinarij collatio, tunc Regula haec, quae edita fuit ipsius fauore, non est in eius odium detorquenda, nec eo casu custodiri debet *ex Sc.to Parisiensi anno 1550. & Decij responso 224.* aut coacta est, & necessaria collatio, vtpote in fauorem vel ex caussa permutationis, tunc Regulae in Ordinario locum fore decreuit Senatus Parisien. pridie Natiuitatis 1552. Verùm, sepositis exemplis, per quae non est 20

21 iudicandum, & supposito contra Paponij, & Auctoris Analyt. Comment. *nu. 35.* opinionem, quod resignatio esset facta coram ordinario, quodque infirmus obierit infra xx. dies, quo casu beneficium censetur vacare per obitū, iuxta communem, dubitatur nunc an Ordinarius possit eiusmodi beneficium tanquam per obitum vacans conferre, an vero collatio ad solum Papam pertineat? Hanc quaestionem in vtramque partem discutit Gomes. *hic quaest. 33.* & tandem resoluit Ordinarium eiusmodi beneficium conferre posse, dummodo resignatio facta sit extra Curiam, alias si per resignantem, vel procuratorem facta sit in Curia in fauorem alicuius, collatio esset Papae reseruata, & poterit per quemcumq; impetrari, *Lud. Rom. consil. 342. Rebuff. in Addit. ad hanc Reg. in fi. Flam. Paris. de Resig. lib. 12. quaest. 10. nume. 4. & seqq.* Sed, huic opinioni aduersatur Auctor Analyt. Commentarij *vbi supra nu. 285.* scribens Ordinarium posse, vi & in consequentiam huius Regulae conferre per obitum, etiamsi resignatio facta sit in ipsa Romana Curia, etiam personaliter per ipsum resignantem tunc ibi residentem (si tamen extra Curiam & vicina loca mortuus sit ita quod obitus non contin-

non contingat in Curia iuxta cap. præsenti de Præbend. in 6.) nam per hanc Regulam non solum resignatio in manus Papæ facta, sed etiam collatio per eum facta resoluuntur & annullantur indistinctè, & beneficium censetur vacare per obitum absolutè, ac si nunquam resignatum fuisset. Nec obstat, quod omnia beneficia in Curia resignata, sint reseruata, *c. 2. de Prabend. in 6.* (quam tamen reseruationem Galli non admittunt) & in Curia vacare dicuntur, *cap. 2. de Prabend. in 6.* etiamsi constitutio procuratoris alibi facta sit, *Simonetta tract. de Reseruat. quæst. 28. Archid. & Io. And. in Clem. 1. verbo Collatio, vt lite pend. Rota decis. 4. de Prabend. in antiq. Put. decis. 36. incip. fuit dictum in vna ad fi. libr. 2.* quam opinionem dicit communem Flam. Paris. *d. quæst. 10. nu. 4.* tum quia hæc Regula expressè disponit, quod beneficia huiusmodi quauis auctoritate resignata censentur vacare per obitum; tum quia quando collatio Papæ seu manus appositio eiusdem, non est sortita effectum, non inducit affectionem, nec tollit Ordinarijs ius conferendi *Feli. in c. vlt. in fi. de Præsumpt. Abb. in c. Inter dilectos nu. 10. de Excess. prælat. Anch. cons. 58.* tum denique, quia Regula ista nullam reducit reseruationem, *Gomes. ad hanc Reg. quæst. 33.* Ex quibus concludo beneficium in Curia resignatum & vacans per obitum iuxta dispositionem huius Reg. non esse reseruatum, & posse libere per Ordinarium conferri, & acceptari per acceptantes, & ita quotidie videmus Leodij, & in vrbe practicari. 22 23

C *Ex caussa permutationis*) Quod Regula hæc procedat etiam in permutationibus tradunt omnes. sed dissensus est de quibus, an in æqualibus locum habeat tantum, an verò etiam in beneficijs inæqualibus seu imparibus? Nam Gomesius *quæst. 19.* censet & concludit Regulam hanc non procedere, quando infirmus permutat cum beneficio æquali & pari, quo casu dicit cessare Regulam, & non censeri beneficium vacare per mortem, sed subsistere renunciationem factam ex caussa permutationis, etiamsi intra viginti dies moriatur. Ratio est, quia Regula hæc pœnalis est, & exorbitat à iure, ideòque restringi debet ad casum vbi fraudis suspitio est, qualis non est quando cum infirmo permutantur beneficia æqualia: neque præsumendum est quod tum voluerit infirmus permutare in fraudem ordinariorum vel exspectantium, contra quam dicitur cum permutat beneficium pingue pro tenui. quia in tali casu dolus arguitur & fraus *Imola in C. filia mea & ibi Bald. ff. solut. Matrim. socin. cons. 83. incip. Miror & cons. 53. lib. 3. Oldrad. cons. 324. col. 3. Bellamera decis. 344. Io. And. in cap. 2 de Renunciat. in 6.* Atque in hanc sententiam videtur propendere Mandos. *quæst. 13. per tot.* Sunt tamen qui adstruant Reg. hanc procedere in quacumque permutatione æquali siue inæquali, siue fiat cum amico, siue cum extraneo: quorum sane opinionem existimem veriorem, & iuri magis consonam pluribusque præiudicijs confirmatam, quam probare etiam video Authorem Analyt. Comment. *ad hanc Reg. nu. 322.* & Achillem de Grassis *decis. 376.* & Flam. Paris. *lib. 12. de* 24

Resig. benef. quæst. 5. nu. 20. & seqq. Et ratio est, quia etiamsi supponamus quod Regula ista sit pœnalis & odiosa, vt vult Gomes. eòque strictè capienda sit ad casum fraudis, tamen certũ est mentẽ legislatoris attendẽdam esse, quæ non solũ fraudes excludere voluit, sed etiam prouidere ne beneficia fierent hæreditaria *Reb. d. tit. glo. 4. n. 6. Cassad. super Reg. decis. 31. & 32.* cum successio in ecclesia Dei sit semper odiosa & damnata *cap. ab abolendam cap. ad extirpandas de filijs. Præsbit.* 25
Concil. Trid. sess. 25. de Reformat. cap. 7. At verò, quando in dispositione plures deprehenduntur rationes, licet vna ratio cesset, aliæ adhuc considerantur, *vt docet idem Gomes. quæst. 21. & Cassad. d. loco. Flam. Paris. d. quæst. 5. nu. 21. & seqq.* præterquam quod si Regula hæc procedat in articulo fraudis, seu inæqualitatis beneficij ex qua fraus præsumitur, nihil operaretur: quia iam in euentum fraudis dispositum erat per cap. 2. de Renunciat. in 6. Cum ergò locus sit Regulæ indistinctè, non erit opus recurrere ad probationem circumstantiarum de quibus in d. cap. 2. nec fit præiudicium compermutanti, qui ipso iure remanebit in titulo & possessione pristina sine noua collatione iuxta opinionẽ quorundã, *Io. And. in cap. Si beneficia de præb. in 6. Decius in cap. cum Venerabilis 18. de exceptio.* quamuis Gomes. *d. q. 19.* contrarium teneat, & restringat hanc Reg. ad Resignationem infirmi ad casum de quò *in d. cap. 2.* vt rectè notauit idem Auctor Analytici Commentarij.

D *Bene impetratum*) Vide Gomes. *quæst. 34. in fi.* vbi concludit clausulam 26
vel alio quouis modo &c. comprehendere etiam casum mortis. tu illum consule, vt & Flam. Paris. *tract. de Resig. benef. lib. 12. quæst. vlt. nu. 23.* & Auctorem Analyt. Comment. *hic nu. 299. & 328.* qui postremus recedit ab opinione Gomesij, quibus rationibus & argumentis videto. Hoc tamen pro explorato est quod qui beneficium impetrauit adiecta d. clausula, non censeatur impetrasse si alio modo vacet ex alterius persona; quod & ostendit noster, infra ibi, ***dummodo per eandem personam***) quod limita nisi additum sit, quod plerumque addi solet, ***vel ex alterius cuiuscumque persona***, cum enim vacationis modus quilibet ac cuiuscumque personæ expressus intelligitur, vt resoluit senatus Sabaudiæ *in vna parochial. de Serublex 1588. 14. Kalend. Iulij* referente Ant. Fabro *in suo Cod. lib. 1. tit. definit. 1.* Aduerte tamen d. clausulam ***Vel alio quouis modo*** non facere validam Impetrationem in qua expressus sit omnino falsus vacationis modus, siue imprudẽter siue dolosè, vt puta si narratũ sit vacare beneficium per obitum eius qui nunquã obtinuerit, aut per incapacitatem resignatarij, cum non nisi facta in fauorem esset resignatio. Nam vt certus, ita verus vacandi modus, aut saltem qui verus esse posit, adeoque qui communiter verus esse putetur, omnino est exprimendus, Boer. *decis. 150. nu. 11. & 13.* ne obreptum subreptumque dici posit. An igitur nullius bono erit adiectio d. clausulæ? non erit, si bene

ſi beneficium eo qui expreſſus eſt modo vacauerit, non noceat Impetrâti, quod ab alio iam impetratum rurſus nouo modo, qui poſterioris impetrationis tempore probabiliter ignorabatur, vacare cœperit, atque ita quæſtionem hanc terminauit idem Senatus, eodem referente Fabro ad *d. tit. 2. definit. 4.*

E *Solet expreſſe derogare)* Nec etiam ſufficerent derogationes quantumuis generales Papæ, *Auctor Analyt. Comment. nu. 127.* 27

Sed an eiuſmodi derogatio per Papam vel ſuum Legatum facta in ſauorem & ſupplicationem priuati, præiudicet nominatis Vniuerſitatum, ſi reſignans de eadem infirmitate infra xx. dies moriatur in menſibus eis deputatis, conſule eundem Auct. Analyt. Comment. *nu. 130.* vbi latè, ſuo more, diſputat pro negatiua, licet ſub numero 141. & 164. tandem reſoluat melius facturos eos qui nominati ſunt, ſi acquieſcant derogationi Papæ, vel etiam ſui legati, etiamſi haberet in genere facultatem derogandi: cum de facto eiuſmodi derogationes tolerentur, etiam in præiudicium Ordinarij, vel patroni eccleſiaſtici: & poſtea parum ſibi conſtans ſub nu. 335. ſcribit & contendit nec Papam huic Regulæ derogare poſſe, quaſi eiuſmodi derogatio induceret reſeruationem, quæ prohibita eſt per Concilia & Concordata. Sed inſiſtamus opinioni communi, vti tutiori & receptiori, quæ etiam placuit Senatui Pariſienſi apud Io. Lucium *libr. 1. Placitorum tit. 4. arreſto 6.* 28

F *Non erat ſpes mortis)* Gomeſius *ad hanc Reg. quæſt. 11.* iſtam quoque quæſtionem accurratè diſcutit, & tandem pro negatiua cum noſtro Gloſſographo reſoluit: ſubijcitq; vt quis dicatur mori ex noua infirmitate, & non ex antiqua, debere hoc plenè probari per iuramenta medicorum & chirurgûm, quibus ſtari debet *per l. ſemel C. de Re. milit. lib. 12. cap. ſignificaſti 2. de homicidio Ang. Aret. ad §. præterea col. 2. Inſtit. de Rer. diuiſio.* & alias concludentes probationes *Rebuff. in praxi d. tit. glo. 9. & 11.* Et ratio eſt, quia præſumitur quis mori ex eadem infirmitate, niſi contrarium probetur *bart. in tract. de Percuſſ. bald. in cap. 1. Quib. mod. feud. amitt.* Vnde dicetur quis mori ex eadem infirmitate, etiamſi ſpecies puta febris vel aliûs morbi variauit, ſi tamen occaſione infirmitatis ſeu vulneris quo reſignans tempore reſignationis laborabat ſine interuallis recuperatæ ſanitatis laborabat, proceſsit, & in dubio præſumitur eadē infirmitas, vt notat idem Auctor Analyt. Comment. *nu. 8.* qui inſuper *nu. 9.* quærit an intret diſpoſitio huius Regulæ in eo, qui, verbi gratia, correptus febri, vel ſimili morbo, quo tempore reſignationis laborabat, veneno, lapſu, gladio, incendio, vel ſimili caſu ſublatus ſit infra xx. dies, & reſoluit, ſi conſtet talem infirmum omninò moriturum infra dictos dies ex priore infirmitate, locum eſſe huic Regulæ, quod apparere poterit ex opinione medicorum, cui ſtari debet, vt ante oſtenſum eſt: ſecus ergo ſi non erat moriturus. Hinc apud Fran. Marcum *deciſ. 1161. nu. 6.* ſcriptum legimus, Regulā hanc ceſſare in eo, qui tempore reſignationis detinebatur
29
30
31
32

infirmitate guttæ, vel podagræ, & post paulò casu obierit, vtputa quod lecto conciderit, vel simili; quia in eiusmodi euentibus cessabit depositio huius Regulæ. Sed hodie cum ex Constitutione CLEMENTIS VII. non requiratur infirmitas ab initio, hoc est tempore supplicationis præsentatæ, sed sufficiat si illa medio tempore, & in fine occurrat, & sic ante consensum, & post consensum, non est quod anxio & dubio calamo disquiramus, an quis ex noua, vel antiqua infirmitate mortuus sit, vt sit huic Regulæ locus. 33

G *Vbi sunt fauores, Papa derogat*) Hodie communiter, & de stylo derogatur huic Regulæ, quando resignans est absens à Curia vt dicit Gomes. *ad hanc Reg. quæst. 39.* Flam. Paris. *de resignat. benef. lib. 12. quæst. 14. nu. 2.* Sed an Legatus cum potestate derogãdi Regulis Cancellariæ, vel quilibet illo inferior cum eadem potestate, possit huic Regulæ derogare? In hac quæstione se diffundit Mandos. *quæst. 19.* & tandem concludit pro affirmatiua, pro qua etiam extat Placitum Curiæ Pariensis apud Paponiam *lib. 11. tit. 5. arresto. 14.* Hancque opinionem probat, & sequitur Flam. Paris. *d. lib. 12. quæst. 14. nu 4. & 13.* vbi etiam *nu. 8.* scribit Legatum de latere non posse derogare huic Regulæ: quia neque is, aut alius inferior potest tollere constitutiones, & decreta summi Pontificis *c. cum inferior de Maior. & obed. Mandos. hic quæst. 19.* nisi specialem, & indiuidualem habeat facultatem derogandi *Auctor. Analit. Comment. hic nu 127.* 34 35

H *Intelligi de naturali)*, Idem sentit Gomes. *q 38.* & Reb. *in praxi tit. de infirmis glo. 9. & rectè.* Nam cum Regula hæc vt existimat Gomesius, sit odiosa, & contra ius commune, restringi debet respectu odij, si verò tendit in fauorem resignantis, ampliari, *cap. odia de Reg. iur. in 6.* Neque enim nouum est, quod dispositio possit diuersis respectibus iudicari fauorabilis, & odiosa. *Bal. in l. venia post glo. C. de In ius voc. Decius Consil. 259. nu. 1.* Debent autem illi dies computari à die consensus præstandi (vt per nouissimos Pontifices statutum est, quod ante ostendi (siue consensus fuerit præstitus per procuratorem, siue per resignantem: nec sufficeret consensus per constitutionem procuratoris, sed requiritur quod consensus præstetur vbi fit resignatio, scilicet in Camera vel Cancellaria, *Rebuff. d. tit. nu. 2. Flam. Paris. lib. 8. ibi passim.* 36 37

I *Licet dies)* Vide Alciat. *in l. Vrbis, 2. §. cuiusque ff. de Verb. sig.* vbi tribus modis diem accipi scribit, & quidem aliter quam noster Glossographus. 38

K *De momento ad momentum*) Hac de re consule Flam. Paris. *d. lib. 12. de Resig. quæst. 8. nu. 7.* vbi scribit diem, quo præstatur consensus à resignante qui moritur intra xx. dies debere computari de momento ad momentum. quod & probat Fran. Marcus *Decis. Delphin. 1161. nu. 5.* Intellige tamen diem in quo per resignantem vel eius specialem procuratorem præstatur consensus, non computari in termino xx. dierum: quia terminus iste præfigitur per præpositionem A. quæ de sui natura excludit terminum à quo, *bart. bald. Castren. Alex. Ius. in l. 1. ff. Si* 39

1. ff. *Si quis cautio. Alex. conf. 86. in fi. libr. 7.* quibus adde Gomes. *hic quæst. 37.* Viginti ergo dies ab illo die præstiti consensus per resignantem intercedant necesse est, vt huic Regulæ locus sit: consensus dico per ipsum resignantem, si in Curia sit; aut per ipsius specialem procuratorem præstiti, qui expeditioni bullarum consenserit, & iurauerit, vt moris est secundum Reg. 43. Innocentii infra De benef. resig. in Curia. Licet ante tempora Ivlii II. qui hanc Innocentii Regulam innouauit & publicauit anno 1503. Nouemb. 28. eique primus addidit clausulam præscriptam *à die per ipsum resignantem præstādi consensus computandos* &c. dicti xx. dies inciperent currere statim à resignatione admissa, siue collatio esset facta, siue dilata. Denique aduerte quod dies obitus non sit habendus pro completo vt firmauit Rota *apud Flam. Paris. de resig. lib. 12. quæst. 8. nu. 23.* 40

L *Regula est odiosa*) Quod tamen absolutè verum non est, teste Gomes. *ad hanc Reg. quæst. 17. quem vide*: Nam & fauorabilem esse multis rationibus tenuit Flam. Paris. *de Resig. benef. lib. 12. quæst. 2. nu. 9. & seqq.* nec est absurdum eandem dispositionem diuersis respectibus fauorabilem & odiosam iudicari, vt prædixi. 41

Argumenta in Reg. XIX. Innocentii VIII. & Pavli V.

1. Non incolæ & exteri sunt capaces beneficiorum in Hispania si intelligant & sciant loqui idioma, accedente tamen Regis consensu.
2. Priuilegium datum absenti si non sit acceptatū seu habeat gratum, corruit.
3. An hæc Regula locum habeat in Ordinario. & nu. 14.
4. Hæc Regula pœnalis est.
5. Hæc Regula cessat si Papa prouideat alicui de parochiali ex certa scientia & motu proprio, & nu. 15.
6. Papa derogans huic Regulæ, non tamen Regulæ pen. de Expectatiuis, an censeatur vtrique derogare?
7. Hæc Regula ampliata est per Gregorivm XIII. & alios successores, & in quo.
8. Episcopatus, Archiepiscop. & Patriarchatus an sub hac Reg. comprehendantur, Aen. Syluius repulsam passus ad Canonicatum ob linguæ impertiā. Ibid.
9. An hæc Reg. locum habeat in ecclesia Commendata?
10. An comprehendat hæc Reg. Vicariatus perpetuos, & quid in beneficijs electiuis.
11. Quid in mandatis Apostolicis de prouidendo.
12. An sufficiat ad effectum huius Reg. intelligere, & loqui idioma tempore vacationis, an vero tempore concessi mandati.

13. Parochialis ecclesia quæ dicatur, & quæ beneficia curata.
14. Regula hæc locum obtinet etiam in Ordinario secundum aliquos.
15. In Gallia nec Ordinarius, nec legatus possunt alienigenis conferre.
16. An dispositio huius Reg. cesset cum Papa alicui prouidet ex certa scientia & proprio motu.
17. Cōcilium Trid. tollit expectatiuas.
18. Cessat dispositio huius Regulæ, quādo Papa dispensat.
19. Clausula in dispensatione adijci solita.

Regula XIX. INNOCENTII *VIII.* & PAVLI V.

DE IDIOMATE.

ITem voluit quod si contingat ipsum alicui personæ de Parochiali ecclesia * prouidere, seu mandare prouideri, vel Gratiam Expectatiuam cōcedere, nisi dicta persona intelligat, & intelligibiliter loquatur idioma loci vbi ecclesia huiusmodi consistit, prouisio seu mandatum & Gratia desuper quoad parochialem ecclesiam nullius sit roboris, vel momenti.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *IN ista Regula dicitur, quod si Papa concedit alicui gratiam expectatiuam, vel prouidet*
B *sibi de parochiali ecclesia, & ipse non intelligat idioma loci vbi ecclesia parochialis exi-*
C *stat, quod prouisio & gratia exspectatiua sit nulla, quoad parochialem. Ista regula facit contra vulgares, dicentes quod vnumquodque regnum habet hanc prærogatiuam, quod nullus ibi potest habere gratiam exspectatiuam, nec beneficium sine legitimatione Regis: quia hoc est vna truffa: nam si sciat loqui idioma intelligibiliter, & intelligat, satis est. Ex quo infertur quod in regno Hispaniæ, siue Castellæ, possunt habere sine licentia Regis benefi-* 1
cia, & Arragonenses, & Catalani, & Portugallenses; & etiam Ianuenses, si intelligant idioma & sciant loqui, etiam possunt habere parochiales, quia de alijs non est dubium per hanc regulam. Papa tamen Sixtus dedit vnam bullam motu proprio Regi Hispaniæ, quod in regno suo nullus forensis posset tenere beneficium sine eius consensu, & cassat omnes expectatiuas & impetrationes &c: & nunc est præsentata in vna caussa canonicatus Toletani in tertia instantia, sed forte illa bulla non nocet domino Episcopo Vintomiliensi actori Datario moderno: tum quia illa bulla non fuit deducta in vsum, imò fuit in abusum, & sic fuit perdita, per nota. in c. suggestum. de deci. & in c. accessissent de Constit.

tum

tum etiam, quia illa ecclesia Toletana, & ciuitas non est de regno Castellæ, propriè sumpto vacabulo, vnde Rex vocatur Castellæ & Legionis, & Toleti. nam est regnum de per se. ergo separatorum separata debet esse ratio &c: faciat ad hoc l. si eadem. ff. de asses. *Item quia quando aliquod priuilegium datur absenti, si non apparet quod habeat gratum,* 2 *non valet priuilegium* arg. c. si tibi absenti. de præb. lib. vj. & c. 1. de conces. præben. eo. lib. *sed de hoc non apparet, ergo &c:*

Item ponderandum arbitror verbum per ipsum *&c:* Ex quo sequitur, quod si ordinarius prouideret alicui de parochiali ecclesia qui non intelligit idioma &c: 3
D quod bene valeret prouisio, quia ista regula est pœnalis, ex quo annullat, *vt dicit glo. in c. decet. de immu. ecc. lib. 6.* ergo non debet extendi, sed restringi. *regula In* 4 *pœnis. & regula Odia. de reg. iur. lib. 6.* & idem de prouisione facta per legatum sicut de Papa dicitur, per rationem supradictam. & ratio diuersitatis est, *quia Ordinarius melius cognoscit personas quibus prouidet de diœcesi sua, quam Papa,* vt dicit glo. in cle. iij. de off. ord. *ergo &c: & per hoc forte dici posset, quod ista Regula non haberet locum, quando Papa prouideret de parochiali ecclesia contra hanc regulam,* 5
E *ex certa scientia, vel motu proprio: quia tunc cessaret dicta ratio. Sed verbum* concedere, *& verbum* prouidere *hic positum, videtur facere in oppositum: tamen pro præcedenti dicto faceret. l. 1. C. de pen. bo. sub. lib. x. nescio tamen quid seruaretur in Palatio.*

F *Item nunc pendet vna quæstio in Rota, & citò sententiabitur deo dante, de qua sum interrogotus. Papa dedit exspectatiuam cuidam Alemano, etiam quoad parochialem in Francia, vel alibi, & derogat huic Regulæ, sed non regulæ penultimæ de expectatiuis, quæ quoad expectatiuas idem dicit quod ista, an videatur derogare vtrique? & ego dixi quod* 6
G *sic. sed quia pendet nunc in Rota, non decido; credo tamen quod non valet illa derogatio: quia sublata vna seruitute vbi sunt duæ, remanet alia,* sufficiat c. ex tuarum de auth. & vsu. pal. *& sic fuit pridie sententiatum in Rota.*

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A I*Nista Regula)* Hæc Regula producta est per GREGORIVM XIII. & alios successores ad hæc vsque tempora, ad quodlibet beneficiũ habens exer- 7 citium curæ animarum Parochianorum: vnde, post vocem *de parochiali ecclesia* subiecerũt *vel quouis alio beneficio exercitium curæ animarum Parochianorum quomodolibet habente prouidere &c:* Vt nimirum includantur omnia beneficia curam animarum habentia, qualia sunt succursus, qui licet non sint curata beneficia, sed simplicia, *vt per Panor. & alios docet Rebuff. in addit. ad Reg. Cancell. 55. in fi.* sub dispositione tamẽ huius Additionis cõprehendentur. quemadmodum etiam Episcopatus, Archiepiscopus, Patriarchatus. Nam appel- 8 latione

eo modo quo ipse concedens, vel mandans facturus erat *l. vnica in fi. ff. de off. praefect. praetor.* Igitur vbicumque Papa voluntatem, vel potestatem suam limitauit censetur & limitasse facultatem sui Legati *Cap. in generali de Reg. iur. in 6.* Itaque 15
non probo opinionem Domini Azorij *lib. 5. instit. moral. cap. 28. vers. vndecimo quaeritur*, sententis hanc Regulam loqui tantum de beneficijs, quae authoritate Papae conferuntur, & proindè poenam in ea constitutam non trahi ad Ordinarios, vel Legatos beneficia conferentes. Enimverò in Gallia certum est, quod nec Ordinarius, nec Legatus possit alienigenae conferre, qui si conferant, illud beneficium à regnicola impetrari poterit; & hoc priuilegium regni non solum prohibet extero habere Ecclesiam Parochialem, de qua haec reg. loquitur, sed etiam alia quęcunque beneficia, ac alia bona, absque Regis beneplacito, quod notandum duxi ex Pet. Rebuff. *in addit. ad hanc Reg. in pr.* Verùm extra limites Galliae cessabit haec Regula, in collatione aliorum beneficiorum, scilicet non habentium curam animarum. Qua de re videatur Guimer. *ad pragm. sanct. in proëm verbo Exterorum.*

E *Cessaret dicta ratio*) Quod dispositio huius regulae cesset, cum Papa ex 16
certa scientia, & motu proprio confert Parochialem non intelligenti idioma, ex quò dispensatio inducta praesumatur, cum nostro Alphōso sustinet Mandosius *quaest. 5. & 6.* (Quibus tamen repugnat Author Analytici Comment. *nu. 143. & Gomes. quaest. 12.*) At multò magis cum dispensat per Rescriptum *Perinde valere* de quo Cassad. *decis. 33. in Reg. Cancell.* & Rebuff. *in praxi ad hanc Reg. glo. 2. nu 15* Sed an cesset in eo qui habet priuilegium, seu Indultum de non reseruando? Mandosius *quaest. 13. nu. 2. & sequentibus*, pro negatiua respondit, motus authoritate Rotae, quam ibi allegat.

Pendet vna quaestio in Rota) Hanc quoque discutiunt Gomesius *quaest. 6.* 17
F & alij multi DD. quorum rationes non pondero: tum quia Concilium Trid. Expectatiuas sustulerit, vt patet, *cap. 9. sess. 24 de Reformat.* tum quia non solet Papa concedere Expectatiuas, seu mandata de prouidendo, nisi intelligant & sciant loqui idioma illius regionis, in qua beneficia consistunt, vt dixi.

Illa derogatio) Cessat dispositio huius Regulae, quando Papa expressè dis- 18
G pensat, etiamsi dispensaret per gratiam *Perinde valere*, dummodo sint in ea expressa illa quae debent exprimi, de quo Cassad. *decis. super Reg. Cancell. 33.* quem sequitur Gomes. *ad hanc Reg. quaest. 7.* Rebuff. *in addit. ad hanc Reg. in fi.* vbi scribit Papam in hoc casu sic rescribere: *quod vt asseris idioma illius patriae, quod* 19
gentes illarum partium communiter loquuntur non benè intelligis, & intelligibiliter loqui scis: Nos enim tecum vt Ecclesiam praedictam habeas &c: dispensamus, praemissis ac constitutionibus Apostolicis, nec non praedictis statutis & consuetudinibus, & alijs contrarijs nequaquam obstantibus authoritate Apostolica per praesentes concedimus prouiso &c. Adde Staph. *de litt. gratia tit. de form. Expect.*

Regula XX. Innocentii VIII. & Pauli V.

DE NON IMPETRANDO BENEFICIVM PER OBITVM VIVENTIVM.

ITem si quis supplicauerit sibi de beneficio quocumq; tanquam per obitum alicuius, licet tunc viuentis, vacante, prouideri, & postea per obitum eius vacet, prouisio * dicto supplicanti per obitum huiusmodi denuò facienda, nullius sit roboris vel momenti.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A IN ista regula dicitur, quod si quis impetrauerit beneficium per obitum alicuius, qui nunc viuit, quod licet postea ipse moriatur, non potest sibi prouideri de eodem, & gratia est nulla. Ista regula potest duobus modis intelligi. Primo, quod vnus impetrauit beneficium viuentis, hoc expresso quod viuebat & mandabatur conferri quando vacasset &c: hoc colligitur, ibi licet nunc viuentis &c. & iste intellectus, non credo quod possit practicari, quia tunc princeps quasi ex certa scientia videretur tollere hanc constitutionem arg. l. quidam consulebant ff. de reg. iur. Secundo modo, potest intelligi quod vnus impetrauit beneficium tanquam vacans per obitum vnius, & ille viuebat, & postea mortuus est: & iterum impetrauit per obitum ipsius, quod prouisio sua & gratia nil valet: & ratio
B potest esse, ne detur materia captandi, id est cupiendi mortem alterius c. 1. & ij. de concess. præb. et c. 2. & 4. eo. tit. lib. 6. & in regula Pauli ponebatur etiam quod inhabilitaretur iste talis: sed quia erat dubium per quem deberet inhabilitari, & etiam hoc de iure, saltem quoad illud beneficium, vt in dictis iuribus probatur, fuit hic omissum, & etiam in regulis Sixti. 1

Item ponderandum puto verbum supplicauerit hic positum. Ex quo sequitur quod si
C prouisio esset facta motu proprio non esset nulla, nec haberet locum ista constitutio ar. l. iij. & 1. respon. ff. quod cuiusque iuris. Et per hanc regulam vidi dubitari in curia: Si vnus curialis credens beneficium alicuius fore reseruatum, misit cursorem ad curiam ad impetrandum illud beneficium viuentis, & cum tempore prouisionis Papalis non fuisset mortuus, sed postea in mense apostolico, mortuus fuit, & etiam acceptauit illud vigore gratiæ expectatiuæ & fecit sibi prouideri per subexecutorem suum quod illa prouisio nihil valeat: quia ex quo ista regula non distinguit de qua prouisione debeat intelligi, nec nos distinguere debemus l. 3. ff. de offic. præsi. in fi. ergo &c: 2 3

Item ista Regula facit ad tollendum malitias curialium: quia cum sciunt aliquem esse antiquum in partibus, fingunt ipsum mortuum, & impetrant: & sic in quolibet mense impetrant, si est reseruatum aliquod beneficium eius, quousque moriatur, & tunc vltima impetratio & prouisio etiamsi verè vacet, non valet per hanc regulam.

Item hanc Regulam vidi practicari in partibus, hoc modo: Episcopus Salamantinus &c. 4
Archidiaconus etiam Salamantinus contendunt de præuentione collationis beneficiorum, & vnus erat infirmus in articulo mortis & Episcopus conferebat vna hora coram suo notario & testibus vni, & sic etiam Archidiaconus: demum toties prouidit vni quod præuenit Archidiaconus episcopum: erat dubium nunquid ille cui fuit collatum toties beneficium viuentis, esset inhabilis ad illud beneficium, & videbatur quod sic per hanc regulam: sed certè posset dici contrarium: quia quidquid scribat notarius in suo instrum. scilicet quod ad supplicationem illius fuit sibi facta collatio &c: tamen quia in hoc casu cessat ambitio illius cui confertur, sequitur quod cessat tunc ista constitutio, per iura vulgaria, & si dicatur quod sufficit ita scriptum esse per l. prospexit ff. qui & à quib. man. lib. non fiant. Consequenter dico quod illa lex caret spiritu, vt dicit Bald. in l. si quis seruo C. 5
de fur. ideò cessante ratione naturali considerata ex lege, cessat ipsa lex per notata
D l. cum ratio ff. de bon. dam. maximè quia videtur ordinarius hoc fecisse pro conser-
E uatione iuris sui. & non reperio saltem quoad effectum huius regulæ & similium, quod ordinarius non posset conferre motu proprio, etiam hoc expresso, vt dixi supra in xv. regula. Ideò esset consilium quod ordinarius etiam exprimeret quod fecit motu proprio suo.

Item per supradicta deciditur vna quæstio de qua fui interogatus: Papa Sixtus suo motu proprio contulit vnum beneficium Titio, quod credebat vacare, & non vacabat, de- 6
F mum illud beneficium contulit alteri impetranti tempore debito, & forte credebat Papa vacare: quia primo illud contulerat Titio, tandem hoc comperto declarauit Papa semper suæ intentionis fuisse & esse quod ille Titius haberet, & mandauit cassari supplicationem alterius &c: Certè ego respondi, quod ille secundus debet obtinere, & non primus per hanc regulam: & declaratio Papæ non extenditur ad hunc casum; allegaui in simili glos. &
G Dominic. in c. vnico de postulationib. prælat. lib. vj. & in cap. 1. de cleric. non residentib. eod. lib. & ad prædicta facit optime quod dicit Bald. in rubr. qui succeff. teneantur colum. x. in antepenul. & penultim. quæstionibus si recte intelligatur. Si tamen Papa velit ex plenitudine potestatis illi secundo auferre beneficium potest. arg. clem. 1. vt lite pen. et c. ij. de præbend. lib. vj. & facit glos. in c. per 7
H principalem 9. q. 2. Tamen, licet Papa declarauerit pro primo ex certa scientia, non credo quod videatur facere ex plenitudine potestatis, licet glo. sing. in cap. ad hoc de Rescript. videatur facere contra: sed primum tene, per ea quæ dixi Bald. in præludijs feudorum: & non curo allegare iura vulgaria, scilicet quod Papa non intendit tollere ius
I quæsitum &c: nec decisionem Rotæ & glo. in clem. si Romanus de præben. quod motus proprius non tollit defectum intentionis &c: quia nescio hoc dicere de intentione Sixti.

COM.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A IN *ista Regula*) Hanc Regulam Iulius III. & alij exinde Pontifices ad no- 8
ſtra vſque tempora nonnihil ampliarunt, dum poſt verbum *prouiſio*, addiderunt, *Et quæuis alia diſpoſitio*, quæ clauſula compræhendit omnem modum de beneficijs ordinandi *cap. licet eccleſiarum in pr. de Prabend. in 6.* vbi nomine diſpoſi- 9
tionis venit omnis collatio & conceſsio iuris de futuro, *Philip. Franc. in cap. Cum in illis §. Illis nu. 7. de Prabend. in 6.* vbi dicit quod diſpoſitio ſit nomen generale *d. capit. licet*, & aptum compræhendere omnem modum per quem prouidetur de beneficijs, idemq; ſcribit Gemin. *in d. §. In illis nu. 7.* quod maxime obtinere debet in caſu iſtius Regulæ, quæ fauorabilis eſt, & ideo extendenda *glo. in cap.* 10
ſtatutum de Prabend. in 6. & in cap. 1. de Rer. permut. in 6. & ibi Geminia. *Rota deciſ. 75. nu. 37. p. 2. vbi multos allegat.* Nec extendetur ſolum ad quamcumque diſpoſitionem ordinandi de beneficijs, ſed de beneficijs quibuſcumque & quorumcumque viuentium, & per quamcumque viam, tum ex dictis, tum quia verba Regulæ generalia ſunt, & accipienda prout ſonant. *Iaſ. in l. Quadam § nihil intereſt nu. 3. ff. de Edend.* vbi dictio generalis *quibuſcumque* extenditur ad ea quæ 11
alias non adiecta, ſtrictè eſſent accipienda. Quò fit vt hæc diſpoſitio ſit extendenda etiam ad mandata de prouidendo in forma dignum, vt teſtatur Seraphinus *deciſ. 975. nu. 4.* & ad officia Vrbis teſte Mandoſ. *ad hanc Reg. quaſt. 7.* 12
nimirum eccleſiaſtica, qualia ſunt theſauraria, ſacriſtia & ſimilia, non tamen merè temporalia : cum in officijs merè eccleſiaſticis mens & ratio Regulæ concurrat : non ita in temporalibus, quę nihil commune habent cum beneficijs, de quibus tantum loquitur hæc Regula, Rebuff. *in praxi tit. de Reprobata ben. viuentis imp. & nu. 40.*

B *Gratia nihil valet*) Limita, dummodo collatarius habuerit collationem 13
ante vacationem, vel de facto occupauerit, alias ſi nec collationem habuit, nec ſe intruſit non eſt inhabilis. hinc fit, ſi tantum ſupplicationem porrexerit quæ ſignata non ſit, in pœnam huius conſtitutionis non incidat : cum ſecundũ communem vſum loquendi, ſupplicatio accipiatur pro reſcripto ſignato & obtento. & ita intelligit Rota *deciſ. 620. incip. Nota ſumptum de regiſtro &c. & 680. Nota quod ſumptum in antiquis.* & pro hac opinione facit Rubrica huius Reg. *de non impetrando* &c. impetrare enim non cenſetur qui non obtinet *l. 3. §. quid ergo, ibi Si vero deſideraverit, nec impetrauit ibi glo. in verb. quid ergo ff. de Contra. act. tut.* valet autem argumentum à ſignificatione Rubricæ *l. 1. §. hac verba ff. quod quiſque iur.* & ita reſoluit Rota *in vna Lucana Canonicatus 18. Februarij 1592. coram R. P. D Seraphino* vbi fuit dictum ſufficere ſolam ſupplicationem datatam, licet non re-

gistratam. Limita 2. vt demum procedat in sciente, vel supina aut minus iusta ignorantia, secus si constet de iusta & probabili caussa putatiuæ vacationis, vt postea dicemus: quia tunc licet ius non acquirat, tamen non incidit in damnum & pœnam inhabilitatis cap. 2. de Constit. *Auctor Analyt. Comment. ad Reg. de Verisimili notitia nu. 14. & 73.* Sed quid si ratihabitio seu resignatio in fauorem impetrantis scienter beneficium viui superuenerit ab eodem beneficiato? Consule Mandos. *hic quæst. 10.* vbi iusto æquilibrio pensitatis vtrimque argumentis, quę à DD. afferuntur, tandem concludit non subsistere. An autem Regula ista afficiat triennalem possessorem vide Gomes. *Reg. de Triennali, quæst. 44.* 14 15 16

Motu proprio) Nonobstante hac Motus proprij clausula in collatione beneficij viuentis inserta, huic constitutioni seu Regulæ locum esse, (quicquid in contrarium cum nostro Glossographo scribat Rebuff. *super Concord. in forma mand. apost. in glo. Motu proprio & in praxi tit. de reprobat. benef. viuent. impet. nu. 49.*) conclusit Mand. *quæst. 2. nu. 1. in fi.* cum ista clausula motus proprij non tollat ambitionem & votum captandæ mortis, nec quicquã dicta clausula operetur in his, de quibus Princeps nõ est plenè informatus, & in ijs quæ sunt facti *bald. in l. fin. C. de Crim. sacrileg. felij. in cap. Caussam nu. 7. in 4. not. de Testib. Abb. in cap. Cum olim nu. 15. de re iud.* præterquam quod d. clausula non inducat derogationem seu dispensationem, licet tollat subreptionem *cap. Si motu proprio de præbend. in 6. ibi glo. & DD. Gomes. ad hanc Reg. quæst. 1. in fi.* Rebuff. *d. tit. nu. 68.* Si tamen adiecta esset clausula De plenitudine potestatis, cessaret tum dispositio huius Regulæ, cum illa clausula maioris sit ponderis, quam motus proprij vt diximus ad Regul. de non tollendo iure quæsito *in gloss. verbi maximè in beneficialibus.* 17 18 19

Quod Ordinarius) An in Ordinarijs Regula hæc locum obtineat, in vtramque partem more suo disputat Mandos. *quæst. 3. &* tandem *nu. 6.* reiecta opinione negatiua probat affirmatiuam, vti veriorem & receptiorem: maximè quod eadem ratio captandæ mortis militet in prouisis ab Ordinarijs, quæ in prouisis à Papa. quam etiam opinionem probat & sequitur Rebuff. *in praxi tit. de Reprob. ben. viu. impetrat. nu. 6. 15. & 54.* Ideo, inquit, si is qui beneficiũ viuentis impetrauit, postea etiam impetret à Papa beneficium istud, non facta expressione collationis sibi prius factæ de beneficio viuentis, non valebit secunda prouisio: tum quia subreptitia, tum quia infamis est, & inhabilis ad illud, *cap. Audiuimus 3. quæst. 2. cap. Infames 6. quæst. 1. cap. Imprimis 2. quæst. 1. vers. de episcopi persona Rebuff. d. tit. nu. 11. & 12.* Gomes. *hic quæst. 2. in fi.* Vbi etiam extendit ad Legatos Papæ: quia cum hæc Regula sit fauorabilis, vt prædixi, potest & debet extendi ad Ordinarios & Legatos, vt in terminis respondit Decius *cons. 303.* Cæterùm, quod iam dixi ex Rebuffo, secundam Impetrationem non valere, non facta mentione collationis sibi prius factæ de beneficio viuentis, Limita 20 21

nisi

nisi fuerit huic Reg. derogatum, In quo euentu solet adijci clausula hæc: *Et cum Indulto & concessione quòd dicto oratore, cui nuper de dicto beneficio, tunc tanquam per obitum eiusdem N. licet tunc viuentis vacante, Apostolica authoritate prouisum extitit, vt prouisio vigore litterarum super præsentibus conficiendarum facienda, ipsæque litteræ cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis valida existant, ipsique oratori suffragentur, ac suum plenarium effectum sortiantur in omnibus & per omnia, perinde ac si beneficium eiusmodi ab ipso Oratore eodem N. viuente, ac per illius obitũ vacans, qui tunc non decesserat impetratum, non obstante Regula Cancellariæ Apost. desuper edita, cuius tenor &c. cui hac vice specialiter, & expressè, & sufficienter derogare, & sub qua etiam præsentes minimè comprahensas esse nec fore decernimus & declaramus, hac Reg. non obstante &c:*

E *Non reperio*) Imò pro hac sententia est *glos. fin. in verbo mentio* & ibi Geminia *de off. leg. in 6.* Philippus Franc. *in cap. si postquam nu. ... de Præbend. in 6.* vbi subijcit quod clausula *Motus Proprij* apposita in inferioribus, idem operaretur, ac si fuisset apposita à Papa, *Rebuff. ad Concord. in forma Mand. Apost. ess. 29.* vbi dicit communem opinionem. adde quæ hac de re latè scribit Analt. Germon. *tract. de Indult. Card. §. nos itaque nu. 30.* 22

F *Quod credebat vacare:*) Si tamen Impetrans credidisset adhuc vacare ex iusta crudelitate, vtpote orta ex fama publica, non tamen ex litteris priuatorum, *Rota apud Seraphinum decis. 975. nu. 6.* vel alia graui de caussa, vt quia curabatur in Xhenodochio cum alijs infirmis forsan pestifero, vel alio periculoso morbo, & illinc postea eleuatum est cadauer cuiusdam eiusdem professionis, & nominis, certè existimarem cessare dispositionem huius Regulæ, & per consequens hic primum in casu figurato, secundo præferendum. Secus autem esset, si non constaret de iusta & probabili caussa putatiuæ vacationis, nam tũ quantũuis ignoranter beneficium viuentis impetrauerit, tamen inhabilis efficitur ad illud beneficium obtinendum pro illa vice, etiamsi is cuius beneficium impetrauerat, postea moriatur. *Flam. Paris. de Resignat. benef. lib. 9. quæst. 7. nu. 150. Rebuff. in addit. ad hanc Regulam*, Imò non valebit collatio eidem rursum facta, etiam post tempus verisimilis notitiæ à vero obitu, vt scribit Author Analyt. Comment. *ad Reg. de Verisimili, not. nu. 13.* nisi accedat Indultum, de quo supra. 23 24

G *Per hanc Reg.*) Imò & per aliam, De non tollẽdo iure quæsito, supra, vide Mohed. *decis. 7. de Restit. spol.* quòd intellige iuxta limitationem prædictam. 25

H *Ex certa scientia*) Quid distet clausula hæc, à clausula Motus proprij, & De plenitudine potestatis vide fusissimè Mandos. *ad Reg. 6. 7. & 16.* Plerique censent clausulam de plenitudine potestatis superare clausulas motu, & certa scientia, & non obstante. Cum ex clausula de plenitudine, liquidò constet de intentione Principis etiam ad alterius præiudicium *Felij in cap. nonnulli de Rescript.* & per 26

& per eam tolluntur saltem ea quæ sunt iuris positiui, Crauet. *cons. 182. nu. 17. in fi. lib. 1.* quo casu nihil potest opponi, quominus concessio suum sortiatur effectum, Cephalus *cons. 28. nu. 82. lib. 1.* Anast. Germonius *tact. de Indult. Card. §. Nos itaq; nu. 40. & seqq.* vbi potentiam dictæ clausulæ restringit, nisi caussæ status non fuisset Papæ narratus, quia tum per eiusmodi clausulas non censetur voluisse tertio inferre preiudicium, sed rescriptum censetur subreptitiè obtentum *per not. Curt. cons. 49. col. 22. Decij cons. 576. in fi. Gozad. cons. 5. nu. 15. Rota decis. 230. in no. Alex. cons. 125. in fi. lib. 2.*

I *Non intendit*) Vide omnino Mohedan. *decis. 7. de restit. spoliat. num. 4. & 6.* vbi dicit quod clausula Nonobstante, & Motu proprio, non præiudicat tertio, nisi expresse dicat Nonobstante concessione facta tali *Bart. in l. prædia C. de locat.* 28

Argumenta in Reg. XXI. INNOCENTII VIII. & PAVLI V.

1. VNiones beneficiorum sunt odiosæ, ideò debent fieri cum caussa, & expressione valoris vtriusque beneficij.
2. Annata intrant in vnionibus beneficiorum, si excedant valorem XXIIII. librarum.
3. Vnio fit tribus modis.
4. Regula hæc pœnalis est.
5. Si vnio fit per Episcopum & Capitulum, valet etiam non vocato Rectore Ecclesiæ, quæ vnitur.
6. In vnione ij quorum interest sunt vocandi, *& nu. 27.*
7. Relatio debet fieri ad proxima & non ad superiora.
8. Valor vtriusque beneficij vniendi debet exprimi in cõfirmationibus vnionum.
9. Per confirmationem vnionis suppletur omnis defectus solennitatis omissæ in vnione.
10. Post confirmationem Papæ nullus inferior potest vnionem reuocare.
11. Quid si in bulla vnionis non ponatur clausula, *vocatis quorum interest.*
12. Quid si vnio fiat motu proprio sine expressione valoris?
13. Hæc Regula aucta est per CLEMENTEM VIII. & in quo?
14. Vnionis species quæ?
15. Regula hæc comprehendit etiam dismembrationes & applicationes fructuum.
16. Hæc Regula fauorabilis est, & amplianda.
17. Valor beneficij quo-ad effectum huius Regulæ qualiter exprimendus.
18. Perinde valere in Vnionibus.
19. Hæc Regula pœnalis est & annullat ipso iure.
20. Quando constitutio non solum disponit super aliquo actu, &c. tunc dicitur formam inducere.

21. Distinctio Ioan. Milis an hæc Regula annullet ipso iure.
22. Vnitum beneficium non seruata forma huius Regulæ, est impetrabile.
23. Quid si ecclesia vnita non seruata forma huius Regul. fuerit à longissimo tempore possessa tanquam vnita.
24. Præscriptionem immemorialem, imò & quadragenariam allegare sufficit absque alia tituli probatione, ad probandum vnionem.
25. Quid distet Commissio à Supplicatione.
26. In vnione expedienda, opus est vt cõmittatur alicui in partibus vnionis discussio, vocatis ijs quorũ interest.
27. Discussio vnionis in quo consistat.
28. Interesse habentes vocãdi, & qui illi.
29. In vnione quæ fit in forma gratiosa per Papam, non requiritur clausula vocatis vocandis.
30. An Regula hæc loquatur de Vnionibus perpetuis, an etiam de vnionibus ad tempus.
31. Beneficium per Papam vnitum ad vitam sit reseruatum.
32. Vniones ad vitam sunt per Concilîũ Trid. sublatæ.
33. An sub dispositione huius Regulæ veniant vniones ab Ordinarijs faciendæ, & quid de beneficijs exemptis & reseruatis.
34. Legatus de Latere potest ex caussa vnire beneficia suæ Prouinciæ quæ confert.
35. De quibus confirmationibus loquatur hæc Regula.
36. Vnio si facta sit motu proprio, an in ea valor exprimi debuerit.
37. Motus proprius licet excludat subreptionem, non tamen firmat gratiã contra intentionem scribentis.
38. Vnio quomodo probetur?
39. Verba enunciatiua plurimum instrumentorum antiquorum habent vim famæ, & fama in antiquis plenè probat.

Regula XXI. Innocentii *VIII.* & Pavli V.

DE VNIONIBVS, ET VNIONVM CONFIRMATIONE.

ITem voluit quod petentes beneficia ecclesiastica alijs vniri, teneantur exprimere verum valorem secundum communem æstimationem, tam beneficij vniendi, quam illius, cui vniri petitur, alioqui Vnio non valeat. & semper in Vnionibus concessio fiat ad partes vocatis quorum interest: & idem voluit obseruari in confirmationibus vnionum factarum. *

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *IN ista Regula dicitur, quod si vnus petit beneficium alteri, vniri quod tenetur exprimere verum valorem tam beneficij vniendi, quam beneficij cui vnitur, alias non valet vnio: & quod in vnionibus semper commißio fiat ad partes, vocatis quorum interest: & idem dicit obseruandum in confirmationibus vnionum factarum &c: & sic ista regula dicit tria. & ratio dubitandi circa primum dictum videtur esse, quia de beneficio obtento non tenetur impetrans facere mentionem, saltem quo ad valorem, quia hoc non reperitur iure cautum, vt dicit* gl. notab. in clem. I. de præbend. in verb. vel alteri, ante medium: *& hoc etiam dicit compilator decisionum* conclusione CCLXXXVII. *quæ incipit: Item licet impetrãs. Sed ratio decisionis fuit, quia ex quo petitur vniri vnum beneficium alteri debet fieri cum caussa, scilicet quod illud obtentum sit modici valoris: sed si sit competens beneficium, non debet sibi fieri vnio alterius, quia vniones sunt odiosæ de* 1
B *iure, vt dixi supra in regula, de Reuocatione vnionum: ideò debet fieri expreßio valoris vtriusq; ad hoc vt moueatur Papa, & fortè ità de facili non concessisset &c:* sufficiat c. postulasti. de rescript. & quod ibi not. Siculus & Ioan. de Imol. *Ex quo sequitur quod de vtroq; debet solui media annata, si valor excedat* XXIIII. *libras secundum ordinationem Cameræ.* 2

Et quia vnio fit tribus modis, vt dicunt glos. in c. ne sede vacan. & in c. & temporis qualitas XVI. quæst. I. & vult etiam glos. in cle. per litteras de præbend. 3
C *tamen quia ista regula est pœnalis, quia annulat, vt ait glos.* in cap. decet. de immunit. Eccles. lib. VI. *sequitur quod non debeat habere locum, nisi quando vnum beneficium petitur vniri alteri; vt hic dicitur, & non in alijs vnionibus; nescio tamen an Rota recipiat hoc: quia in vtraq; vnione est eadem ratio, ergò &c:* l. illud ff. ad l. Aquil. 4

D *Item secundo dicit Regula, quod in vnionibus fiat commißio ad partes, vocatis quo-*
E *rum interest: & ratio dubitandi fuit quia clem. 2. de rebus Ecclesiæ. primo responso. vult* 5
F *quod si vnio fiat per Episcopum & capitulum, valet, etiam non vocato Rectore Ecclesiæ quæ vnitur: nam quando aliquid potest fieri aliquo inuito, tunc potest fieri eo ignorante,* vt dicit Bald. in l. fin. C. qui admit. ad bonorum pos. & in C. fin. C. de iure de lib. & est text. in l. qui potest ff. de reg. iur. *quem non allegat Bald. ergò &c: sed nihilominus est bene statutum quod vocentur quorum interest in hoc casu,* ad hoc facit deci. Rotę q. CCXXVI. quæ incipit: Item quod in dimembratione. & CCCXLV. quæ incipit. Item si Abb. maior. 6

Item tertio dicitur hic, quod idem fiat in confirmationibus vnionum factarum. Et antequam declarem quid intendit ista tertia pars, dico dubium meum fore, an illa clausula referatur tam ad primum quam ad secundum responsum, vel tantum quo-ad secundum: Et videtur quod quoad secundum tantum: quia relatio debet fieri ad proxima, & non ad superiora l. si idem cum eodem., in fine. de Iurisd. omn. iud. & gloss. allegat 7
illam

illam l. ad hoc propositum l. III. §. Item aduersus procuratorem ff. de negotijs
gestis. ergò sequitur, cum hic dicatur, quod idem voluit obseruari &c: quod illud rela-
tiuum idem positum in singulari, referatur tantum ad vocationem eorum quorum inter-
est &c: & non ad expreßionem valorum &c: Et omitto hic inserere, quando clausula po-
sita in fine debet referri ad totam dispositionem vel ne, quia essem longus in sermone; &
quia materia est subtilis: sed omisso intellectu istius regulæ, quem credo fore quod exten-
datur ad vtrumq; ista clausula: tamen de mero iure crederem, quod etiam in confirma-
G tionibus vnionum debet exprimi verus valor vtriusq; beneficij, alias non valet stante pri-
mo responso huius regulæ, etiamsi ista clausula non referatur ad illud: & hoc probo.
Nam in omnibus impetrationibus, ex quibus ius antiquum augmentatur, vel per quas 8
conseruatur, debet fieri mentio beneficiorum, & debet fieri etiam in confirmationibus,
vt dicit glo. notabilis in verbo præteriti quam ibi not. Dominicus in cap. Apostolicæ de
præbend. lib. VI. Sed per istam confirmationem suppletur defectus solemnitatis si in 9
vnione facta fuit omissus, scilicet, quo-ad vocationem partis, & quo ad alia &c: vt
vult decis. CCXVVII. quæ incipit. Item quod Papa confirmando &c: licet lo-
quatur in dimembratione: & quia fortè fuit facta ex falsa caussa vnio prædicta, ideò
censetur nulla, vt vult. Oldr. consil. lx. cum duobus sequen. quod incipit, quod
per vnionem factam per Episcopum & per confirmationem Papæ sit validum,
illud quod aliter erat inualidum, c. I. de transac. Item quia post confirmationem
Papæ nullus inferior potest illud reuocare cap. II. de confir. vt dicit glos. in cap. 10
fin. XI. dist. in verbo authoritate. ergò sequitur quod etiam de mero iure debet
H fieri mentio valorum in confirmationibus vnionum, sicut in vnione & probaui in iure iun-
cta ista regula in primo responso, etiam posito quod ista clausula non referatur ad primum
responsum. & pro & contra quod referatur vel ne, faciat vltra iura vulgaria c. Eccle-
sia vestra de elect. & quod ibi not. Abbas. credo tamen quod si clausula Vocatis
quorum interest, non ponatur in bulla & fiat vnio, quod valet arg. clem. II. de re- 11
bus eccl. & quia annullatio præcedentis responsi non extendatur ad secundum, cum sit
pœnalis vt dixi: & ista verba referuntur ad Abbreuiatores. sed si ipsi non ponant, non
vitiatur per iura vulgaria, maximè quia tales bullæ transeant per Cameram Apostolicam.
I Item dico, quod si fieret vnio motu proprio, & non fieret expreßio valoris, quod va-
leret vnio, arg. c. si motu proprio de præben. lib. VI. iuncta hac regula ibi, quod 12
petentes &c: faciat l. I. C. de pet. bon. sublat. lib. & hæc pro nunc.

 COMMEN-

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A IN *ista Regula)* Video hanc Regulam auctiorem esse factam per CLEMENTEM VIII. & ita etiam publicatam per modernum Pontificem PAVLVM V. dum voluit dispositionem huius Regulæ etiam obseruari *in quibusuis suppreßionibus perpetuis, conceßionibus, dismembrationibus, & applicationibus, etiam de quibusuis fructibus, & bonis Ecclesiasticis, ac etiam in confirmationibus vnionum singulariumq; dispositionum huiusmodi*: Vt nimirum omnes vnionis species sub hac Reg. comprehenderentur. 13 Vnionis enim species, ac potius præambula, & antecedentia ad vnionem perficiendam sunt, suppresiones & exstinctiones, vt notaui supra *ad Reg. XI. de Reuoc vnionum.* 14 Dismembrationes verò referuntur ad fructus, & clausulam sequentem, quæ de fructuum vnione loquitur: cum corpus beneficij non dismembretur, sed fructus, vt notat Mandos. *ad d. regul. de Reuocat. vnionum quæst. 2. nu. 6.* Ex quo colligo, quod etiamsi Regula hæc loquatur de exprimendo valore beneficiorum Ecclesiasticorum, quorum appellatione alioqui fructus non veniunt, illam tamen comprehendere dismembrationes, & applicationes fructuum, etiam iure communi: cum omnes solemnitates requisitæ in vnione, requirantur etiam in dismembratione, seu dissolutione 15 *Rota decis. 229. In dismembratione & 347. Si Abbas Franc. de Pauinis tract. de off. & potest cap. sede vacan. 3. quæst 2. part. princip. nu. 19. vers. & quod dicitur de vnione.* præsertim cum hæc Regula sit fauorabilis, & amplianda, vt probat Mandosius *hic quæst. 1.* qui licet *in quæst. 13.* in qua quærit an Regula hæc locum habeat in 16 dismembrationibus, teneat pro negatiua *nu. 23. in fi.* indubitanter nunc affirmatiua sequenda est, propter prædictam huius Regulæ appendicem quæ clara est, neq; cauillari vsquam potest.

B *Expreßio valoris vtriusq.)* Scilicet, quod beneficiū tempore prouisionis & oneribus deductis valuit tantum, & quod per quinq; annos ante, anno steri- 17 li cum fertili computato, communi æstimatione valuit tantum: ita valorem exprimi notat Gomes. *ad Reg. de valore quæst. vlt.* licet ipse velit quoque exprimi valorem qui fuit quinque annis post prouisionem: sed hoc in casu huius Regulæ verificari non potest: cum commissio facienda ad partes, & vocatio eorum quorum interest, & iustificatio vnionis, moram hanc quinquennalem non patiantur. Ideòque satis erit, si valor iustificetur qui fuit quinque annis ante supplicationem, nec sufficeret valor 24. Ducat. qui alioqui solet exprimi in Gallia, Hispania, Germania in omnibus prouisionibus Canonicatuum, sed debet exprimi valor iuxta communem æstimationem, vt supra dictum est. Mandosius verò *in quæst. 5.* tutiorem & magis vsitatam expresionem hanc scribit: Cuius

fructus

fructus, reditus, & prouentus secundum com. æstim. valorem annuum 50. aut duc. de Cam. non excedunt, si talem summam non excedant, siue agatur de beneficio vniendo, siue de beneficio cui fit vnio. formulam autẽ supplicationis pro expressione valoris vtriusque beneficij videto apud d.Mandos. *d. q. 5. in fi.* 18
Datur tamen Perinde valere super vnione facta per prædecessorem, si fuit omissus valor cum derogatione huius Regulæ, & de exprimendo valore propter nouam Regulam successoris, secus quando Perinde valere datur per eundem Pontificem, qui fecit vnionem quæ tunc non fuerit necessaria, cum fuerit derogatum in prioribus litteris.

C *Quia annulat*) Ipso iure vt vult Rebuffus *in praxi ad hanc Reg. glo. 9.* & Mandos. *quæst. 6. ante nu. 4.* Ille tamen distinctione vtitur; hic nulla: & ratio 19
ipsius sententiæ est, quod quando constitutio non solum disponit super aliquo actu faciẽdo, sed vltra procedit, (prout in casu istius Regulæ) tunc dicitur formã 20
inducere, quã non seruatã, actus in contrarium factus ipso iure nullus dicitur, *Bald. in l. 1. vers. in contrarium ibi* Alex. *nu. 6. & 7. vers. nisi statutum ff. de libert. & posthu. Dec. cons. 455. nu. 7. & cons. 356. nu. 3. & cons. 466. num. 13.* Milis tamen *in Repertor. vers. Vnio facta est falsa*, distinguit, an sit vnio facta à summo Pontifice, an verò ab inferiore: priore casu, si vnio facta est ex falsa caussa, gra- 21
tia est ipso iure nulla; quod limita, nisi adfuerit certa scientia, ex decisione Rotæ in vna Firmana altaris coram R.P.D. Coccino 15. Ianuarij 1614. apud Farinacium *part. 2. decis. decis. 506. nu. 4.* altero non est ipso iure nulla, licet probata falsa caussa possit annullari. Eandem distinctionem sequitur post Oldradum *in cons. 21.* Bellamera *decisil. 618.* Cassad. *decis. 1. tit. de Vnionibus.* Mascardus *de probationibus conclus. 1412. alias 1420.*

Ex quibus, clara & indubitata efficitur conclusio, constitutionem hanc ita 22
pœnalem esse, vt non seruata illius forma, vnio sit nulla, & beneficium sic vnitum impetrari possit, nec vllius temporis præscriptione tueri defendiq; possit, *Ordrad. consil. 296. incip. de Iure Hostien. in capit. Quoniam de vita & honest. cler.* Quamquam, si probetur quod ecclesia sic fuerit diu possessa, tanquam vnita, & quidem à tempore cuius in contrarium memoria non exstet, satis erit probata 23
vnio præsumptiuè, imò etiam illius solemnitas, vt multis probat auctoritatibus Mascard. *d. tract. de Probat. conclus. 1411. alias 1419.* Cæsar. de Grassis *decis. 127. nu. 5.* Farinacius in nouissimis Rotæ decisionibus, *decis. 58. nu. 1. part. 2.* & sufficit allegare eiusmodi præscriptionem absq; alia tituli probatione *Rota decis. 375. alias 10. de Reb. eccles. non alien. Abb. in cap. Cura Pastoralis in pr. ex de Iure Patron.* Mascard. *d. conclus.* alias in præscriptione non immemoriali seu quadrage- 24
naria titulus aptus ad præscribendum allegandus est, teste Farinacio *decis. 58. nu. 1. part. 1.* & Mascardo *d. conclus. nu. 11.* quos vide fusè tractantes materiam probationis Beneficiorum vnionis, quibus adde Boerium *decis. 345. nu. 6.* & nouissimè

simè Nicol. Garciam *tract. de benef. part. 12. cap. 2. num. 229. & seqq.*

D *Fiat commissio ad partes*) Quid distet commissio à supplicatione tradit 25
noster Sotto *in Comment Reg. 26. de non iudicando contra form. supplicationum.*
Dicitur autem hoc loco quod Commissio debeat fieri ad partes, hoc est quod 26
committatur vnionis discussio & vocatio interesse habentium in partibus, seu in loco in quo beneficia sita sunt, super quibus vnio desideratur, deputatis Executoribus cum clausula *Vocatis quorum interest*, id quod sanè rationi consonum est: cum veritas melius, & expeditius sciatur per vicinos, quam alios, *vt notat Rebuff. ad hanc Reg. in praxi glo. 10. per text. in cap. Quanto de Praescriptio.*
Porrò discusio vnionis in eo consistit, an sit iusta caussa illam concedendi: quæ 27
illa? euidens necessitas, & vtilitas Ecclesiæ *cap. Exposuisti de Prabend. cap. vnio. 10. quaest. 3. cap. postquam 16. quaest.* quibus probatis & vocatis quorum interest conceditur vnio, vt mox dicam. An autem stetur assertioni Executoris attestantis se caussas reperisse iustas, consule Garciam *d. tractat. parte 12. cap. 2. numero 134. & sequentibus.*

E *Vocatis quorum interest*) Ad formam etiam vnionis expediendæ perti- 28
net, vt vocentur in partibus ij quorum interest per Executores in commissione datos. Illi autem quorum interest sunt quibus competit ius conferendi, vel præsentandi beneficia vniri petita *per not. Rebuff. in glo. 11. Caccialupi tractat. de Vnion. ar. lo. 6. Rochi in tract. Iurispat. vers. Honorificum quaest. 3. circa med.* quales sunt Episcopus, qui Ordinarius est Diœceseos; Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, & Patronus beneficij, si laicus sit, *Ant. Faber lib. 1. Definit. foren. tit. 2. definit. 48.* Nam in clerico, seu Ecclesiastico patrono, Papa potest derogare illius Iuripatronatus *c. nouit, de Iudic. 1. Lambertinus de Iurepatron.* licet efficere non possit vt eo minus vocandus sit in ipsa vnione facienda, si is ius haberet reditus annui ex fructibus beneficij percipiendi, *Ant. Faber d. tit. definit. 49.* Nec tamen vocandus possessor beneficij illi usq; consensus postulandus, *Illustriss. Card. Serap. decis. 1459. numero 13.* cum ad huiusmodi vnionem præsertim auctoritate Sedis Apostolicæ faciendam non sit necessarius consensus, aut requisitio Prælati, aut Rectoris à cuius prælatura vel beneficio fit bonorum seu redituum hæc separatio *clem. 2. de Reb. eccles. non alien.* satisque ei esse debet quod ei viuenti illa non noceat, & effectum primum eo cedente vel decedente consequatur, *cap. consultationibus de Donatio. Glo. in verbo vocatus in d. clem. 2. VVames. cons. 300. num. 1. de Reb. Eccles. non alien.* Hinc decidit Rota in vna Eugubina sancti Stephani 15. Martij 1599. coram Illustriss. Card. Pamphilio, vnionem de beneficio per aliquem possesso, ipso cedente vel decedente, seu alias quomodolibet Ecclesiam dimittente, tunc demum locum habere, si cessio est simplex, non autem quando est facta in fauorem certæ personæ; nimirum per resignationem *Cassad. dec. 3. de Renunciat. Put. decis. 3. d. tit.* maximè quando adest clausula generalis suspensiua

ensiua, quarumcumque vnionum, *Farinacius decis. 38. nu. 2. & 3. part. 1. In Nouis. & decis. 111. nu. 4. part. 2.*

Cæterùm, aduerte quod consensus dictorum interesse habentium, ante & post vnionem interuenire potest *Boer. decis. 345. nu. 3.* Quod si tamen commissio fiat per Papam in forma gratiosa, non requiritur clausula *Vocatis vocandis*, sed derogatur huic Regulæ de Vnionibus committendis ad partes *Rebuff. d. tit. lo. 10.* præsertim, si agatur de vnionibus perpetuis, vt scribit Mandos. *hic q. 14.* vbi latè disputat, an Regula hæc, sit intelligenda de Vnionibus temporalibus, an de perpetuis, an de vtrisque, & tandem concludit intelligendam tantum de perpetuis, quem si visus postulat, vide hac super re latè differentem. Quod si tamen Papa temporalem faciat vnionem, de beneficio vacante ad vitam, tunc ea per mortem soluta, Ordinarius illud conferre non poterit: quia hæc vnio inducit reseruationem, propter appositionem manus Papæ *Mohed. decis. 2. de parochijs P. Greg. Tholos. in Instit. rei benef. cap. 20. nu. 3.* Sed hodie per Concilium Trid. vniones ad vitam fieri prohibentur, ne sub illarum prætextu plura incompatibilia retineantur *Sess. 7. cap. 4.* 29 30 31 32

Per Episcopum) An sub dispositione huius Regulæ comprehendantur Vniones ab Ordinarijs faciendæ, discutit in vtramque partem Mandos. *ad hanc Reg. quæst. 11.* & tandem concludit pro affirmatiua, videlicet Regulam procedere in Ordinarijs, quo-ad duo priora Regulæ membra: non etiam quo-ad tertium, quod est de confirmationibus vnionum, quibus rationibus, & argumentis apud illum videto. Rebuffum quoque consule *tit. de Vnionibus nu. 22.* vbi scribit Episcopum vnire posse ecclesias suæ diœcesis: quod limita, dummodo beneficia non sint exempta, *Rebuff. d. loco,* vel reseruata, *Simonetta tract. de Reseruat. benef. quæst. 43. Paris. cons. 114. lib. 4.* licet aliqui dicant vt Nicol. Garcia *de Benef. part. 12. cap. 2. nu. 91.* Episcopum vnire posse beneficia reseruata seu deuoluta, nam reseruatio non impedit fieri vnionem per Ordinarium, sed suspenditur eius effectus pro tempore prouisi de illo à Papa *Aen. de Falcon. de Reser. quæst. 4. principali effectu 32. Selua de benef. 3. part quæst. 11. nu. 26.* Item limita dummodo vnio sit perpetua, non temporalis, *Staphil. de litteris Grat. tit. de Mod. prouis. nu. 19. Papon. libr. 3. arrest. tit. 8. arrest. 1. Mobedan decis. 1 num. 3. de off. Vicarij Mandos. Reg. 12. nu. 5.* Et accesserit Capituli consensus *Paris. consil. 41. lib. 4. nu.* 33

Et hæc adeo vera sunt, vt Episcopus possit beneficium perpetuum de iure patronatus, de consensu patroni efficere manuale, vt ex Nauar. *conf. 9. nu. 1. de* *of. ord.* probat Gonzalez *ad Reg. 8. Cancell. glo. 6. in fi. nu. 62.* Porrò legatus à latere (qui vt Episcopus in sua diœcesi omnia potest in sua prouincia) ex caussa rationabili & legitima potest vnire beneficia suæ prouinciæ quæ conferre habet *Rota dec. 459. in antiq. alias 3 de off. de leg.* Legatus autẽ non de latere, ex quo non potest conferre, nec vnire potest *Nicol. Garcia tract. de benef. part. 12. nu. 66.* Vnde legati

Legati, non Cardinales sine speciali mandato conferre non possunt *text. in cap.* 1. *de offic. leg.* Sed an beneficia exempta? vide Erasmum à Chokier fratrem meũ *in suo tract. de Iurisd. ord. in exempt. part. 4. quæst. 31.*

G *In confirmationibus vnionum*) Quod intellige in confirmationibus Apostolicis vnionũ, ab alijs quam à S. Sede factarũ, vt voluit Mandos. *ad hanc Reg. q. 9. Archidiac. in cap. Si motu proprio col. 1. sub fi. de Præbend. in 6. Lud. Roman. consil. 383. nu. 1. & 4. Oldrad. hic à nostro citatus conf. 60. cum seq.* 35

H *Quod valeret vnio*) Idem firmat Rebuff. *in praxi ad hanc Reg. glo. 1.* Cuius, vt & Nostri opinionem reprobat Mandos. *ad banc Reg. quæst. 2.* motus auctoritate Abbatis *consil. 101. incip. In quæstione volu. 1. num. 7. ibi. Quod dico procedere, etiamsi Papa vnionem motu proprio fecisset*: quia motus proprius licet excludat subreptionem *Rom. consil. 327. incip. Ista sunt nu. 9. Felij in cap. Caussam quæ nu. 7. in fi. de Rescript. Mobed. decis. 3. de Vsur. num. 2.* non tamen firmat gratiam contra intentionem scribentis &c: & sic concludit vnionem subreptitiam, etiam motu proprio interueniente esse nullam. Idem concludit Cardin. *cons. 96.* Felij *in cap. Postulasti nu. 3. vers. Potest etiam inferri & in cap. Ad aures nu. 9. de Rescript.* & alij quos dicto loco appellat Mandosius, cuius opinio videtur probabilior & receptior. Quomodo autem probetur vnio, vide Nicol. Garciam *tract. de benef. p. 12. c. 2. §. 3.* vbi scribit vnionem ex diuturnitate temporis, scilicet quod spatio quadraginta annorum beneficium fuit possessum tãquam vnitum, vt supra dixi *nu. 22.* adde Farinacium *decis. 233. num. 5. part. 1.* Præterea ex verbis enunciatiuis plurium instrumentorum antiquorum, in quibus beneficia tanquam vnita enunciantur; concurrente tamen longissima quasi possessione ipsius vnionis, & non alias. Nam verba enunciatiua plurium instrumentorum antiquorum habent vim famæ, & fama in antiquis plenè probat, etiamsi agatur de graui præiudicio, vt multis probat N. Garcia, *dicto loco.* & Farinacius *in decis. part. 1. decis. 626. nu. 2. & seqq. quæ propria est huic materiæ.* Denique probatur per testes deponentes de publica voce & fama *Farinacius decis. 626. nu. 4. part. 1.* 36 37 38 39

Argumenta in Reg. XXII. INNOCENTII VIIJ. & PAVLI V.

1. NEmo potest transire sine caussa ad minorem, seu laxiorem ordinẽ, nec Papa inconsulto.
2. Vir maturæ ætatis non potest transire ad minores ordines sine auctoritate Papæ.
3. Pleræque bullæ expediuntur per Cameram Apostolicam, non seruata constitutione Martini V. de qua in hac Regula.

4. Dis-

4. Dispensatus à Papa sine caussa non est securus in conscientia.
5. Quos religiosos comprehendat Constitutio Martini V.
6. Ordo transferendi mendicantes quis?
7. Clausula apponi solita in transeuntibus ad alios ordines.
8. Monachi habitum dimittentes spe obtinendæ facilioris dispensationis seipsos decipiunt, nec cẽsentur dispensati.

Regula XXII. Innocentii *VIII.* & Pavli V.

DE MENDICANTIBVS TRANSFERENDIS.

ITem de mẽdicantibus transferendis, qui ad alios ordines transierint pro tempore, voluit constitutionem fel. rec. Martini Papæ V. prædecessoris sui desuper factam, & in libro Cancellariæ scriptam, quæ incipit: Viam ambitiosæ cupiditatis, firmiter obseruari.

GLOSSEMA ALPHONSI.

IN ista Regula dicitur quod in mendicantibus transeuntibus ad alios ordines, seruetur constitutio Martini, scripta in Cancellaria: & vult dicere ista regula, quod quando A *Papa dat licentiam transferendi ad maiorem ordinem alicui mendicanti, quod non expediatur bulla in Cancellaria, nisi seruata forma dicta constitutionis, qua dicit, quod quicumq; religiosus transierit ad alium ordinem minorem, vel æqualem sua propria authoritate, quod sicut apostata sit ipso facto excommunicatus: & solet poni ista clausula:* Dum tamen tua propria authoritate habitum non dimiseris, & ad alium ordinem minorem vel æqualem tua propria authoritate huc vsq; non transieris &c: 1 *& si Papa dat licentiam transeundi, derogatur illi constitutioni expreßè: dicendo,* non obstante Felicis recordationis Martini Papę prædecessoris nostri constitutione &c: *& sic practicat Cancellaria. Et sciendum est, quod quando vnus est matura ætatis, & vult transire sine caussa ad minorem ordinem, tunc non potest hoc facere absq; licentia Papæ,* vt dicit glo. & Dominicus in c. singula §. prohibemus de præbend. 2 B lib. vj. *vbi per Domin. quando potest quis transire ad aliam religionem strictiorem, vel æqualem, aut minorem, cum licentia & sine licentia superioris* & per glos. & Doct. in c. licet de regularibus. *qua non insero hic: quia non multum faciunt ad propositum. Vnum tamen scio, quod per Cameram Apostolicam expediuntur multa bullæ, vt non seruetur* 3

uetur illa ordinatio Martini, maximè tempore SIXTI *Pontificis, qui fuit frater, & sciebat bene labores fratrum; ideò de facili secum dispensabat, etiam de ordine sancti Hyeronimi & de sancto Francisco, quod sint fratres sancti Ioannis Hyerosolimitani, vel sancti Spiritus cum crucibus ante pectus. Ego tamen in istis dependentibus à conscientia, maximè ex toto, non essem securus cum dispensatione Papali*, iuxta gloss. singul. in 4
capite non est deuoto. *& Papa est excusatus; quia credidit conscientia impetrantis, vbi nulli sit praeiudicium.*

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *Constitutio Martini)* Habetur in extrauag. commu. & incipit, *Viam ambitiosa cupiditatis &c: titul. de Regul. & transeunt. ad religio.* quæ solum cum hac Regula comprehendit mendicantes professos. Nam in professis nulla 5
opus fuit Constitutione aut Regula, cum quilibet non professus religionem posſit deserere, & ad vitam secularem redire, *cap. 1. & cap. beneficiorum de Regul. in 6. cap. statuimus ex eodem DD. in cap. qui post votum d. tit. de Regular. in 6.*

Porrò, in professis hic seruatur ordo, vt si monachus velit ad religionem ar- 6
ctiorem transire, tunc sufficiat consensus Abbatis, vt dimittat religionem in qua est professus, & aliam ingrediatur, *c. licet de Regular. Lapus allegat 62. Quidam.* Alioqui poterit reuocari à Prælato, etiamsi ingrediatur Carthusiam, vt respondit Nauar. *consil. 52. de Regul. & cons. 54. d. tit.* nisi tamen aliud ex concessione Apostolica vel Constitutionibus Regulæ colligatur, *Nauar. consil. 55. nu. 5. d. tit.* quod si ad parē se transferre velit, tunc voluntas Abbatis & conuentus sufficit, nisi velit transire ad Monasterium in alia situm Diœcesi: quia tunc auctoritas Episcopi interuenire debet, & caussa iusta in non exemptis, *Perus. in 6.* Nam in exemptis, requiritur licentia Papæ, qui est Episcopus exemptorum *Archid. in cap. sed subaudiendum 19. quæst. 2.* Quod si ad laxiorem, dispensatio Papæ postulari debet *glo. & DD. in cap. Cum singula §. fin. de præbend.* si quidem erat maior cum religionem ingressus est, & nulla sit caussa legitima, cur ad aliam transire illum oporteat: Nam si minor erat tempore assumptæ professionis & iuuenis factus maior velit transire ad minorem seu laxiorem, quia fortè austeritatem regulæ sustinere non valet, tunc sufficiet licentia Abbatis, & Episcopi, *Archid. in cap. Monachum 20. quæst. 1. Innoc. in cap. significatum, de Regular.* Hæc tamen distinctio quæ est Geminiani *in d. §. fin.* & Rebuffi *in praxi titul. de translat. Monachor.* hodie non videtur procedere, dico quoad eius extremam partem, cum certa ætas definita sit profiteri volentibus, nedum per PIVM II. *in Constit. quæ incipit: Cum ex sacrorum ordinum, nu. bullarij* III. verum etiam per Concilium Trid. quam si quis præuenerit, etiam ignorans dispositionem, professio erit nulla, vt testatur Nauar. *conf. 34. de Regular.*

B *Absq. licentia Papæ*) Solet autem hodiè in eiuſmodi licentia apponi 7
,, clauſula hæc:Et petita & obtenta per d. Oratorem ab eius ſuperiore licentia,&
,, ſeruata alias forma conſtitutionis fœl. recor. SIXTI V. deſuper æditæ , vbi
,, opus fuerit: Et dummodo in ſecundo dicto ordine ſtrictior vigeat obſeruan-
,, tia regularis : Et tranſlatio huiuſmodi intra ſex menſes proximos,nec ad eui-
,, tandum aliquam commiſſorum criminum pœnam fiat : alioqui præſens gratia
,, nulla ſit eo ipſo. Sed aduerte quod verſuti quidam , quò facilius illam impe- 8
trent, habitum temerè dimittunt, & ordinem deſerunt : verùm eiuſmodi diſpenſatio eſt ſubreptitia & nulla , cum oporteat illos non ſolum mentionem facere omiſsionis habitus, ſed etiam fraudis , qua grauiter peccando vſi ſunt , vt benignior in eis eſſet Romanus Pontifex, alioqui non erunt ſecuri in conſcientia, *vt not. Doctiſ. Nauar. in relect.. cap. ſi quando exceptione 5. nu. 4. & noſter hic in fi.* Stante autem eiuſmodi gratia, tranſlatus non emittit rurſum profeſsionem, ſed ſolum ſuſcipit habitum, & ſe conformat regularibus inſtitutis ordinis ad quem transfertur.

Argumenta in Reg. XXIII. INNOCENTII VIII. & PAVLI. V.

1. HAec Regula non eſt inſerta Regulis INNOCENTII VIII.
2. Regula hæc quid contineat.
3. SIXTVS V. induxit pœnam priuationis ipſo iure aduerſus infractores Pianæ conſtitutionis auctoris huius Regulæ.
4. CLEMENS VIII. ſuſtulit dictam pœnam priuationis ipſo iure.
5. De quibus Ordinibus loquatur hæc Reg.
6. An clericus bene notus poſsit ſine literis dimiſſorijs promoueri ad S. Ordines contra diſpoſitionem huius Reg.
7. An ſubſecuta ratihabitio tollat pœnam huius Regulæ.
8. An litteræ dimiſſoriæ Vicarij generalis ſufficiant promoueri cupienti.
9. Papa nonnunquam concedit ob doctrinam , vel bonum teſtimonium de conſenſu ordinarij vt quis omnes ordines breuiori tempore & extra tempora ſuſcipiat.
10. Clauſula apponi ſolita in abſolutione pro Præsbytero promoto ante legitimam ætatem, & prouiſo de Curato aut alio S. Ordinem requirente.
11. Clauſula reſtrictiua pro promoto ante legitimam ætatem quam tamen ſe habere credebat.
12. Alia clauſula pro promoto per ſaltum, minoribus prætermiſsis.

Regula XXIIII. PAVLI V.

DE MALE PROMOTIS.

ITem de Clericis extra tempora à iure statuta, siue ante ætatem legitimam, aut absque dimissorijs litteris ad sacros ordines se promoueri facientibus, pro tempore etiam voluit Constitutionem piæ memoriæ PII II. similiter prædecessoris sui desuper editam, & in dicto Cancellariæ libro descriptam, quæ incipit Cum ex sacrorum ordinum &c. pari modo obseruari.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

ISta Regula non est inserta Regulis INNOCENTII VIII. licet renouet Cóstit. PII II. alioquin vtillimam: nam suspendit beneficiatos, vel clericos, 1 2 qui absque Canonica, aut legitima licentia, se fecerunt promoueri extra tempora à iure statuta, siue ante ætatem legitimam, vel absque litteris dimissorijs, etiam Citramontani à Citramontanis (præterquam si in hoc vltimo casu per Cameram Apostolicam iuxta illius stylum ordinati fuerint, & ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promoueri) & si huiusmodi suspensione durante in ijsdem ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrent, à qua non nisi à solo Papa absolui possunt *cap. cum quidam c. litteras de Temp. ordin.* & beneficijs ecclesiasticis priuantur.

Hanc ergo Constitutionem PII II. quæ est de data 1461. 10. Kal. Decembris, censuit renouandam, & vbique obseruandam IVLIVS III. & alij ab eo Pontifices, ad nostra vsque tempora. Et licet alia Constitutio SIXTI V. de data 1588. sub non. Ianuarij, quæ incipit, *Sanctum & salutare*, statuerit pœnam priuationis beneficiorum ipso iure, aduersus infractores Pianæ Constitutionis (antea enim non inducebatur priuatio ipse iure) tamen ista vacatio ipso iure hodie non attenditur, cum è medio sublata sit dicta SIXTI V. constitutio, ac ad terminos iuris communis ac Concilij Triden. & dictæ Constitutionis PII II. redacta per Constitutionem CLEMENTIS VIII. emanatam pridie Kal. Maij millesimo quingentesimo nonagesimo, quæ extat apud Stephanum Quarantam in Summa Bullarij *Fol. mei 387.* 3 4

Porrò triplex est Ordinarius, qui in terminis huius constitutionis litteras

dimisso-

imissorias concedit, Originis, beneficij, & domicilij, iuxta *not. c. cum nullus de* *mp. ordin. in 6.* de quibus sigillatim Quaranta *in summa Bullarij verbo Ordo, vers.* *uoad tertium.* De quibus autem ordinibus loquatur, seu intelligenda sit Pii 5 Constitutio, atque etiam ista Regula, latè disputat Mandos. *hic quæst. 1.* vbi tanem concludit has Constitutiones non comprehendere minores ordines, sed intum Præsbyteratum, Diaconatum, & Subdiaconatum, siue agatur de perso- is Secularium, siue de personis Regularium, & Monachorum, vt idem scribit *uæst. 2.* & Stephan Quaranta *d. loco vers. Secundo limita.*

Sed an clericus, qui notus est, & probè cognitus, possit sine litteris dimisso- 6 ijs promoueri ad sacros ordines, contra huius Regulæ, & Pii ii. Constitutioem? *Inocen. in cap. Iam dudum vers. Dic tu illud verum, de præbend. & ibi Abb. nu. 7. & in cap. fraternitati nu. 4. vers. & limita hunc textum, de cler. non residen.* vietur concludere pro negatiua, cuius opinionem non probat hic Mandos. *q. 3. n. 8.* & si alioqui veram, & receptam; quando non esset inducta forma in Con- titutione *Anto. Corset. in suis singul. in verb. Præsumptio qualiter benè Versic. quod tamen intellige nisi esset data forma &c:* cum ergò sit hæc forma data, quantumumque notus promoueri non poterit absque dimissorijs litteris: in tantum, uod si taliter promotus sui ordinarij ratihabitionem obtineat, nihilomagis 7 ro verè ordinato reputabitur, nec liber erit à pœna huius Constitutionis, vt otat Mandos. *hic quæst. 4.* & Steph. Quaranta *in summa Bullarij verb. Ordo vers. mplia hanc extrauagantem.* nisi tamen summus Pontifex, qui ratam habeat ordiationem ab inferiori quocumque factam *per text. in l. adoptio. non iure ff. de doptio. glo. in cap. nullus alterius vers. solus tamen Princeps potest sententiam qua nulla st, confirmare, Imo. & Io. And. cap. prudentiam de off. deleg.* Ideòque eiusmodi pronotus poterit impetrare *Perinde valere* à S. Pontifice, quod ratificabit sacrorum rdinum ab alieno Episcopo susceptionem, perinde, ac si à proprio Episcopo ollati fuissent, vel perinde ac si cum eius litteris dimissorijs ordinatus esset *Aandos. d. quæst. 4. nu. 10.* qui quoque in *quæst. 6.* latè disputat, an litteræ dimissoriæ Vicarij generalis sufficiant promoueri cupienti: & tādem concludit quod 8 ion: quod nimirum Vicarius generalis non possit dare has litteras dimissorias ine speciali mandato *text. cap. cum nullus §. Episcopo arguendo speciali de temp. Orlin. in 6. Io. Fran. Pauin. tract. de off. & potest. cap. Sede vacante 10. quæst. part. 2. vers. An autem Vicarius nu. 17.* quod & probat dictus Stephanus Quaranta *in summa Bullarij, verbo, Ordo, vers. Vertitur autem dubium.* quod tamen limita primò, nisi Episcopus sit in remotis partibus, tunc enim Vicarius generalis potest hanc icentiam concedere *text. in d. c. cum nullus §. Episcopo ibiq. Francus* vel nisi Vicaius haberet aliqua maiora specificata, quam sit potestas eiusmodi dandi litteras *cap. qui ad agendum vers. Sed si aliquis de procur. in 7. Hostien. in cap. significasti ante i. vers. si tamen aliquis &c: de off. Vicarij,* vel denique, nisi eiusmodi Vicarius ge-

 neralis

neralis successisset aliquibus prioribus Vicarijs similes litteras concedere solitis, *argumento text. & ibi not in leg. cum. d. in rem vers. ff. de Vsur. Bald. in l. si cert. annis nu. 6. C. de pact. Gratus respon. 2. nu. 90. lib. 1.*

Denique limitando hanc Reg. aduerte, quod ob eminentiam doctrinæ, vel bonum testimonium, de consensu Ordinarij S. Pontifex concedit vt quis omnes ordines etiam præsbyteratus breuiori tempore sumere posit, etiam extra tempora, vt Episcopo Placentino respondit S. Gong. Interpretum Concilij Trid. *ad cap. 13. sess. 23.*

Item nota, in quantum hic dicitur suscipientes ordines sacros ante legitimam ætatem, (quæ est 18. annorum in Subdiacono; 20. in Diacono. 26. in Præsbytero) incurrere pœnam Constitutionis Pii II. quod si tales petant absolutionem à S. Sede & assecuti sint beneficium curatum, aut alias sacrum ordinem habens, solet hodie dari clausula: Et committatur Ordinario, imposita Oratori aliqua penitentia salutari & ipso ab executione suorum ordinum ad octo men- » & deinde arbitrio eiusdem Ordinarij suspenso. & quo-ad nouam prouisionem » committatur cum clausula, si per diligentem adhibitis, & deputato per eũdem » Ordinarium durante dispensatione huiusmodi Vicario idoneo in dicta Paro- » chiali Ecclesia cum congrua portione illius fructuum pro sustentatione ipsius » Vicarij, ita quod Orator interim eisdem Canonicatui, & præbendæ ne debitis » fraudentur obsequijs per substitutum, seu sacerdotem idoneum ab Ordinario » loci, seu Capitulo dictæ Ecclesiæ approbandum deseruire posit & teneatur. 10

11 Item in absolutione pro promoto credente se esse legitimæ ętatis solat adijci » clausula: Et committatur Ordinario, & dummodo constet Oratorem igno- » rantem defectum ætatis promotum fuisse vt præfertur, ipsoque ab executione » suorum sacrorum ordinum donec 25. ætatis suæ annum attigerit, & deinde ad » beneplacitum Ordinarij suspenso.

12 » Si autem quis sit promotus ad sacros minoribus prætermisis, petatque absolutionem, solet adijci clausula hæc: Et committatur Ordinario, & prædicto Oratore ab executione susceptorum ordinum, donec quatuor minores prędictos secretò susceperit, & deinde arbitrio eiusdem Ordinarij suspenso.

Regula XXIII. INNOCENTII *VIII.* *quæ est XXIV.* PAVL IV.

1. AVreus & solidus munisma, & Ducatus eadem sunt.
2. Etymologia & vocabulorum disputatio minus necessaria & negligẽda.
3. Omnis scientia incipit à cognitione vocabulorum.

4. Origo

Argumenta in Reg. XXIII. INNOCENTII *VIII.* *quæ est* PAVLI V.

DE MONETA.

ITem declarauit idem D. N. quod libra Turonẽn. Paruorum, & Florenus auri de Camera, pro æquali valore in concernentibus litteras & Cameram Apostolicam, computari & æstimari debeant.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A B C D *ISta Regula dicit quod quoad concernentia litteras apostolicas, vel cameram apostolicam, quod est tantum dicere libram Turonen. quantum ducatum de camera. & propter hanc regulam ponitur in supplicationibus, quando impetratur beneficium* cuius fructus &c: *nam aureus, & solidus, numisma, & ducatus idem est* glo. in rab. de numis. lib. x. & instit. de pœna teme. litig. §. fin. l. quoties C. de suscept. libr. x. *de qua materia per Canonistas* in c. quanto de iureiur. *& per legistas maximè Bart.* in l. Paulus ff. de solut. 1

Sed interogaui in Curia canonistas vnde habuit ortum libra Turonensium paruorum; & vnus abbreuiator respondit mihi ad ephesios & voluit dicere, quod in istis vocabulis recurrendum est ad Catholicon. pro quo facit gloss. in rubr. ff. solut. mat. *quæ dicit quod disputatio vocabulorum est relinquenda pertinacibus, id est capitosis, sed certe ego intelligo illam glos. veram, quando non refert multum quid significet vocabulum: quia tunc esset pertinacia, insistere in eius significatione, alias secus: nam omnis scientia incipit à cognitione vocabulorum vt ait Bald.* in l. liberti libertæque C. de oper. lib. in ij. col. *Ideò, oportet videre quid esset libra Turon. paruorum, propter subreptiones bullarum quo ad valorem. Tamen quia hic declaratur, satis est quo ad nos.* 2 3

Verùm,

Verùm, interogaui vnum Gallum, quid est ista moneta? & dixit mihi, quod cum alias fuisset factum Concilium in ciuitate Turonensi, Rex Franciæ qui habebat odio Italos, procurauit quod fieret impetratio secundum illam libram Turon. paruorum: quæ libra valet vnum ducatum, & quod non fieret per ducatos: & sic tamen factum fuit, sed credo quod fuit somnium: & satis est quod sumus certi quantum valet libra Turon. paruorum: quia valet vnum ducatum. sed vidi dubitari, quomodo intelligitur ducatus in impetrationibus, an secundum quod valet in partibus, vel secundum quod constat in curia cum cambio? & allegatur quod secundum quod valet in curia in Cambio. & allegaui not. in d. c. quanto. & in d. l. Paulus de solut. *quæ longum esset referre hic, sed sic practicat Rota.* 4 5

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A ISta Reg. dicit) Regulam hanc licet nonnulli inutilem censeant, eo quod vsus Turonensium, de quibus hic, omninò cessauerit, tamen non suis carere vtilitatibus rectè notat Mandosius hic, præsertim cum per eam vitari possint mille quæstiones, quæ passim apud DD. agitantur de mutatione valoris extrinseci & intrinseci pecuniarum; quæ quoque intricarent omnes in Curia supplicantes. 6

B *Concernentia litteras Apost. &c:)* Hoc est litterarum expeditionem & Cameram, id est Cameræ officium, circa harum litterarum expeditiones, & licet Regula loquatur de Camera, sicque videtur constitutio restricta ad illam, attamen sub Regula comprehenditur etiam Cancellaria ex identitate rationis, quæ cum sit generalis, facit vt constitutio specialis generaliter sit intelligenda *Dec. cons. 35. nu. 8. & cons. 115. Paris. consil. 83. vel 3. Mandos. hic quæst. 1.* 7 8

C *Ducatus de Camera)* Valor Ducati auri de Camera, est vnius scuti auri in auro, & vnius Iulij, de quò est vna decisio *in vna Conchen. 28. Iunij 1585. corā Orano. & in vna Acherontina fructiuum 20. Feb. 1595. coram Blancheto. & in vna Aretina pensionis 20. Febr. & 17. April. 1598. coram litta.* quas decis. habes apud Nicol. Garciam *part. 5. de benef. cap. 3. nu. 147. & seqq.* Si tamen reseruarentur simpliciter Ducati, non dicendo de Camera, attendendus esset valor currens in loco beneficij vt per Gigant. *cons. 58. alias Respon. 49. de Pensio. Garcia d. cap. nu. 151.* 9

D *Aureus solidus numisma & ducatus idem est)* De potestate seu valore aurei eiusque varietate paucis dicam. Romanis priscis *Aureus* simpliciter, & sine alia appellatione dicebatur: posterioribus *Solidus* & græcis Epoche quadam *numisma.* Pondus & æstimatio sub principibus eiusmodi fuit, vt 48. aurei, aut eo circa, ex libra signarentur: aureus autem vnus 25. drachmis, id est totidem Iulijs Romanis permutatur, vt Zonaras scribit *tom. 2. Annal.* 10

hocque

hocque pretium adstruit pondus ipsum aureorum, qui hodie exstant duarum ferè Drachmarum, id est duorum nostrorum aureorum: illud pretium mansit vsque ad tempora fere Constantini, Imp. cuius æuo Principes, qui ei successerunt, valorem aurei imminuerunt, sic quod 72. aurei in libram cuderentur, & sex vnciam redderent, erantque aurei singuli scrupulorum quaternorum, vt constat *ex l. 1. C. Theod. de Pond. & auri illat.* qua de re latius scribo *in tractatu de Re Nummaria cap. 10.* 11

Argumenta in Reg. XXIIII. Innocentii VIII. *quæ est* XXV. Pavli V.

1. Ratio constitutionis huius Regulæ.
2. Beneficia eorum qui promoti sunt ad Episcopatum, vacant in Curia.
3. Papa promouendo aliquem ad regimen ecclesiarum, reseruat suæ dispositioni ipsius beneficia, vt & pensiones, vt nu. 15.
4. Papa censetur derogare huic Regulæ per clausulas motus proprij, & ex certa scientia.
5. Papa per verba derogatoria potest sibi ipsi legem imponere, sed non successori.
6. Clausulæ motus proprij, & cum derogatione &c. censentur repetitæ in secunda parte huius Regulæ.
7. An ignorantia eius qui nesciuit se promouendum, excuset ipsum sic vt subsistat renunciatio?
8. Anima legis, ratio legis.
9. Princeps plerumque non concedenda concedit, victus importunitate precantium.
10. Hæc Regula inuenta est vt vitetur omnis occasio ambitionis.
11. Ideò fauorabilis est, & extendenda.
12. Prima Regulæ pars videtur superflua
13. In hac Reg. Ecclesiæ Cathedrales sunt comprehensæ.
14. An etiam extendatur ad alias Ecclesias inferiores.
15. An Regula hæc procedat in beneficijs eorum, qui promouentur ad Episcopatus in partibus infidelium: & quid in pensionibus?
16. An priora beneficia translati vacent, si promotus non sit assecutus pacificã beneficij secundi possessionem.
17. Pensiones etiam vacant per promotionem.
18. Per promotionem ad Cardinalatum vacant beneficia, vt & ad Pontificatũ.
An per promotionem ad Cardinalatum, sic vacent Episcopatus vt Regalia sint aperta? & quid si Papa dispensauerit vt retineret vtrumque? Ibid.
19. Hæc Regul. comprehendit dignitates electiuas, non obstantibus Concordatis Germaniæ?
20. Papa non censetur voluisse nouas inducere reseruationes in præiudicium Concordatorum, nisi de ijs expressam mentionem fecerit.
21. Reseruationes inductæ per Regulas non comprehendunt beneficia Ger-

 maniæ

Regula XXIV. INNOCENTII *VIII.* *quæ est XXV.* PAVLI V.

DE BENEFICIIS VACATVRIS PER PROMOTIONEM AD ECCLESIAS, ET MONASTERIA.

ITem præfatus D. N. Papa voluit, decreuit, & ordinauit, quod quæcumque concessiones, gratiæ, & mandata etiam motu proprio, & cum derogatione huius Constitutionis, quæ ab eo pro quibuscumque personis emanauerint de prouidendo eis de quibusuis beneficijs vacaturis per promotionem quorumcumque ad Ecclesiarum & Monasteriorum regimina, si huiusmodi concessiones & mandata diem promotionis promouendorum ipsorum præcesserint, necnon quæcumque collationes, & prouisiones pro tempore faciendæ de præmissis ac quibusuis alijs beneficijs Ecclesiasticis, secularibus ac regularibus, quæ per promouendos, vel per assumendos ad quascumque prælaturas inter illarum vacationis, & huiusmodi promotionis, vel assumptionis tempora, simpliciter, vel caussa permutationis, vbicumque resignari, vel alias dimitti contigerit, cum inde secutis, pro tempore sint cassæ, & irritæ, nulliusq; roboris vel momenti.

GLOSSE-

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista Regula dicit quod mandata de prouidendo, siue prouisiones quorumcunq; beneficiorum vacaturorum per promotiones quorumcumq; ad quascumq; prælaturas, etiã si fiant motu proprio, etiam cum derogatione huius Constitutionis; Item prouisiones & collationes beneficiorum illorum, qui deberent promoueri, quæ vacant per resignationem simplicem illorum, vel ex caussa permutationis, etiam sunt nullæ &c: & ratio huius constitutionis, quoad primam partem fuit ista, quia quando vnus debebat promoueri ad Episcopatum, vel ad regimen monasterij, tantum erat importunatus Papa super 1
beneficijs illis vacaturis, quod propter importunitatem illa cõcedebat etiam indignis: Ideò
A *cassat talia mandata Papa &c: Quoad secundam partem fuit ratio, quia ille qui sciebat se promouendum, faciebat resignationes secretas, vel ex caussa permutationis permutabat pinguia beneficia pro vno beneficio minimo, quod potest fieri iuxta doctrinam* Doct.
B in cap. cum venerabilis. de excep. et c: cum vniuersorum de rer. permu. *& sic quando Papa volebat conferre nihil reperiebatur vel modicum in beneficijs suis, ideò &c:*

Et ponderandum mihi puto id quod dicitur: quia datur intelligi, quod beneficia va-
C *cantia, tam per promotiones ad Ecclesiam* Cathedralem, *quam ad regimen Monasterij,* 2
*vacant in curia: sed de iure non reperio hoc cautum, immò video quod illi ad quos pertinet collatio illorum beneficiorum, possunt ea conferre per munus consecrationis &c:*cap. cum in cunctis de elect. *Item de iure communi non reperio cautum, quod si vnus habet prastimonia, vel alia beneficia simplicia, & promouetur ad regimen Monasterij: quod ista beneficia vacant ipso facto: sed bene reperio illa reseruata per extrauagan. ad regimen: sed quia illa extrauagans expirauit cum Benedicto eius conditore, vt ex fine eius apparet, & dixi supra in alia regula: sequitur quod si Papa moriatur, qua has regulas fecit suo tempore duraturas, vt supra in proemio, & fecit similes reseruationes in illis contentas in extrauag. ad regimen: quod tunc, si antequam eligeretur alius Pontifex, vel antequam faceret Regulas reseruationum, vacaret Episcopatus & canonici eligerent & Archiepiscopatus confirmaret, prout possunt facere, vt dixi superius in secunda regula, ille ad quem pertineret collatio ipsorum beneficiorum posset conferre de iure,* per d. cum in cunctis. *Item quod ante electionem illius vel confirmationem posset ille renuntiare beneficia sua simpliciter, vel ex caussa permutationis, quia tunc non haberet locum ista Regula, per proemium regularum.*

D *Et ista valet in simili pro Concordatis Alemaniæ, & pro Pragmatica Franciæ: sed ad tollendum hoc dubium, Papa dicit quando promouet aliquem ad Ecclesiam, quod reseruat beneficia ipsius & confert alij, vel mandat conferri, & ista est reseruatio specialis, quæ* 3
solet per Cancellariam expediri, vt dixi supra in alia regula.

Item ponderandum mihi arbitror istud verbum, quod ponitur hic, etiam motu

 proprio

proprio, & cum derogatione huiusmodi constitutionis &c: *Ex quo videtur quod Papa imponit sibi ipsi legem: & quod etiam si appareret bulla concessa motu proprio, & cum derogatione istius constit. quod non deberemus obedire: sed hoc est contra dispositionem iuris communis: quia per quamcunq; potestatem Papa daret alicui, vel quaecunq; verba diceret in priuilegijs & constitutionibus, nihilominus maiorem potestatem retinet penes se ad totum illud cassandum*, c. dudum & cap. quamuis lo. II. de praebend. lib. VI. *Ergò sequitur quod si Papa diceret in bulla prouisionis quod motu proprio, & ex certa scientia hoc facit, quod expressè derogat huic constitut. quod valeret ista derogatio* per d. capit. & per leg. si quis in princip. ff. de leg. III. & illud dicit Bald. in praeludijs Feudorum in XIII. col. & in capite ij qui Feudum dare possunt col. X. *qui dicit quod Papa per verba derogatoria potest sibi imponere legem, sed non successori: & alleg. Ioann. Monach.* in capite I. de constitutio. lib. VI. *Sed est vna truffa. Ac mirandum est de tanto Doctore, qui similia verba dixerit per praedicta iura. Ideò crederem, quod si Papa vellet derogare isti constitut. faciendo expressam mentionem, quod posset, & sufficiant dicta Doctor.* in capite I. de excess. praelud. libro VI. & in dicto lib. si quis in princip. de leg. III. & per Bald. in capi. naturales si de Feud. fuerit contro. in III. col. & in cap. I. §. libellarius de pa. Constan. & in l. I. Codice de naturalibus lib. vbi bona gloss. & per canonistas aliquos modernos in cap. nonnulli de rescript. *Verumtamen esset quod in hoc debet expectari secunda iussio, si vellet Ordinarius* argumen. cap. si quando de rescript. *Sed si Ordinarius nollet, non tenetur, per praedicta: Et ita credo sententiare Rotam.* 4 5 E F

Item arbitror quod ista clausula motus proprij & cum derogatione &c: *debet etiam intelligi in secundo responso huius constitutionis: quia sub vno constructo ponitur tota ista dispositio: ergò pariformiter debet intelligi iuxta doctrinam Bartholi* in lege talis scriptura ff. de lege I. & in lege praetor ait §. eritque differentia ff. vi bon. rapt. *& in istis non debemus separare caudam à capite; alias esset absonus intellectus* glossa est not. in capit. consuetudinis X. distinctio. quae alleg. capit. maiores de bap. & ibi not. Doctor. *sed omnis nominatus hic positus regitur infra ibi* sint cassa & irrita *ergò. &c: per praedicta.* 6

Item alias fui interrogatus in Curia, si vnus verisimiliter nesciebat se promouendum, & interim renuntiauerat aliquod beneficium in fauorem sui familiaris vel amici, an valebat ista renuntiatio? & dixi me credere quod sic, etiamsi postea in breui promoueretur: & ratio est: quia iste non facit in fraudem legis, ergò &c. nam anima legis, est ratio legis leg. cum ratio ff. de bonor. damnat. *& sufficit ita scriptum esse: & ita debet seruari*, leg. prospexit ff. qui & à quibus & cap. in memoria XIX. distinctio. *vt saepè superius dixi illa l. caret spiritu, vt dicit Bald.* in leg. si quis 7 G 8

seruo.

seruo. Codice de furt. *& sic credo fuisse, vt intellexi sententiatum in Rota, maximè quia ex multis qua not.* in leg. si seruus plurium. ff. de lege prima & ex alijs relatis per Baldum in capite primo §. & quia vidimus. qui Feud. da pos.in VII. col. *potest colligi intentio statuentis, etiam si non exprimatur: qua omitto caussa breuitatis. hac sufficiant pro nunc.*

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *Propter importunitatem*) Quod Principes propter importunitatem & inuerecundam petentium inhiationem non concedenda plerumque concedant, textus est *in l. 1. C. de Petit. bon. sublat. lib. 10.* atque hæc importuna petitio si fiat super beneficijs Ecclesiasticis, nullum ius prouisis tribuit, immò ab Ecclesiastica communione pellendi sunt. *d. cap. 1. & cap. cum qui 7. quæst. 1. c. Ordinationes 1. quæst. 1. cap. 1. & 2. de conceß. præbend.* si super muneribus, & honoribus ciuilibus dicitur etiam ambitiosa importunitas & reprobata *cap. fin. de Rescript. in 6. l. Ambitiosa decreta ff. de Decret. ab ord. faciend.* Ideò per hanc Regulam Pontifices meritò tollere studuerunt vitium ambitionis quod obrepere solebat tum maximè cum quidam erant promouēdi ad aliquas Prælaturas: quod & Galliæ Reges suis legibus cauisse legimus, inter quas extat Caroli VII. *artic. 85. tit. De non concedendis beneficijs & officijs ante illorum vacationem.* Per primam igitur huius Regulæ partem Papa voluit tollere omnem modum concessionis gratiarum super beneficijs per promotionem vacaturis: per secundam autem quæ incipit ibi *necnon quacumq; &c.* voluit præseruare liberam collationem beneficiorum quæ per promotionem sunt vacatura: nam pleriq; omnes promouendi resignabant & nihil per eorum promotionem vacabat, & sic eludebatur Papæ reseruatio de beneficio vacāte per promotionem. Ex quo videmus quod Regula hæc sit fauorabilis & amplianda, vt quæ occurrat ambitioni & fraudibus eòq; extendenda, notatque Felij *in cap. de quarta nu. 15. in fin. de præscript.* etiam quo-ad vtramque partem, quia vtrobique fraus interuenire poterat. Notandum tamen primam Regulæ partem, quæ respicit prouisiones ab ipso Papa emanandas, videri hodie superfluam, ex quo per Concilium Triden. *cap. 19. de Reformat. sess. 24.* prohibentur expectatiuæ, & quæcumque gratiæ ad vacatura.

9 10 11 12

B *Quod potest fieri*) Ostendi *in tract. de permut. benef. part. 3. cap. 1.* eiusmodi permutationem fraudem sapere, & secundum quosdam, nullam esse.

C *Ad Ecclesiam Cathedralem*) Non refert ergò quod hæc Regula non 13 exprimat Ecclesias Cathedrales, seu Episcopales: quia & subiecta materia quæ est de promotionibus ad Ecclesiarum & Monasteriorum regimina, & ex communi vsu loquendi & stylo Roman. curiæ satis elicitur hic agi de promouendis ad Episcopatus & Abbatias, vt notat quoque Mandosius *quæstione 3.* qui postea *quæst. 6.* videtur etiam hanc Regulam extendere ad alios inferiores Iurisdictionem Ordinariam habentes, quales sunt Archidiaconi, Decani, Præpositi & similes, quæ interpretatio fundatur in verbis secundæ partis Regulæ ibi 14 *ad quascumq; prælaturas.* illi enim omnes, (etsi impropriè) Prælati dicuntur. sed hæc opinio tuta non mihi videtur, propterea quod de ijs Prælaturis videatur loqui, de quibus in prima parte Regulæ, sed vide Mand. *d. quæst. 5. & quæst. 4.* vbi quoque subijcit contra aliter sentientes Regulam hanc non procedere in beneficijs eorum, qui promouentur ad Episcopatus in partibus infidelium existentes, sed ad eos, qui actu, vel habitu, curam habent animarum, & ordina- 15 riam Iurisdictionem. Nota tamen beneficia priora translati non vacare, si cum 16 eo sit à Pontifice dispensatum *Flam. Paris. tract. de Resig. lib. 3. quæst. 1. num. 84.* vel eo cessante, si is non sit assecutus possessionem pacificam secundæ Prælaturæ quamquam aliud dicendum sit in maioribus dignitatibus, vt in Episcopatu, quia etiam sine adeptione possessionis secundi Episcopatus per simplicem translationem vacare dicitur, vt not. Mascard. *de probat. conclus. 183.* Præterea d. Reg. nostra non procedit in Commendis, vt tenuit Rota *decis. 791. p. 1. diuers.* vt nec in permutationibus maiorum dignitatum, vt Episcopatuum *Put. decis. 327. Anast. Germonius tract. de Indultis Cardin. §. Si verò illa nu. 36.* Sed nec Regula ista procedit in Francia, si promouendus coram Ordinario resignaret beneficia ante promotionem; quia licet per hanc Regulam sibi Papa reseruet eiusmodi beneficiorum collationem, quæ per promotionem vacant, tamen quia omnes Regulæ sapientes reseruationem exulant è Gallijs, hinc etiam fit, vt huic Regulæ non sit locus. Denique nota, & aduerte quod sicut vacant beneficia 17 per promotionem, ita etiam pensiones *Gigas de Pensio. quæst. 56. & consil. 149. nu. 8. Hiero. Gabriel. Consil. 200. lib. 2. qui ait ita semper obseruatum fuisse, & stylum inueteratum ita se habere qui facit ius Flam. Paris. de Resig. ben. lib. 3. & lib. 9. q. 2. nu. 121. Nicol. Garcia tract. de benef. part. 7. cap. 4.* vbi quoque *nu. 76.* ponit constitutionem GREGORII XIV. quo-ad formam faciendi processus inquisitionis ex præscripto Concilij Trident. super promouendis ad Ecclesias Cathedrales. Nec omittendum etiam per constit. huius Regulæ vacare beneficia eius, 18 qui ad Cardinalatum promotus est, *Collect. in cap. fin. col. 1. de concess. prabend. Flam. Paris. lib. 3. de Resig. quæst. 1. num. 76.* vel etiam si Episcopus hostis efficiatur & Rebellis Regis, & regni inimicus, in quibus ius Regaliorum datur Regi, quo casu vacat & Episcopatus, *Rebuff. in tract. Nominat. quæstio. 15. num. 10. vers. Item*

Item quando. Sed an per promotionem ad Cardinalatum vacet Episcopatus, & sic an Regalia sint aperta? Hanc quæstionem pro affirmatiua inuenient Galli apud Aegidium le Maistre primum Præsidē amplissimi Ordinis Parisien. *tract. iuris regaliæ cap. 7.* Et quid si Papa dispensauerit vt retineret vtrumque? consule eundem pro apertura Regaliæ decertantem; videaturque etiam Ruzæus *tract. Iur. Regal. 13. priuileg.* Denique, vacant beneficia per electionem ad summum Pontificatum, vt in specie consuluit Gabriel. *consil. 200.* quando Angelus Ioannes Mediceus in Pontificem maximum fuit assumptus, & Pivs iv. dictus quod euenisse etiam scribit Colle. *d. loco* tēpore Clementis vi. id quod ex illo refert Anast. Germon. *tract. de Indult. Cardinal. §. Si verò illa. numero 31. & sequentibus.*

Item in quantum hic subijcitur quod vacent beneficia promoti ad Monasteriorum regimina, intellige nisi dispensatio illa retinendi obtineatur. Vnde Priori N. promoto ad aliquod Monasterium, à quo Prioratus ipse dependet potest dari dispensatio, quod possit retinere dictum Prioratum, sicut prius; decernendo illum non vacare. Secus si ab alio Monasterio dependeret, quia tunc esset dāda dispensatio, quod illum posset in commendam retinere. In administratore verò non datur dispensatio.

Pro Concordatis Alemaniæ) Notabilis extat Rotæ decisio hac de re apud Georg. Branden. super Concord. *in vna Paderborn. præpositura coram R. P. D. Bubalo anno 1588. Martij 9.* In facto enim proponebatur d. Præposituram esse electiuam, & primam dignitatem post Pontificalem in dicta Ecclesia. Vacante d. Ecclesia capitulum elegisse in Episcopum Dominum Theodoricum eiusdem Ecclesiæ Præpositum, qui post electionem, & ante obtentam confirmationem à Sede Apostolica, dictam præposituram purè & liberè in manibus Capituli resignauit, quam resignationem admittens Capitulum elegit in Præpositum D. Melchiorem, hac electione] non obstante, Papa illam contulit D. Gualtero, qui credebat, & contendebat esse reseruatam per hanc Reg. quæ annullat omnes resignationes, de quibuscumque beneficijs, per promouendos, vel assumendos ad quascumque prælaturas, inter tempus vacationis, & promotionis ad illas: fuit magna difficultas apud Dominos an d. nostra Regula comprehenderet dignitates electiuas, super qua tunc non potuit capi resolutio: & nihilominus quatenus etiam comprehēderet, Domini sub Die 9. Martij 1588. in 1. propositione huius caussæ, concluserunt d. Præposituram non esse reseruatā: quia cum in Concordatis (exceptis reseruationibus in eis expressis) relinquatur libera facultas ordinarijs conferendi, *vt in §. Placet,* videbatur Dominis reseruationem inductā per hāc Reg. 24. non cōprehendere beneficia Germaniæ, quorum collatio spectat ad Ordinarium, vigore Concordatorum: cum non censeatur Papa voluisse nouas inducere reseruationes in præiudicium Cōcordatorum, 20

rum, nisi de ijs expressam, & specialem fecerit mentionem iuxta *text. in cap. ex multiplici de decimis glo. in Clem. 2. in verb. Pacta de sepul. Anchor. cons. 20.* & ideò 21
reseruationes inductæ per Regulas, non comprehendunt beneficia Germaniæ, *Cassad. decis. 1. du pact. Crescent decis. 55. lib.* quemadmodum supra ostendi *ad Reg. 11. post. nu. 7.* & proinde dicebant Domini dictam Præposituram vacauisse, non per promotionem, sed per resignationem Theodorici, qui potuit ante promotionem resignare titulum beneficij *Oldrad. Consil. 203. num. 1. text. in cap. Commissa vbi DD. de electio. in 5. Capell. Tholos. decis. 472.* Verum, causa iterum proposita die 30. Maij 1588. Domini recesserunt à dicta resolutione, & concluserunt d. præposituram esse reseruatam Sedi Apostolicæ: tum quia Regul. hæc 24. quæ fauorabilis est, vtpote ad tollendas fraudes, comprehendit etiam bene- 22
ficia electiua, tum quia d. Reg. venit declaratiua ad reseruationem extrauagantis Ad regimen, quæ reseruatio est comprehensa Concordatis. insuper cum præpositura sit prima dignitas, illa vigore Concordatorum est reseruata sanctæ Sedi, etsi sit electiua: quia cum in Concordatis paullò ante *§. de litteris verò &c:* facta sit mentio de electiuis & postea subijciatur *de cæteris verò &c:* intelligendum est de electiuis, quia exceptio debet esse de Regula *gloss. in* 23
Rub. de Reg. iur. in 6. bart. in l. si cum ff. Si quis caussa. Denique, quia accedit dictio *verò*, quæ est aduersatiua, & inducit repetitionem omnium qualitatũ ex- 24
pressarum in præcedenti dispositione *Bald. in l. omnes populi nu. 21. de Iust. & iur. Alex in leg. si filius à Patre nu. 6. de lib. & posthu.* Cum igitur de reseruatione in ipsis Concordatis versemur in casu claro, sequitur quod Capitulum non potuit disponere de hac Pręposítura vti Sedi Apostolicæ reseruata: proinde ita Domini concluserunt: Quæ decisio notanda est Capitulis Germaniæ, quæ plerumq; eligunt Præpositum, vel Decanum in Episcopum, & ab eo recipiunt renunciationem Præpositurx, vel Decanatus & eligunt alium Præpositum, vel Decanum. Nam talis electio est nulla, & Decanatus aut Præpositura manet Pontifici reseruata, & possessio electi est vitiosa, *Aegid. decis. 498.* tum per hanc Reg. tum per Concordata Nationis Germ. ibi: *Rursus Monasteria &c: Decanatus &c: etiamsi ad illa personæ consueuerint per electionem assumi, quæ promoti per nos seu auctoritate nostra &c: obtinebant tempore promotionum.*

E *Sed non Successori*) Adde Card. Tuschum *pract. conclus. tom. 6. conclus. 96. numero 4.*

F *Faciendo expressam mentionem*) Ita quoque sentit. Abb. & Felij *in cap. Nonnulli de Rescript. Bart. in l. Nemine C de Cano. frum. Vrbu Rom. lib. 11.* Corset. *in sum singul. in verb. Rescriptum.* sed Papa hodie non facile derogaret primę parti huius Constitutionis, propter Concilium Trid. quod sustulit expectatiuas, & gratias ad vacatura, vt dictum est. Sed quo-ad secundam partem, Papa solet derogare huic Regulæ, in expeditionibus, scilicet, resignationum ante pro- 25
motio-

motionem factarum: licet multis placeat, non esse necessariam derogationem, quinimò Regulam hanc iam exoleuisse, vt multorum testimonio probat Flam. Parif. *tract. de Resig. benef. lib. 3. quæst. 6. nu. 27. & seqq.* vbi tamen *nu. 32.* scribit de hodierno Cancellariæ stylo necessariam esse Regulæ derogationem, quod & probat Anast. Germonius *tract. de Indultis Cardin. §. si verò illa nu. 35.* vbi scri- 26
bit promotum ad Episcopatum, ne vacent priora sua beneficia, debere non solum dispensationem super retentione obtinere *per not. Mand. in praxi sign. vers. dispensatio super retentione*, sed etiam litteras expedire *Put. decis. 327.* Itaq; cessante dispensatione, vacabant priora beneficia, ipso iure, quod intellige post adeptam possessionem, seu huius loco lapsum trimestris ad consecrationē dati, *& ita probat text. in d. cap. cum in cunctis §. 1. & ibi gloss. de electio. cap. si qui Episcopi 92. dist. Mandos. ad hanc Reg. quæst. 4. nu. 6. ibi qui quidem stylus Caputaquen. decis. 401. nu. 4.* cum non ante vacent beneficia promoti *d. c. cum in cunctis §. cum verò vbi Cardin. & Abb. de electio. Oldrad. consil. 14. Flam. Paris. de Resig. ben. lib. 3. q. 1. nu 78.* licet alij aliter voluerint, videlicet vt statim vacent, statimque per Pontificem conferantur, quos refert dictus Anast. Germon. *d. §. nu. 21.* quod ipsum etiam probat Granutius ad Simonettam *quæst. 27. nu. 6. Nauar consil. 14. de electio.* quorum sanè opinio vera est in dignitatibus maioribus, vt Episcopatu &c: quippe tum adeptione secundi, statim vacaret primum, vti ex Ioseph Mascardo *conclus. 183.* supra notaui *nu. 28.* quod non procedit 1. in permutatione Episcopatus, quo casu habent permutantes retentionem beneficiorum *Anast. Germon. d. tract. §. 5. vero illa nu. 36.* Secundo non procedit in Episcopatu titulari in partibus infidelium existenti: quia per illum non amittuntur alia beneficia, *Achilles de Grassis decis. 2. de electione Granut. ad Simonettam d. quæst. 27. nu. 7. Garcias de benef. p. 11. c. 4. nu. 24.* vbi scribit beneficia promotorum ad Episcopatus in partibus fidelium existentes, seu titulares non vacare, cum non possint assequi possessionem illorum, nec per illos stet quo minus assequantur *Staphil. de litt. gratiæ tit. de qual. & statu benef. §. huiusmodi nu. 15.* quod & supra ostendimus *nu. 15.* Sed quid si quis promotus sit cum retentione beneficiorum, & deinde moriatur in partibus, an beneficia illa censebuntur reseruata, vt de ijs solus Papa posit disponere? & esse reseruata scribit Simonetta *tract. de Reser. benef. quæst. 27. nu. 5.* quia cum ad certum tempus promotionis se non restringant, generaliter debent intelligi quocumque tempore sint vacatura.

Et hæc quidem de beneficijs obtentis, sed quid in obtinendis? vtpote beneficijs simplicibus, & alijs quæ Episcopus electione, vel alias consequitur, an illorum sit capax Episcopus? pro affirmatiua resoluit Nauar. *consil. 15. & vltimo in fine de electione.* sed mihi illius opinio non placet: Si enim Episcopus per promotionem eijcitur à prioribus beneficijs, quæ ante promotionem obtinebat, certè multò minus admittitur ad alia de nouo obtinenda in titulum sine dispen-

 satione

Regula XXV. INNOCENTII *VIII.* *quæ est XXVI.* PAVLI V.

DE NON IVDICANDO IVXTA FORMAM SVPPLICATIONVM, SED LITTERARVM expeditarum.

ITem voluit, statuit, & ordinauit idem D. N. quod Iudices in Rom. Curia * deputati pro tempore, etiamsi sint S. R. E. Cardinales, caussarũ S. Palatij Apostolici Auditores, vel alij quicumque, non iuxta formam supplicationum signatarum, super quibuscumque impetrationibus *, vel concessionibus (nisi * sint Commissiones Iustitiam continentes, per Placet, vel per S. R. E. Vicecancellarium, iuxta facultatem super hoc sibi concessam signatæ)

 Sed

Sed iuxta litterarum super eisdem impetrationibus, & concessionibus confectarum tenores, & formas iudicare debeant. Et si litteræ ipsæ minus benè per præoccupationem, vel expeditæ reperiãtur, ad illorum quorum interest instantiam, ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt, per eius Officiales, quibus huiusmodi tenores, & formas restringere conuenit ad formas debitas reducendo.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *Ista Regula dicit quod nullus Iudex in Curia, etiam Cardinalis debet indicare secundum tenorem supplicationis concernentis gratiam, sed secundum tenorem litterarum expeditarum, nisi sint commissiones,* per placet, *vel signata per Vicecancellarium, super iustitia &c: & si littera non benè sint expedita, debent mitti ad Vicecancellarium &c: Ista Regula habet in se æquitatem, licet videatur prima fronte contra ius: nam* 1
omnis gratia Papa, est perfecta de iure per solam signaturam, & solo eius verbo est gratia facta, etiam sine expeditione bullarum, sufficiat text. cum glo. in c. institutionibus xxv. q. II. & text. cum glo in clem. dudum §. nos enim de sepul. omitto doct. in proemio VI. & Bald. in l. humanum C. de leg. & Abb. in c. nostra de rescript. & in c. nostri de elect. *tamen hoc non obstante, facit pro æquitate huius regula, quia multa falsitates committuntur in supplicationibus, qua non possunt committi* 2
in bullis; præmaximè, quia Officiales habent certas regulas ad expediendum litteras, vt
B *videbimus infra, ergò &c: Nam falsificantes litteras Apostolicas puniuntur grauiter de iure,* c. ad falsariorum de cri. fals. *sed supplicatio non est littera Apostolica: quia non est bullata* arg. c. licet et c. quam graui eo. tit. *ergò vt euitetur falsitas aperta, &* 3
puniatur falsificans bullas, & vt videatur tenor bullarum expeditarum, ideò &c: 4

Et ex ista regula potest sumi conclusio etiam de stylo, & de iure quod qualibet gratia Papa non dicatur perfecta, nisi reducatur in modum: hoc dicit apertè Bald. in c. I. 5
& II. per quos fiat Inuestitura coll. x. *& allegat* in arg. l. contractus C. de fide instr. *& hoc idem vult. Oldr.* in consil. CCXXVI. in V. col. à quo habuit Bald. & incipit quod articuli dati *& idem dicit Anton.* Cons. XII. *& cum eis concordat ista regula: & facit etiam quod dicit Ioan. de Milis* in verbo Gratia Apostolica nõ censetur, *qui non allegat dictos Doctores, & dicit quod ante litteras confectas non dicitur* 6
quis habere canonicum titulum, & allegat decis. Rotæ CCCCXXXIIII. sed fortè est CCCXXIX. cum seq. quæ incipit. Item licet Rom curia.

Post hoc tollo aliqua dubia curiosorum, qui volunt sapere plus quam oportet sapere iuxta c. I. de renun. lib. VI. *& dico quod licet ista regula loquatur de Iudicibus in Romana*

D *mana curia, non sequitur à cõtrario sensu, quod extra curiã non habeat locum ista regula: quia à fortiori debet habere locum extra eam: & quæ ponuntur caussa exempli in Curia,* 7 *non firmant* Regulam *in curia tantum*, l. 1. §. quod vulgo ff. de vi. & vi ar. c. 1. in princip. iuxta glo. ne clerici vel Monachi.

Item pondero hic verbum Cardinales &c: *& voluit dicere, quod ista constitutio vel alia non extenderetur ad Cardinales, nisi exprimerentur, vt hic: sed dico quod multa exprimuntur ad cautelam propter simplices, ideò non firmant regulam*, l. fi. C. de indic. vidui tol. & in c. 1. de noua for. fideli col. x.

Sed an Cardinales comprehendantur in quacumq; dispositione loquente simpliciter, vel vniuersaliter, vel indiffinitè, plenè dico in tract. Cardinalium in xii. q.

Item colligo hic contra curiosos, quod supplicatio continet in se commissiones, ibi nisi sint commissiones &c: *& sic supplicatio est genus, & commissio est species: proprio tamen sumpto vocabulo, supplicatio est quæ continet gratiam meram: commissio, quæ continet iustitiam. Ex hoc infero, si Papa committit signaturam supplicationum* 8 *vni Episcopo per* placet, *quod etiam videtur ipsi committere signaturam commissionum per* placet, arg. huius regulæ. *maximè in præsentia Principis, qui tolerat &c: quod facit ad tollendum dubium curiosorum, an dominus Alariensis, qui habuit signaturam per* 9 placet *à Domino* Sixto, *censeretur habere etiam commissionum; quia* R. *Dominus Nouariensis Card. habuit signaturam commissionum cum referendarijs: & dixi alias quod sic, & non oportet insistere in hoc: quia ipse habuit bullam de hoc, vt audio.*

Item ponderandum est hoc verbum per placet *hic positum, & sic erat in Regulis* Sixti, *sed non in regula* Pauli. *& quia fortè simplices Curiales possunt dubitare, quid sit ista signatura per* placet, *breuiter dicam aliquid: & quia supra in proemio tetigi, an sufficeret in Curia prima commissio, & non requireretur alia commissio pro Auditoribus: sed* 10 *quod ipsi possent vigore primæ commissionis facere omnia, quæ pertinerent ad negotium principale expediendum* iuxta c. præterea cum infinitis de offic. deleg. *nam cui iurisdictio mandata est, ea quoq; concessa esse videntur, sine quibus iurisdictio explicari non* 11 *potest*, l. ii. ff. de iuris. om. iud. *ergò videtur quod prima commissio sufficeret pro Au-*

E *ditoribus, vt possint omnia facere, sine quibus &c: maximè quia rescriptum ad lites debet largissimè interpretari, vt notanter dicit Inno.* in c. si Episcopi de rebus Ecclesiæ & glos. est in l. xii. ff. de offi. præsi. *quod est verum, quoad vim comprehensiuam,* 12 *secus de extensiua*, vt dicit ibi Abb. *& pro eius dicto facit* gl. fi. *quam etiam ibi notat Abb.* in c. edoceri de rescript. *quæ dicit quod rescripta debent strictè intelligi. sed concordando, dico eam veram, quoad mentem extensiuam, secus quoad comprehensiuam: alias contraria esset dicto* Inno. *vbi supra. Item quia Iudex potest interpretari legem obscuram, in caussa coram eo pendente, vt vult* INNO. notanter in c. cum speciali de appel. *cuius dictum approbãt Doct. etiam legistæ maximè Bald.* in vsibus Feu. in c. 1. §. interpares. alias est c. de per se de lege Corra. in iii. col. *ergò sequitur quod deberet sufficere prima commissio, & non essent tot necessariæ commissiones, & tot tribulationes in Curia.*

 Sed

copista, & etiam procuratores: ideò transeamus cum erroribus aliorum: & nolo hic re-
ferre decisiones Rotæ dicentes, quod commißiones Auditorum in curia sunt strictißimæ in
præsentia Principis. Et quando intelligãtur Auditores Ordinarij in cognoscẽdo & delegati
in pronuntiãdo: nam multi allegant, & non intelligunt, etiã maximi viri. sed hoc non est
dicendũ hic. fortè alibi infra dicam, & dixi latius in alijs tractatibus: tamen Auditores
multa possunt facere sine cõmißionibus per placet, quæ non faciunt propter aliqua tacẽda.

Vnum tamen non omitto hic, quia quando Papa, vel vnus Cõmissarius, signat per pla-
cet, non credo quod Vicecancellarius poßit restringere istam signaturam. et si restringeret,
potius deberent Auditores stare signaturæ per placet: quia ex quo Papa apposuit manus,
inferior non potest se intromittere, sufficiat c. vt nostrum de Appel. tamen Rota tenet 16
contrarium, & nescio quo iure; & fortè dicam infra in aliqua regula. Item ponderan-
dum est hic verbum, nisi sint commissiones iustitiam cõcernentes, alias
continentes per placet vel per sanctæ Rom. Eccles. &c: nam à fortio-
ri debet intelligi de breuibus, ac supplicationibus interclusis: & quia casus nunc pendet, di-
cam hic aliquid, & infra in regula XXIX. etiam tangam, si Papa prouidit vni de vna præ- 17
benda, & commisit per Breue suum supplicationibus interclusis, quod poneretur in posses-
sione verificatis supplicationibus in partibus opponitur de ista regula: dicendum puto, quod
I ex quo constat de voluntate Papæ, quod non habeat locum ista regula, maximè per præ- 18
dicta verba à fortiori per authen. multo magis C. de Episcop. & cle. pro nunc non
decido: quia pendet de facto.

Item per hanc regulam practicatur, quod licet vnus consentiat in cancellaria, in certa
K pensione persoluenda, tamen nihilominus non tenetur eam soluere, nisi bullis expeditis, & 19
sibi intimatis &c: ibi secundum tenorem & formas &c: quia supplicatio non facit
fidem. Sed ego dedi cautelam, & seruaui in facto meo, quod ille qui consentit, faciat in- 20
strumentum ad partem, quod est contentus soluere pensionem etiam bullis non expeditis,
& renuntiat huic regulæ, quoniam potest renuntiare, iuxta l. si quis in conscribendo
C. de pact. & de Episcop. & cler. l. si quis. & tunc tenetur ipse: sed de successore,
credo quod non: nec committitur aliqua simonia, per ea quæ dixi superius in principio.
Item pondero verbum hic, ad illorum quorum intereſt instantiam &c:
L Nam ex hoc videtur, quod iudex non debet mittere bullam malè formatam ad can- 21
cellariam corrigendam, nisi pars petat, per hunc text: maximè, quia iudex in his, quæ
M pertinent ad vtilitatem priuatam non potest regulariter supplere. sufficiat l. III. §. hoc
autem iudicium ff. de dam. infect. vbi per Bar. & Doct. in c. bonæ I. de postu.
prælat. & per Bar. & Bal. in l. I. C. vt quæ desunt aduoc. sed quia in caussa bene- 22
ficiali iudex potest supplere ex officio suo cap. olim de rescrip. & gl. in d. c. bonæ se-
quitur quod Iudex potest facere, si vult, sed non adstringeretur, ideò est bonum in arbi-
trijs habere iudicem fauorabilem, vt dicit gl. in reg. in iudicijs de reg. iur. lib. VI.

COMMEN-

tionem, aliud dicendum est: quia executor non aliter gratiam exequetur, nisi bullis expeditis :cum demum ab illis potestas ipsorum & probatio gratiæ pendeat, *cap. Pastoralis §. fin. de Rescript. Coras. tract. de off. & benef. Eccl part. 4. c. 1. nu. 22. Zerol. in praxi Episcopali verb. Supplicatio in pr. ibi sed ad hoc posset responderi VVames. cons. 1. nu. 5. lib. 1. Simonetta tract. de Reseruat. ben. quæst. 55. num. 11.* vbi ex Aegidio *cons. 34. col. 8. in fi.* ostendit Supplicationes, vt probent habere in se tacitam cōditionem, si transiuerint per Cancellariam *Staphileus de litt. grat. tit. quibus mod. expirent litt. ad benef. num. 8.* atque ita intelligendæ & restringendæ sunt decis. Bellam *609. & 644.* Cassad. *dicta decis.* & DD. in Rub. *de Constitutio.* & sic quoque hæc Regula conformis erit cum iure communi secundum aliquos 27 vt post Staphileum *de signat litt. iustitia c. 1. nu. 2.* respondit Oldradus *cons. 324. factum tale & cons. 325. Thema quæstionis.* Cui quoque consonat quod respondit Mar. Socinus *cons. 41. Viso indulto nu. 4. vel 3.* quod quamuis essentia, & substantia gratiæ in supplicatione, seu annotatione, ac signatura ad supplicationem consistat, exercitium tamen non permittitur, nisi expeditis litteris *VVames. d. cons. 1.* Nam in lingua Principis (inquit Bald.) stat gratia, in scriptura testimonium, in executione commoditas, *Farinacius decis. 585. nu. 2. part. 1. in Nouiss.* Itaque licet talis gratia sit informis, cum per litteras forma illi detur, tamen illa forma formalis, seu essentialis non est, sed probatoria, vt dicit Geminian. *cons. 106. col. 2. vers. in contrarium, Clem. 1. de prab. Felij. & alij ad rub. de Constit. VVames. cons. 1. nu. 4. & cons. 33. & cons. 269. vel 1. Flam. Paris. de resignat. lib. 8. q. 2. nu. 11.* Ideòque ad essentiam gratiæ non requiritur scriptura, sed tātum ad probationem ipsius gratiæ, illiusque executionem per supradicta. Hinc fit quod non leuatis Bullis & stante sola supplicatione, Ordinarius posit conferre beneficium illud, quod per solam Papæ signaturam alteri collatum est, *Gomes. de Expect. nu. 16. in fi. & 17.* vbi ait valere collationes Ordinariorum factas ante expeditionem litterarum : nam per solam signaturam vel supplicationem non expirat reseruatio beneficij facta à Papa, si antea sibi reseruasset vel deuoluisset *Couar. 3. Var. cap. 16. nu. 2. Zerola in praxi Episcop. verb. Supplicatio seu Signatura.* Sed quid si litteræ fuerint expeditæ, & resignatarius ante captam possessionem moriatur, an beneficiū vacet per obitum ? vacare notat Flam. Paris. *de Resig. ben. lib. 10. q. 6. nu. 54.* Si autem moriatur resignans antequam resignatarius expedierit litteras, consensu tamen per resignantem præstito, beneficium vacabit per renuntiationem, & non per obitum : ideò resignatarius poterit postea expedire litteras & capere possessionem *Flam. d. q. nu. 59.* Redeo ad propositum, & noto dispositionem huius Regulæ procedere etiam quo-ad intellectum & effectum Regul. de non expedien. commissionibus caussarum, nisi litteris expeditis, & Reg. 53. quæ disponit non valere dispensationes litteris non expeditis, & Regulæ 37. quæ litterarum expeditionem requirit cum re-

Ll ligiosi

ligiosi petunt aliquod beneficium ad nutum amouibile; & denique Regul. 69. quæ requirit expeditionem litterarum in sequestris & remissorijs. licet huic Regulæ semper soleat derogari. Hoc tamen inter istas Regulas interest, quod Regula 53. & 37. ad Iudicem non diriguntur: quia illa respicit Possessioné, eiq; satisfit, si ante sententiam expediantur litteræ dispensationis, hæc verò magis expeditores litterarum, quam Iudicem concernit. At verò hæc Regula 27. cum cum Reg. 29. Iudicem respiciunt, sic quod ei iurisdictio demum detur, si litteræ sint expeditæ. Sed an Regula hæc de iudicibus loquens, habeat locum in arbitris? Mandosius hic *quæst. 5.* concludit Regulam habere locum in quibuscumq; 28
arbitris tam iuris, quam compromissarijs: & de illis cum eo conueniunt omnes; de istis dissentiunt aliqui, & inter hos Gomes. *quæst. 8.* sed horum opinio saluari poterit, si isti compromissarij seu arbitratores sint à superiore, *per not. eiusdem Mandos. d. quæst. 5. nu. 11. & seqq.* Quid in gratia *Perinde valere?* 29
vide Gomesium hic *quæst. 7.* & Mandos. *quæst. 4.* qui concludit Regul. citam in hac gratia locum habere, præsertim propter INNOCENTII III. nouam Constit. quæ vult supplicationem solam, nullam fidem facere, nisi habeant clausulam, quod earum sola signatura fidé faciet, etiamsi gratia sit motu proprio facta, *Gomes. hic quæst. 11. vbi* verbo *concessionis* in Regula posito, comprehendi etiam gratias motu proprio factas scribit.

Sed an Regula procedat in eo, qui supplicatione signata agit possessorio iudicio? Partem negatiuam, nimirum solam supplicationem pro absolutoria sufficere, multifariam olim iudicauit Rota, teste Mandos. hic *quæst. 3.* at hodierno iure aliud dicendum esse idem Mandos. docet ex Constitutione Iulij III. quæ publicata est, anno 1553. Maij 27. & est in viridi obseruantia, emanauitque contra retinentes beneficia litteris non expeditis, nec non contra quoscúq; apprehendentes possessiones beneficiorum absq; litteris, & tales declarantur ibi perpetuò inhabiles *Flam. lib. 10. q. 1. nu. 20.* quod tamen fallit, nisi possessio capiatur nomine Cameræ vigore Breuis: nam huiusmodi Breue succedit loco litterarum & possessio ritè capitur *But. decis. 155. lib. 1.* Solet enim in Curia sæpè in beneficijs litigiosis, & in quibus speratur lis, dari Breue de capienda possessione, cum clausula citra vitium spolij, & attentatorum, & resignatarius potest obtinere Breue, ciam directum Auditori Cameræ, vt constito de resignatione in fauorem ipsius, illum immittat in possessionem, amoto quolibet detentore intruso, & tunc Auditor Cameræ solet decernere Monitoriú, vt totidem verbis notat Flam. Paris. *de Resig. ben. lib. 10. quæst. 5. nu. 20. & seqq.* videatur quoq; Mascardus *tract. de Probat. conclus. incip. An sola supplicatio aut signatura sufficiat ad tituli iustificationem,* Gonzales *ad Reg. 8. glo. 15. nu. 98.*

30 (beside "Sed an Regula procedat…"); 31 (beside "publicata est, anno 1553")

Verum vt redeam ad propositum, notanda est Crescentij decisio. *1. titul. de exceptio.* vbi dicitur possessorem non audiendum dantem de iure tertij per productionem 32

ductionem supplicationis signatæ, licet ipse D. Crescentius fuerit alterius opinionis, vt subijcit: eo quia sola supplicatio sufficit ad docendum de iure tertij, *Cassad. decis. 8. nu. 13. de Restit. spoliat.* facitque operari quod possit opponi de illo iure tertij per productionem supplicationis, contra dantem de Regula, nullum ius habentem. Tamen ab opinione Rotæ stat Mandos. hic *quæst. 15. & 13.* quæ tenenda est, præsertim propter iam dictam Iulij III. Constitutionem, de qua idem Mandosius *quæstio. 3. & 4.* quam S. Congregatio Card. interpretum Concilij Trident. in vna Pacen. I. Iulij 1593. comprobauit.

Hęc tamen Regula limitationem accipit, vt nimirum soli signaturę credatur, primò, nisi possessio capiatur vigore Breuis nomine Camerę, vt prædixi. Secundò, si illius sumptum ex regesto litterarum bullatarum capiatur, quia tunc valebit quo-ad probationem, *D. VVames. cons. 340. num 11. de Rer. permut. tom. 2. Flam Paris. tract. de Resig. benef. lib. 10. quæst. 1. nu. 19. Rebuff. in addit. ad hanc Reg. & in praxi tertia parte signatura nu. 5. Bellamera decis. 24. supposito,* vbi quod reseruatio per signaturam de qua per Regestum, seu alias constaret, probaret *Staphilem super signatura vers. ego tamen de iure*, Nec moueant decisiones Rotæ *620. in No. sumptum & 680. in No. quod sumptum*, Bellam. *decis. 252. sumptum de regesto*, quia hodie sunt exoletæ, & aliud de stylo Rom. Cu. seruatur teste *Rebuff. in addit. ad hanc Regul.* Bellenc. *de charit. subsid. quæst. 113. in fin.* quo in loco ponit practicam extrahendi dictum sumptum.

Sublimitanda tamen hæc limitatio, vt non procedat extra Curiam, vt voluit Mandos. *hic quæst. 6. num. 4.* Tertio limita, si signatura discrepet à bulla, crederetur enim signaturæ, *Rebuff. d. loco nu. 10.* Quartò, credetur signaturæ quo-ad circumstantias gratiæ, puta temporis, vel qualitatis, *Mandos. hic quæst. 9.* Quintò, quo-ad solutionem pensionis, de quo vide hic Alphonsum in fine ibi, *Sed ego dedi cautelam.* tametsi Probus *in addit. ad Io. Monachi in cap. tibi nu. 13. de Rescript.* teneat contrarium. Sextò, credetur signaturæ contra supplicantem qui eam dedit, puta si dixerit beneficium vacasse in mense ordinarij vel dixit valorem fructuum non adscendere ad Duc. 24. vel dixit se I. V. Doctorem, vel quid simile *Rebuff. d. loco nu. 20. Bellam cons. 24. supposito statuto col. 7. vers. puto contrarium, num assertio facta in libello &c. Mandos. hic quæst. 8. nu. 7. qui tamen postea vtitur distinctione.* Septimò, stabitur signaturæ ad probandam impetrationem, & præcedentem veram vacationem. *Rota decis. 332. licet Romana 27. de Rescript. in No. VVamezius cons. 222. nu. 5. tom. 1.* Octauò, credetur signaturæ, in fauorem eius, qui obtinuit absolutoriam, *Masc ard. de probat. conclus. 171. nu. 5. & 847. nu. 35. Bellam. decis. 612. actor admissus ad probandum.* Nonò, credetur signaturę quando est alijs adminiculis fulcita, vtpote per mensularios expertos, qui deposuerunt eam bonam, & secundum stylum Curiæ factam, *Rebuff. in addit. ad hanc Reg.* vbi scribit in Francia esse receptũ, vt si quis non possit obtinere

bullam obstante aliquo impedimento, possit impetrare bullas regias per quas impedimentum narret, & petat sibi concedi, vt liceat approbare per expertos dictam signaturam, & verificare, & concedi solent obstante & constante impedimento. Deniq; aduerte Regulam hanc non procedere, quando litteræ sunt expeditæ, & discordant à supplicatione, vt fuit decisum in aretina Commendæ 19. Ianuarij 1597. coram Illustriss. Card Seraphino, teste Farinacio *decis. 465. nu. 5. part. 2. Diuersorum.*

D *Debet habere locum extra eam*) De hoc, potuit controuerti tempore Regularum INNOCENTII, in quibus cautum erat tantum, quod Iudices in Rom. Curia iudicare debeant, non iuxta tenorem supplicationum, sed litterarum desuper factarum: at nunc cum per Reg. Iulij III. constitutio INNOCENTII sit producta etiam ad Iudices extra Curiam, exploratum est, illos non posse iudicare iuxta supplicationum tenorem Romæ obtentarum, sed iuxta litteras desuper expeditas. Vnde patet Gomesium nihil nisi fluctus excitasse in simpulo (vt dicitur) dum quæstionem à nostro Alphonso hic positam rursum sibi discutiendam proponit, cum tempore quo scripsit, sciuerit clausulam hanc adiectam, *& extra eam.* 34

E *Rescriptum ad lites*) Adde Felij *in cap. caussam quæ nu. 8. de rescript.* Aliud, in rescriptis beneficialibus, quæ stricte sunt intelligenda *Geminia in cap. illis §. Cum autem numero 2. de Prebend.* quam tamen Regulam limitat Felij *in dicto cap. caussam. nu. 7.* 35

F *Ipsemet Papa signat*) Signatura quibus verbis à Papa, vel eius Commissario fiat, deque vi, & effectu illorum verborum, vide Rebuff. *in praxi secunda parte signaturæ* Gomesium *hic quæstio. 16. & Domin. ad Regulam 23. Cancellariæ.* 36

G *Papam facere iustitiam*) Aliam rationem hic assignat Gomes. *quæst. 16. vers. alia igitur est ratio.*

H *Bulla non concordat*) Sed an qui bullas producit, possit cogi, vt ostendat signaturam, si fortè aduersarius obijciat latius extensas, quã signatura contineat? Cogi non posse respondit seu decreuit Senatus Sabaudiæ teste Antonio Fabro *lib. 10. defin. forens. tit. 3. definit. 5.* faciunt enim per se fidem, & ad eum, qui vitium obijcit, pertinet, vt signaturæ quæ in actis curię remanet, exemplum probatæ fidei proferat, ex cuius collatione constare possit, vtrum amplior facta sit Bullarum expeditio, quam fieri debuerit, *ita Senatus in caussa Philippi Chanelard. & Claudij Poysat 13. Kal. Ian. 1589.* 37

I *Non habeat locum Reg ista*) Idem sentit Mand. *hic quæst. 11.* qui quæstionem hanc egregiè, & prolixè in vtramq; partem discussit & tandem pro negatiua cum Nostro resoluit *nu. 8.* quibus porrò rationibus videat Lector.

Nisi

K *Nisi Bullis expeditis*) Et ita plerumque fit de stylo Rom. Curiæ in qua partes consentiunt supplicationi, inquit Gomes. hic *q. 6. sub fin.* & se obligant etiam litteris non expeditis, pensionem soluere, suntque tales in foro conscientiæ tuti, vt idem adstruit *q. 14.* adde Rebuffum *in praxi in 3. part. sig. nu. 11. & seqq.* Flam. Paris. *tract. de Resig. ben. lib. 8. quæst. 2. nu. 24.* Mascard. *de probatio. conclus. 845. seu 843. nu. 3.* quamuis sine litteris cogi non possint ad solutionem pensionis per Iudicē, per hanc Reg. nisi alias se obligassent de illā soluēdo absq; litteris, vt hic dicitur, *Cassad. dec. s. 2. de pensio. nu. 12. Rebuff. de pacif. poss. num. 145. & 156.* licet illud iam cesset, stante clausula in supplicatione pensionum, *vigore litterarum desuper expeditarum, nec alias persoluenda*, quæ tempore GREGORII XIII. apponi cœpit, vt per Nicol. Garciam *de ben. part. 4. c. 1. nu. 39. & c. 2. nu. 45.* qua clausula stante, dicendum est ante litterarum expeditionem non posse exigi, nec etiam solui, nec ad eius executionem procedi, etiam stante titularis consensu, & obligatione in forma Cameræ de illam soluendo etiam litteris non expeditis, quia illa clausula apposita est fauore officialium Cancell. & nō fauore partis, quod magis procedit per clausulā hodie apponi solitā à tempore SIXTI V. quæ est magis stricta, nempe, *vigore litterarum Apostolicarum desuper conficiendarum nec antea, alias præsens reseruatio nulla sit, eo ipso persoluenda*, cui clausulæ renuntiari non potest etiam per ambas partes, quia est ad fauorem Officialium Cancell. ne defraudentur, vt fuit resolutū in Parco per Dominos Abbreuiatores de maiori. Imò pensionem esse nullam, si ante litterarum expeditionem exigatur, fuit resolutum *in vna veronen. pensionis 11. Iulij 1592. coram D. Mellino quā dec. ponit Sallust. Tiber. in practica Auditoris Cameræ l. 3. c. 4. ad fi. in addit. & in vna Sabinen. pensionis 13. Iulij 1594. coram D. Mantica*, & hodie à tempore CLEM. VIII. dicta clausula ponitur magis strictè: dicitur enim, *vigore litterarum Apostolicarum infra nouem menses proximos expediendarum, nec alias, alias præsens reseruatio nulla sit eo ipso persoluenda.* Ideoque hodie non solum pensio debet solui litteris non expeditis, sed etiam illæ debent expediri infra nouem menses à data supplicationis, & alias pensio nulla est eo ipso, quia clausula annullat pensionem à principio, *Nicol. Garcia d. cap. 2. Videatur quoq;* Nauar. *cons. 37. de Simonia* vbi scribit promittentem soluere pensionē resignanti reseruandam, litteris non expeditis, simoniam cōmittere, quod & firmat Flam. Paris. *tract. de Confidentia quæst. 43. nu. 10.* Itaq; tu qui resignas reseruata pensione, litteras cures expediri, alioquin lapso dicto tēpore priuaberis pensione tua, quod contigit Dño N. quondam Præposito Leodieñ. qui præbendam, & Canonicatum Ecclesiæ Traiecteñ. resignauerat N. dictæ Ecclesiæ, postea Cātori reseruata sibi pensione, qua frustratus fuit idem Præpositus, quod litteras infra dictum tempus expediri non curauisset.

L *Malè formatam*) Aduertant tyrones praxeos, si bullæ fuerint malè formatæ

formatæ, vtpote contra consuetas formas Cancellariæ, vel quando non sunt conceptæ iuxta signaturam, eas remitti, etiam de partibus solere ad Cancellariam, vt corrigantur, & reducantur ad formas debitas, quod non ante fiet, nisi producto signaturæ sumpto, vt ex eo videatur, an saltem in substantialibus discrepent, sicque Iudex seu Officialis videant, an bulla reformari debeat, nec in hoc opus erit partis citatione, ex opinione Rebuffi *in praxi tit. de Reformat. & correct. bullæ nu. 8.* Flam.Paris. *tract. de resig. benef. lib. 8. quæst. 7. nu. 190. & seqq.* & tunc Officialis ponit in plica bullæ *Correctum fuit in Registro per me N.* & si error processit ab Abbreuiatore, corrigitur gratis, vt docet experientia. Cæterum quod in Reg. dicitur per præoccupationem, intellige, quando per præoccupatam gratiam, vel fauorem litteræ non benè expeditæ fuerint.

M *Non potest regulariter*) An Iudex suppleat ea quæ sūt ex actis apparētia, nisi obijciantur à parte, vide Boër. *decis. 344. gloss. in l. sicut, verb. facultatem ibi Bald. & salutet C. præscriptio 2. part. q. 5.* Guido, *Papæ decis. 221.* Zazium *in l. ius dicentis nu. 20. ff. de iurisd. d. om. iud.* 41

Argumenta in Reg. XXVI. INNOCENTII VIII. PAVLI V. *Reg.* XXVII.

1. Regulæ Cancellariæ mutantur pro varietate temporum.
2. Iudicare non debet Iudex, nisi secundum bullam expeditam.
3. Quæ Regulæ sint dandæ, & quæ non: & quomodo sint petendæ.
4. Regula Cancellariæ semel producta in vna caussa, fidem facit in alijs.
5. Quando verbum aliquod, quod non inducit necessitatem ponitur, in materia dante Regulam vel certam formam, tunc importat necessitatem.
6. Quomodo Regulæ Cancell. fidem faciant in partibus..
7. Sententia lata in partibus vigore Regulę Cancellarię contra dispos. huius Reg. est nulla.
8. Regulas Cancell. quæ notæ sunt, producere necesse non est, dum probentur per testes.
9. Extrauagantes an sint producendæ & quid in sententia contra eas lata.
10. Papa mortuo an sint producēdæ Reg. Cancellariæ.
11. Parcus vnde dicatur.
12. Tenor Constitutionis siue Regulę potest probari per testes.
13. Regulæ Cancell. plerumque per Pontifices immutantur.
14. Regulę de dandis sub plumbo dantur extra Curiam.
15. Regula in vna caussa producta, potest in alia repeti.
16. Consuetudo in vno iudicio probata, in altero inter conciues potest produci.
17. Regulæ concernentes expeditionem litterarum non faciunt fidem extra Curiam.

Regula XXVI. Innocentii *VIII.* *quæ est XXVII.* Pavli V.

DE REGVLIS CANCELLAR. PRODVCENDIS.

ITem attendens idem D. N. quod super habendis de Cancellaria Apost. Regulis & constitutionibus inibi descriptis faciliter per illos, qui in Romana Curia indiguerint, ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest, nec consultum foret, quod super earundem Regularum & Constitutionum, quas iuxta occurrentium varietatem caussarum, & negotiorum aliquoties immutari conuenit, probando tenorem vel effectum testium plerumque tenacem memoriam non habentium depositionibus stari deberet, voluit, statuit & ordinauit, quod deinceps quilibet ex Auditoribus caussarum Palatij Apostolici & alijs (etiamsi S. R. E. sint Cardinales) in ipsa Curia pro tempore deputatis auctoritate Apostolica, iudicibus, etiam in caussis actu pendentibus super huiusmodi tenore vel effectu probando dumtaxat stet, fidemque adhibeat scedulæ siue scripturæ desuper à duobus de maiore Parco, quod danda sit à tergo signatæ, & etiam à duobus alijs litterarum Apostolicarum Abbreuiatoribus in ipsa Cancellaria auscultatæ: & Vice-Cancellarij seu dictam Cancellariam Regentis manu subscriptæ, vt est moris: quicquid autem secus fieri contigerit nullius sit roboris vel momenti.

GLOS-

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista Regula disponit quod quilibet Iudex in Curia Romana stet scedulæ, vel scripturæ duorum Abbreuiatorum de Parco maiori, super tenore cuiuscumq; regulæ, & retro eam signantium, quod danda sit illa regula, & subcripta manu duorum Abbreuiatorum, etiam de minori parco, quod est, auscultata & superscripta à Vicecancellario, vel à Regente Cancellariam: alias quicquid contrarium factum fuerit, sit nullum. Hoc dicit:
A *& ratio decidendi fuit hic expressa: quia aliquando mutatur regula Cancellariæ pro* 1
varietate temporum &c: c. non debet. de affin. & consan. *ideò videtur quod legitimè sit quod hic deciditur. Et ratio dubitandi fuit, quia satis erat, quod in præsentia Principis haberetur illa regula inter alias regulas Cancellariæ: imò non deberet fieri fides de ea: quia ex quo reperitur inter alias regulas, præsumitur esse de regulis, sicut quando dubitatur, an aliqua sit decretalis, si reperiatur inter alias, præsumitur decretalis: sicut monialis præsumitur reperta inter alias moniales, vt dicit glossa notabilis* in sum. 19. distinctione. *& sic videbatur de regulis.*

Sed sciendum, quod quædam regulæ ponuntur ad iudicandum bullas, & illæ non sunt dandæ in iure: quia iudex non debet iudicare, nisi secundum bullam iam expeditam. & 2
aliæ regulæ ponuntur ad terrorem, videlicet, quod infra sex menses expediantur bullæ; alias quod non valet Signatura: & similes regulæ non sunt dandæ. Aliæ concernunt me- 3
rum iudicium, vt supra regula proxima, & regula infra proxima: & tales sunt dandæ, & de istis loquitur ista regula: & practicatur hodie sic: quando vnus indiget regula, facit supplicationem, & dat Vicecancellario, & legitur, si est danda, & tunc ponitur proœmium regularum & vna alia regula prima, & postea ponitur illa quæ petitur, & deinde publicatio regularum &c: Et ideò ponitur proœmium & alia regula, vt videatur an sit de Regulis: ex quo inter alias reperitur vt dixi. sed si est talis regula iam producta coram vno auditore, tunc postquam est registrata, Notarius illius producit eam in alia caussa tua, 4
si dederis illi duos carlinos, & semper facit fidem: quia iam semel est satisfactum huic regulæ &c:

Et quia hic dicitur quod Iudex stet scedulæ &c: in modum de quo hic dicitur, an sit de necessitate quod hic dicitur: quia videtur hoc relinquendum arbitrio iudicis: & certè dico quod si aliter fieret, non valeret, vt hic dicitur: nam quando aliquod verbum quod non inducit necessitatem, ponitur in materia dante regulam, vel certam formam, tunc 5
importat necessitatem, vt dicit Bal. in l. Gallus. in 11. col. ff. de lib. & posthum. & allegat glos. ibi. *Ex quo infertur, quod si statutum dicat, quod Iudex potest inquirere de certis criminibus &c: quod tenetur inquirere, & sua authoritate iudicabit, per prædicta.*

Item

Item circa hanc regulam sæpè dubitaui, quomodo posset vnus habere regulas Cancellariæ ad partes, vt ibi faciant fidem in iudicijs: & certè à contrario sensu huius regulæ, videtur quod nullus etiam in partibus potest iudicare secundum Regulas Cancellariæ, ex quo non sunt signatæ prout hic dicitur. Et certè crederem quod si vnus vellet expendere, oporteret habere mandatum Papæ speciale, circa hoc dirigendum Vicecancellario, quod ipse videret easdem regulas dandas: & transmitteret sub plumbo ad partes: quia ista 6
B *regula non dat potestatem illis de Parco vel Vicecācellario, nisi hic tantum: ideò non esset magnum tenere, quod sententia lata in partibus vigore regulæ Cancellariæ quantumcūq; notæ, esset nulla, per prædicta, iuncta ista regula: & interrogaui aliquos Abbreuiatores dudum de hac quæstione: & quia non habebant in suo Repertorio, vel Formulario minutarum, nesciuerunt mihi respondere: sed credo quod dixi. Vidi tamen Regulam Cancellariæ dari in plumbo, videlicet illa per quam Papa reualidat litteras gratiæ, vel iustitiæ sui prædecessoris, quæ est duodecima supra, absq; commissione Papæ. licet ista regula loquatur in Curia:* facit quod dicit Bartolus in l. cum prolatis, de re iudicata. referendo ibi Ioannem And. in cap. quod translatione de offi. leg. *sed tunc esset dubium, an illa faceret fidem in alijs caussis: & credo quod sic, per proœmium regularum, & per ea quæ ibi dixi. Verumtamen cogitandum esset. Tamen hoc crederem verum, quando esset vna regula inusitata, quæ communiter non habetur etiam in partibus, alias si communiter ab alijs haberetur, & testes maximè curiales dicunt quod viderunt eam practicari, & sic secundum eam sententiari, credo quod in partibus valeret sententia* argum. huius regulæ, ibi', faciliter per eos qui in Ro. curia &c: *& ibi*, in ipsa curia &c: & ad hoc faciunt notata in cap. pastoralis de fide instru. & in l. cum prolatis ff. de re iud. per Bar. *& si dicatur in partibus, quod non est data in curia, ei qui dicit, incumbit onus probandi* l. 2. ff. de probat. *maximè cum reperitur inter alias per prædicta, præsertim hoc tempore, quia sunt impressæ regulæ in præsentia Principis, in cuius præsentia non præsumitur aliquid fraudulenter actum,* argument. leg. omnium Cod. de test. 7 8

Et pondero istam regulam: quia etiam loquitur de alijs Constitutionibus extrauagantibus, & ideò, quoad extrauagantes; crederem distinguendam, prout text. & gloss. & doct. dicunt in c. pastoralis de fide instru. Bart. in l. cum prolatis ff. de re iudic. & Bald. in l. leges sacratißimæ C. de legib. in l. omnes populi. per Bart. ff. de iust. & iur. *quod etiamsi non sit incorporata vel bullata, si tamen est notoria, quod sententia lata contra eam esset nulla, vt in extrauag. execrab. ponit autē Abbas exemplum, vt supra. alias deberet Papa cōsuli: de me remitto ad prædicta loca. tamen in Curia oporteret, quod fieret in forma hic inserta producta coram iudice etiam extrauag. quia de facili potest haberi recursus ad Cancellariā, vt vult proœmium hic, alias non valeret sententia, vt hic dicitur & supra etiam dixi.* C 9

Item ponderandum est verbum hic, regulis & constitutionibus &c: *ex quo videtur arguendum, quod cum Papa mortuo etiam regulæ suæ dicantur mortuæ, vt in* 10

proemio regularum: quod etiamsi vnus indiguerat tempore huius Pontificis vna regulæ Cancellariæ de tempore SIXTI *vel* PAVLI, *quod non haberet locum, quod hic dicitur: quia iam non est regula ex quo mortuus est Papa, vt dixi: tamen in hoc distinguendum arbitror, quia si caussa pendebat tempore P* [illegible]*.1, qua potest decidi per vnam Regulam* PAVLI, *tunc quoad illam caussam, illa regula semper viuit. Ideò potest allegari & produci sine metu falsitatis, vt dicit Bald.* in l. fi. ff. de fal. & Ioan. de Imol. hoc tenet latissimè in c. I. de constit. & allegat auth. vt cum de app. cognoscitur col. VIII. in prin. & §. 1. *& sic deberet hodie fieri in Curia per Cancellariam. sed ego vidi super vna regula Calix. hic valde altercari: & sine noua commißione Papæ per* placet *nunquam potuit haberi. & ratio est: quia est mortua, vt dixi. sed certè malè fit, ex quo illa lex quoad casus præteritos non est mortua, per prædicta. sed aliter dijs visum fuit. quidam tamen habuit vnam commißionem in fauorem scholastici Borgen. circa hoc, & benè: & sic nescio nunc quomodo fieret.*

Et non curo referre hic, qui dicantur Abbreuiatores de Parco maiori, & de minori. sed sciendum quod Parcus ci: vel Parcum ci, est temperamentum: vnde dicit Sallustius in Catilinaria, quod Romani in sacrificijs Deorum erant magnifici, & domi parci, id est, temperati quoad iudicium, vt non excedant metas supplicationum & Regularum &c: & sic infero, quod malè dicitur, parcus, id est, auarus à vulgo: quia parcus dicitur temperatus; & auarus est qui tenet tenenda, & non tenenda vt dicit glos. in c. ex parte. de consue. *qui ponit diffinitionem auari, & prodigi, & largi, melius quam viderim de iure canonico, sed non ponit de parco.* 12

Vnum tamen non omitto notare hic: quia tenor constitutionis siue regulæ potest probari per testes: & hoc clare dicit proemium huius regulæ: & licet Io. Andr. in mercurialibus in regula Nemo potest. *videtur dicere contrarium, tamen de iure hoc communiter tenetur, & hoc sufficiat ad hoc* decis. Rotæ 244. quæ incipit. Item quod Constitutio siue statutum. 13

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *PRo varietate temporum*) Solent enim Regulæ plerumq; mutari, dum Pontifices posteriores Regulis decessorum aliquid addunt, vel minuũt, vsu sic exigente, quemadmodum multifariam factum fuisse ad nostra vsq; tempora passim in his commentarijs ostendimus. Ideò ne super hac mutabilitate, & diuersitate dubium oriretur, meritò per hanc Regulam ordinatum fuit, Regulas Cancellariæ nullam fidem facere, nisi ex fonte Cancellariæ, & ex mandato Vicecancellarij impetrarentur, & in iudicio producerentur, idque iuxta formam hic statutam; alias enim non ligarent, etiamsi in iudicijs essent millies allegatæ iuxta com. DD. sententiam, *Fely in cap. 1. nu. 11. de Re iud. Cassad. decis. 7. nu. 5.* 13

nu. 5. super Regulis Fran. Pauin. in Prælud. extrauag. col. 3. verſ. Quidam verò ex eis. Gomeſ. ad Proem. Reg. q. 2. ſub fin. verſ. Non obſtat. quibus in locis quaſdam dicunt eſſe Regulas de dandis, quæ faciunt fidem extra curiam, prout ſunt, teſte eodem Gomeſio, omnes ferè iudiciales, quæ habent decretum irritans, & iſtæ vt fidem faciant extra Curiam, dantur ſub plumbo (vt aliqui volunt) in forma 14
aliarum bullarum, præmiſſa ſupplicatione ad Papam; quod & probat Decius *in l. 1. nu. 74. Si cert. pet.* nam in Curia ſufficit quod dentur per Vicecancellariã, vel Regentem Cancellariæ, ſine ſpeciali mandato Papæ, cum ſubſcriptione tamen duorum Abbreuiatorum vt in hac Reg. ſtatuitur, & notat idem Pauinus, & Regula ſemel in iudicio producta in Curia ad inſtantiam alicuius, poteſt poſtea ad illius vel alterius inſtantiam pro quacumque cauſſa repeti, habita de hoc 15
fide à Notario producente, idque vt euitentur expenſæ, & circuitus. hinc videmus cõſuetudinem ſemel in vno iudicio probatam, in altero inter ciues eiuſ- 16
dem territorij produci poſſe, fidemque facere *Math. Colerus tractat. de Proceſſib. execut part. 1. cap. 3. nu. 36. & 37.* Quædam verò ſunt, quæ non ſunt de dan- 17
dis, id eſt, quæ non ſolent partibus petentibus dari, ſeu concedi, vtpote quæ dant normam ſolis Officialibus Cãcellariç, quoad expeditiones litterarum, quç ſi non ſunt expeditæ iuxta illarũ normam, remittuntur ad Cancellariam corrigendæ, & iſtæ non faciunt fidem extra Curiam. Ex his igitur percipis ea omnia quæ longo ſermone contexuit hic noſter Alphonſus.

B *Sententia lata*) Quod ſententiæ latæ contra Regulas, ſi non ſint produ- 18
ctæ ſubſiſtant, plerique omnes adſtruunt qui in hanc Reg. ſunt commentati. Nam licet pleræque Regulæ habeant verba illa in fine poſita, ***nullius ſint roboris vel momenti*** vel ſimilia, quæ alias nullitatem ipſo iure inducunt, & ſic etiam ſine partis obiectu *l. qui in carcerem ff. quod met. cauſſa l. Si quis Semproniũ in fi, ff. de hæred. inſtit. c. nouit cum glo. fin. de his quæ fiunt à Prælat.* tamen in caſu iſto, de ſtylo Rom. Curiæ requiritur quod excipiatur de Regula, deque illa detur, illaque in iudicio producatur. Nam verba illa ſeu decretum irritans in Reg. appoſitum, habet tacitam conditionem, videlicet ſi is cuius fauorem reſpicit, vti voluerit *l. & eleganter §. 1. cum glo. in verb. Nullam ff. de dolo Calder. conſ. 1. de Tranſ. Prælat. poſt. med. Rota deciſ. 421. col. 2.* limitarẽ tamen quicquid noſter gloſſographus dicat, vt non procedat in Regulis notis & viſitatis, quæq; vel per practicos comprobari poſſunt, vel per Codices Regularum in Vrbe impreſſos per not. Alphonſi *hic ſupra nu. 8. in fine.* Hinc placitum extat Senatus Ampliſſimi Sabaudiæ, quo inſtiſtinctè definitum ſufficere Regulas Cancellariæ allegare, licet non proferantur ſub plumbo, *Ant. Faber lib. 4. Definit. forenſ. definit. 15. fa. VVameſ. conſil. 226. de perbend. nu. 6. vol. 1.* Placitum autem ſupremæ Curiæ Sabaudiæ eſt eiuſmodi: Qui veteres Romanç Cancellariæ Regulas allegat non eſt arctandus, vt eas ſub plumbo, quod aiunt, exhibeat: quia ſunt notoriæ Se-

natui, qui secundum eas tam sæpè pronuntiauit, vt earum aut fides, aut substantia reuocari non posit. Nec quod in singula lustra mutari possunt, quicquam facit, cum non eo minus obseruari videamus, vt sint perpetuæ. Itaq; qui correctas aut immutatas dicet, id ipsum probare debet *l. 3. & 22. ff. de Probat:* Ita Senatus Sabaudiæ apud Anton. Fabrum. *lib. 4. tit. 15.*

Quoad extrauagantes) Idem post Fran. de Pauinis dicto loco, probat Mandos. hic, & Gomes. *in Proem. Regul. quæst. 5. in fi.*

Argumenta in Reg. XXVII. INNOCENTII *VIII.* *quæ est* PAVLI V. XXVIII.

1. Verus intellectus huius Regulæ quis sit? & nu. 34.
2. Mortuo vno ex collitigantibus, non potest fieri collatio, vel prouisio illius beneficij alteri, quousq; finiatur prima lis.
3. Decretum irritans si ponatur in iure comprehendir Papam, & nu. 36.
4. Altero ex collitigantibus mortuo, potest alteri fieri collatio lite non finita, si Papa in collatione, vel surrogatione litis mentionem fecerit.
5. Lis mota super beneficio, an finiatur morte collitigantis, an verò per sententiam.
6. Lis finitur per iuramentum, & per renunciationem litis.
7. Lis non dicitur pendere quando superstes destitit à lite.
8. Facto ostendimus volũtatem nostram sine verbis.
9. Auditores Rotæ non habent ius statuendi in Curia in præsentia Papæ.
10. Surrogatus in iure & ad ius, videtur surrogatus quo ad possessionem, si fiat mentio possessionis.
11. Impetratio facta lite pendente, non facta mentione de lite, non valet; limita, vt ibi.
12. Per lapsum triennij an lis censeatur finita.
13. Hodie in Curia lis nunquam censetur finita, nisi per sententiam, limita vt ibi, & nu. 41.
14. Lis dicitur pendere quo-ad collationem per citationem factam in Curia ad dicendum contra commissionem. & nu. 42.
15. Item per appellationem extraiudicialem in partibus legitimè intimatam.
16. Homicida potest renunciare suo beneficio nonobstante alterius impetratione, & nu. 43.
17. Secus si sit alius, cuius beneficium vacabat ex alio delicto inducente vacationem ipso iure.
18. Familiaris Cardinalis litigans si moriatur, collitigans consensum Cardinalis obtinere non tenetur.
19. Anfractus quid?
20. Intrusus quis dicatur.
21. Hæc Reg. etiam habet locum iu promouendis ad regimina Ecclesiarum, nonobstante Regula XXIIII.
22. Papa solet derogare huic Regulæ in fauorem suorum vel Cardinalium.

23. Cautela

regula, sed indistinctè loquitur ibi ante concessionem huiusmodi &c: *Ex quo verbo noto mihi, quod si collitigans moriatur, vel cedat, & tertius subrogetur infra mensem à tempore cessionis vel decessus, ac postea infra mensem non subrogetur collitigās, quod valet subrogatio illius tertij, per hoc verbum*, ante concessionem &c: *Et ratio huius regulæ fuit æqua, vt in principio dicitur, tamen hodie trahitur ad iniquitatem: quia hodie multi mouent litem contra aliquos antiquos, vel fortè promouendos in breui, propter hanc regulam, qui tantum ius habent in principali sicut Turcus, & tamen subrogantur hodie, & habent victorias per fas, vel nefas: tamen Papa non est in culpa: & potest dicere, Absit quod ea quæ propter bonum facimus, ab alijs in malum finem trahantur & nobis imputentur.* cap. de occidendis XXIIII. q. V. *Tamen deberet prouidere, quod ex coniecturis iudicaretur in similibus fraus, & non haberet locum regula ista, sicut in vna caussa quæ pendet nunc in* Rota *de Hispania contra vnum doctissimum virum in iure diuino.*

D

Et ad hoc vt tollantur aliqua dubia quæ quotidie oriuntur in curia super ista regula maximè apud curiosos, præsupponendum est quod de iure quando moritur vnus ex collitigantibus, tunc non potest fieri collatio, vel prouisio illius beneficij alteri, quousq; finiatur prima lis, aliter non valet c. I. & II. vt lite pendente lib. VI. & clem. I. §. si verò. 2
eo. tit. *Ex quo sequitur, quod cum in dictis* c. I. & II. *ponatur decretum irritans, quod etiam comprehendit Papam: nam decretum irritans comprehendit Papam si ponitur in iure vel alias quoad ordinariam potestatem,* casus est in cap. quodam ibi Domi. de 3
præbend. lib. VI. *Ergò sequitur quod collatio vel prouisio Papæ etiam tunc non valeret,* per dictum c. II. iuncto §. si verò dictæ cle. I. & iuncto dicto c. quodam. *& sic videretur quod subrogatio Titij non subsisteret: quod fateor esse verum, nisi fieret mentio de lite: quia tunc videtur Papa facere ex certa scientia subrogationem, & ex* 4
plenitudine potestatis valet talis collatio siue prouisio Papæ, facta mentione de lite, & iste est casus in d. cle. I. §. II. vt lite pendente. *& ideò subrogatio facta per Papam, facta mentione litis valet. & per non obst. tollitur illud ius commune. Tamen propter hoc venit ista Regula, dicens, quod licet valeat subrogatio, ne tamen detur nouus collitigator; mandat quod infra mensem post subrogationem alterius, præferatur collitigans, & sic intelligitur ista regula.*

E

F

Diceret tamen aliquis, nunquid per cessum vel decessum collitigantis extinguitur lis? 5
dico quod non. quinimò superstes potest prosequi litem, si vult, vt in dictis c. & in d. cle. §. si verò. *Hinc si aliquis impetraret de nouo, dicitur impetrare lite pendente per prædicta, ideò dicit decisio* Rotæ CCCCXXV. quæ incipit: Item si lite pendente in curia: *quod non finitur lis, nisi per sententiam, & non per mortem collitigantis, vel cessum: & ita tenet stylus ignorantium in curia.*

Sed salua gratia tantorum dominorum, credo quod nesciant quid dicant: quia hoc non fundatur iure: immò contrarium est de iure communi, & de hoc allego textum in d. cle.

I. in

in quibus ponuntur clausulæ; vel alio quouis modo ex ipsius vel alterius cuiuscumque persona &c: *arbitror, quod rarò prodesset dictum consilium in curia: sed in partibus sic, quo-ad ordinarias.*

Item ad illud quod dixi superius, quod non censetur lis exstincta per non prosecutionē litis &c: ego dicebam quod per lapsum triennij videtur quis non habere animum litigandi: 12
& allegabam regulam primam de triennali possessore, ibi antiquas lites penitus exstinguendo &c: *Tamen hoc non fuit receptum in* Rota, *quæ tenet quod etiā per mille annos dicitur lis pendere in curia, si non sententietur. fateor tamen quod si renun-*
O *ciatio litis fieret coram Auditore, amplius ipse se non posset intromittere, quia tunc etiā* 13
Rota *teneret, quod diceretur lis finita*, per ea quæ dicit Ant. in c. cum pridem. de pact. & Abb. ibi.

P *Et dicitur lis pendere quo-ad collationem &c: & per citationem tantum factam in curia ad dicendum contra commissionem, licet non exprimantur ea quæ vult* clem. II. vt 14
lite pendente, *& sic practicatur in curia, & per appellationem extraiudicialem in par-* 15
tibus legitimè intimatam secundum cle. caussam. de elect. *dicitur lis pendere quo-ad istam regulam, licet quo-ad deuolutionem sic,* ita vult decisio Rotæ CCCVI. quæ incipit: Item si reus & possessor, *Ideò est consilium appellanti, quod in curia faciat caussam committi & decerni citationem per Audientiam contradictarum. & in prima citatione haberet locum ista regula per prædicta; alias non. & sic practicatur in curia: crederem tamen quod si actor faceret tantum caussam committi contra reum possessorem, vel appellasset eum extraiudicialiter, secundum formam cle. caussam. quod si moriatur ipse Actor ante citationem quod haberet locum ista regula,* arg. eorum quæ dicit decisio LXXIIII. quæ incipit, Item quod clem. II. vt lit. pend. & facit glos. ibi. *& hoc quo-ad surrogationem, sed quo-ad priuilegia impetrata lite pendente vel quo-ad impetrationem gratiæ, satis credo sufficere quod caussa sit tantum commissa,* faciat glo. & ibi Doct. in c. cum caussam de testi.

Item quia hic dicitur super quouis Ecclesiastico beneficio &c: *& inferius dicitur*, siue tunc vacet, vel cum vacauerit &c: *Aliqui curiosi dicunt hanc regulam habere etiam locum, quando fit impetratio in forma iuris per priuationem: sed certè breuiter non est verum. Vnde si tu impetras beneficium Titij tanquam homicidæ*
Q *in forma iuris, ille potest renunciare quandocumq; illud beneficium, vel etiam si decedat* 16
non habet locum ista regula: quia ista non est caussa beneficialis, sufficiat ad hoc gloss. not. quæ communiter tenetur in c. II. in verbo finita. vt lit. pend. lib. VI. *secus*
tamen esset quando impetratio fieret beneficij alicuius, quod vacat ipso iure, vt petitur 17
renuntiari in casu regulæ vt improbi, & hoc vult sentire glossa prædicta in d. c. I. in fi. & ita tenet Rota: & ita practicatur in vna præbenda Hispal. permutata, lite pend.

Item pondero istam Regulam *in quantum loquitur generaliter de quolibet litigante, quia si familiaris Cardinalis vel Papæ litigans moreretur, non requireretur consensus* 18

Cardinalis : & haberet locum ista Regula, & non infra posita XXX. de impetra. benef. per obit. famil. Cardin. *& ita practicatur : quia illa non tollit priuilegium huius regulæ vltimæ.*

R *Sed quia hic dicũtur duo vocabula, scilicet* Anfractus *&* Intrusus : *de Anfractu dico quod vult dicere labor vel tribulatio : quia anfractus est quasi vndiq; frangens : & est via* 19
aspera, plena diuerticulis & fractionibus & ruinis, vt dicit glo. in clem. dudum I. responso. de sepul. *& ex illo textu cum. gloss. & ex ista regula etiam apparet quod vtile*
S *est recedere à lite,* facit. l. minoribus ff. de minor. *& quis dicatur intrusus,* not. in c. eum qui de præbend. lib. VI. per Doct. maximè per Domi. *& dicam infra in* 20
regula de triennali.

Item per hoc verbum siue cum vacauerit &c: *potest dici quod regula* XXIIII. 21
de Beneficijs vacaturis per promotionem ad Ecclesias vel monasteria, non habet locum in collitigantibus. videlicet quod si ego litigo cum promouendo ad Episcopatum, quod possim petere subrogationem, etiam antequam promoueatur, per hoc verbum.

T *Item addo quod hodie temporibus nostris Papa derogat in fauorem suorum, vel Cardi.* 22
alium, huic Regulæ, & dat subrogationem tertio, etiam antequam moriatur collitigans cum derogatione huius regulæ. Itaq; etiam si collitigans subrogetur infra mensem, valet prima subrogatio. sed ne videatur sibi tolli ius quæsitum, vel quærendũ per hanc regulam, tunc collitigans non subrogatur, sed prosequitur ius primum quod haberet. Est cautela Referendariorum vel habentium signaturam per placet, *vel per* concessum. *Alias esset dubium. an tolleretur sibi ius quæsitum per hanc regulam, & non valeret, vt dicit illa regula supra. & hoc potest facere Papa : quia licet fecerit istam regulam, maiorem tamen potestatem habet penes se,* d. c. dudum. de præbend. lib. VI.

Item hodie est vna cautela, quando quis impetrauit beneficium alterius per priuatio- 23
nem in forma iuris, quod licet iure potest renuntiare, vel forsam permutare vt dixi, ta-
V *men datur vna subrogatio antequam vacet, quod nullus alius posset subrogari in iure illius vacaturo per mortem vel per resignationem, nisi ille qui impetrauit, & sic dixit mihi vnus clientulus meus qui habebat signatam & expeditam forsan bullam : & potest fieri per prædicta, sed malè.*

Item pondero hic verbũ impetrationes &c: *ex quo sequitur quod non cassatur hic prouisio, siue subrogatio facta motu proprio, quia prohibitus impetrare, non prohi-* 24
betur obtinere motu proprio l. I. C. de pet. bon. sub. lib. X. *& ratio est, quia quod obtinetur per impetrationem præsumitur obtẽtum per importunitatem : sed quod obtinetur motu proprio, præsumitur ob meritum obtẽtum* vt dicit Bald. in l. quod fauore C. de leg. *maximè quia non tollitur hic ius quæsitum parti, sed quærendum, ideò &c:* 25

Item quia ista lex indistinctè loquitur. l. III. ff. de off. præsid. *ideò debet intelligi non*
X *solũ in Papa, sed etiã in* Ordinario *& in legato, qui possunt etiam prouidere de iure quod competebat alicui mortuo ; & si dicas quod hic videtur Papa exprimere de concessione fa-* 26
cta per eum tantum, vt ibi concesserit &c: *non obstat : quia dico, quod si Papa im-*
ponit

ponit sibi ipsi legem in hoc, ergò à fortiori alij non possunt hoc facere arg. authen multo magis C. de Episcop. & cler. & in clem. I. in pr. de Reliq. & vener. sanct. cap. super eo. de vsur. *& quæ ponuntur caussa exempli non restringunt regulam* l. I. §. quod vulgo. ff. de vi & vi arm. *maximè cum eadem sit ratio in vtroq; ergò idem ius*, capit. ratio de præbend. in & argument. clem. I. de electio. leg. illud ff. ad leg. aquil. *licet domini de* ROTA *in casu regulæ sequentis pronunciauerint contrarium, vt ibi dicam.* 27

Et sic ex prædictis potest dari cautela contra istam regulam, quod supplicatio sonet Motu proprio hoc expresso, per c. si motu proprio de præbend. lib. VI. *& tunc non oportet quod deroget huic Regulæ, vt dixi. Sed certè Papa deberet declarare, quod ista Regula haberet locum, etiamsi alius tertius impetrasset Motu proprio, & quod haberet locum etiam in Legatis & Ordinarijs propter vnum consilium Pontani, & etiam Petri de Ambar. aliter tamen alijs visum est.* 28

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A ISta Regula) Patet ex inspectione nouissimarum Regularum, hanc INNOCENTII Reg. planiorem & auctiorem esse factam per sequentes Pontifices, & imprimis LEONEM X. qui post verbum *Impetrationes*, subiecit *vel concessiones etiam motu proprio*, vt tolleretur omnis difficultas, quæ oriri poterat in concessionibus motu proprio factis, quæ videbantur à Regula exclusæ propter verbum *impetrationes*. Postea ADRIANVS VI. quem secuti sunt PAVLVS III. IVLIVS etiam III. & alij exinde Pontifices ad nostra vsque tempora, quò dolis & fraudibus magis magisque obuiarent, vberiorem adhuc reddiderunt hanc Regulam, dum extremis verbis illius addiderunt sequentia: *& nihilominus Foe. re.* PAVLI II. INNOCENTII VIII. *&* ADRIANI VI. *Romanorum Pontificum prædecessorum suorum vestigijs inhærendo, cupiens eorum fraudibus obuiare, qui viuentium beneficia, illorum præsertim quibus aut propter senium, aut propter infirmitatem immineret vitæ periculum, impetrant, vt illis decedentibus, tanquam collitigantes in illorum iuribus facilius subrogentur, voluit vt deinceps nullus in iure vel ad ius in beneficio defuncti, quod illo viuente in casibus præmissis vel similibus impetrauerit, aliquomodo subrogetur, ac subrogatio vel gratia si neutri, si nulli, seu nouæ prouisionis, aut* 29

perinde valere, taliter impetranti nullatenus suffragetur: quod etiam strictissimè obseruari mandauit in impetrationibus beneficiorum per priuationem & amotionem, ex quibusuis criminibus, & excessibus, forsan perpetratis, etiamsi vsq; ad diffinitiuam sententiam, quæ tamen in rem non transiuerit iudicatam processum foret.

Per quæ verba, limitatur antiqua hæc INNOCENTII Regula, vt illa locum non habeat in impetrantibus beneficia viuentinm seniorum, aut infirmorum, 30
vel priuationem aliquorum: in quibus casibus nullatenus eis suffragantur subrogationes, aut gratiæ *si nulli, si neutri* seu nouæ prouisionis, aut *perinde valere*. quæ limitatio non tam est HADRIANI VI. quam MARTINI V. vt patet ex tenore ipsius Extrauagantis, quam suis ad hanc Reg. Commentarijs inseruit Gomesius.

Item nota Regulam hanc non obtinere, seu subrogationem denegari, quando lis mota fuerit illi qui iam possederat beneficium per triennium, vt hic in 31
verbo *postquam illud per triennium &c*: quod quemadmodum intelligatur notat hic Mandos. *quæst. 5.* dum dicit triennalem possessorem ad effectum huius Reg. dici, qui erat habilis & coloratus iuxta terminos Reg. de Triennali; non etiam vitiosus & improbus, quod & tradidit Gomes. *ad d. Reg. quæst. 2. & passim.* Ergò nota surrogationem denegari vbi collitigās tempore litis motæ pacificè per triennium possedit, quod & firmat Rota apud Farinacium *part. 2. decis. 531. in Nouiss.* Aduerte quoque impetrantem beneficium ex gratiosa surrogatione, vt immittatur in possessionem beneficij tria probare debere, nimirum, litem, suum clericatum, & obitum eius in possessione in quo surrogatur *Put. dec. 261. nu. 1.* adde quartū, reseruationē idem *Farin. dec. 401 nu. 1. & 2. p. 2. & dec. 700. nu. 1.* Denique notandum etiamsi sententia priuationis esset lata in criminosum, nihilomagis intrare subrogationem, nisi sententia transiuerit in rem iu- 32
dicatam, per hanc Hadriani constitutiouem, vt eam intuenti Patet. Postremò, aduerte hic, quod Regula cesset in Expectatiuis seu Nominationibus, teste Rebuff. *tract. Nominat. quæst. 15. nu. 44.* vbi scribit vsu receptum esse collitigantium beneficia per nominatos acceptari posse ex morte alterius collitigantis, Rebuffumque sequitur D. VVames. *cons. 251. nu. 9. de Preb. tom. 1.* Idemq; esse decernendum in Precibus primarijs ostendi ad Indultum Precum primariarum Ferdinandi II. quod Scholijs meis illustratum aliquot abhinc mensibus excusum est.

B *Quod infra mensem*) Computandum non à die obitus Collitigantis 33
vel die quo mors sciri potuit, vt vult hic noster Alphonsus, & Gomesius *hic q. 10.* & Mandos. *q. 2.* sed à die concessionis surrogationis tertio, vt voluit Rota

in vnà

in vna Barchinonen. Parochialis *20. Iulij 1611 coram R P. D. Coccino*, quæ extat apud Farinacium *part. 1. decis. 342. nu. 10. in nouissimis.* Neque enim vllum tempus est præfinitum Collitigatori ad petendam surrogationem vt fuit resolutū *in vna Collen. Parochialis, & in vna Pāpilonensis Abbatiæ 20. Iunij 1603. coram R. P.D. Ludouisio, & coram R. P. D. Coccino in vna Hispalen. Præstimoniorum 6. Iunij 1607.* teste Farinacio *dicta decisio. 342.* quod intellige nisi alteri fuerit concessa gratia Illust. Cardin Seraphinus *decis. 1165. nu. 7.*

C *Omnes Curiales*) Atque in hac opinione est quoque Mandos. *hic quæstio. 2.* & Gomes. *quæst. 10.* sed sequenda est opinio Reuerendiss D. Coccini à Farinacio supra relata. 34

D *Contra antiquos*) Nunc malitijs istorum obuiarunt alij Pontifices, vt patet ex supra scripta appendice.

E *Ex Collitigantibus*) Collitigantes ad effectum huius Regulæ non dicuntur quando lis est iniusta, friuola, & calumniosa, ve resoluit Illust. Cardin. Seraphinus *decis. 1165. nu. 7.* quod intellige quando calumnia est euidens & notoria, carens omni colore & probabili caussa litigandi, *vt fuit dictum in vna Placēt. & Toletana Canonicatus 26. Iunij 1609. coram Illust. & Reu. Card. Bononien. quam habes in decis. Farinacij decis. 261. nu. 5. part. 2.* quodque à principio talis fuerit, *Farinacius decis. 568. num. 1 d. part. 2 in Nouissimis.* vel quando lis est introducta per Rescriptum subreptitium, vel nullum, *Gomes. hic q. 11. & 12. Azorius lib. 7. instit. moral. cap. 32 vers. Sexto quæritur,* vel quando est mota super possessorio tantum. *Mandos. hic quæst. 13. nu. 4. VVames. consil. 21. num. 9. de Prabend. tom. 2.* vel quando collitigans assecutus fuit incompatibile, quia tunc censetur renuntiasse liti *Farinacius de is. 191. nu. 4 p 2. in Nouis.* vel denique quando est lis intentata contra illum, qui iam possederat per triennium *Rebuff. in praxi ad hanc Reg. gloss. 5. & in addit ad hanc Regul vers. sextus casus: atq; ita fuit resolutum in Rota in vna Barchinonen. Parocb. 20. Iunij 1611. coram R. P. D. Coccino,* quam dec. refert Farinacius *part. 1. decis 342. nu. 1.* vbi etiam refert *nu. 3.* coram Dominis propositam fuisse not. quæstionem, an vitium litigiosi transeat in tertium qui habet caussam ab aliquo ex collitigantibus, ita vt iuuari non posit Reg. de Triennali? & constituerunt Dñi duos casus. Primus est quando tertius habet caussam à Collitigante possessione vacante, vel existente penes non Collitigantem. 35
Secundus casus est, quando tertius habet caussam à Collitigante possessione existente penes ipsum Collitigantem, qui est noster casus. In primo casu vitium litigiosi non transit in tertium, ita vt iuuetur Regula de Triennali *Mohedan. decis. 4. vt lite pendente. Put. decis. 421. lib. 2.* quia tunc apprehendens possessionem efficitur triennalis pacificus; secus verò in secundo casu, *vt eleganter considerat Mohedan. decis. 8. vt lite pendente.* Et ratio primi casus est, quia licet pro-

Nn 3 prietas

Præmissa declara de morte Actoris in prima Instantia: quia tūc cessante surrogatione dicitur lis finiri, secus si in secunda Instantia, quando in prima fuisset pronunciatum contra Reum *Put. decis. 156. vbi d. decis. Bellam. 156. scribit ita esse intelligendam.* Limita insuper, nisi Reus superstes velit litem prosequi: quia tūc non censetur exstincta cum pro eo posit dari absolutoria, *Bellam. 156. Cassad. decis. 1. nu. 2. Achilles de Graff. decis. 8. Vt lite pend.* Imò quod per mortem solius Rei quoad effectum attentatorum lis non exstinguatur, est decis. Mohed. *8. Vt lite pend.* & Caputaquen. *decis. 229.* cum lis non exstinguatur *Lancellott. tract. de atten. part. 2. cap. 4. in præfat. nu. 312.*

Sed quid in morte ciuili puta si collitigans ingrediatur monasterium & in eo profiteatur? Etiam surrogationi locum esse resoluit Rota *in vna Hispalen. Capellaniæ 14. Martij 1614. coram R. P. D. Burtto*, quæ extat apud Farinacium *dec. 531. nu. 2. part. 2.* & ratio est, quia quocumque modo beneficium vacet, militat ratio surrogationis concedendæ, ne per nouos collitigantes in ecclesiarum dispendium litigia prorogari contingat, *de qua in c. 2. Vt lite pend. in 6. Archidiacon. in d. c. 2. vers. cedant.*

I *Sine sententia)* Vide tamen Mohed. *decis. 14. de Caussa poss. & propriet.* Gomes. *ad Reg. de Triennali quæst. 61. vers. Quartus intellectus in fi. & in quæst. 54. Vers. non obstat.*

K *Per transactionem)* Quo casu in tantum lis exstinguitur, vt sine noua citatione vlterius in caussa procedi non possit, & probata etiam absentia procuratoris qui interueniebat in caussa, non possit procedi per audientiam litterarum contradictarum, *Lancell. d. c. 4. nu. 285.* 39

L *Per iuramentum)* Vide Vincen. Carocium *tract. de Iuram. litis decis. q. 46. & passim.*

M *Per renunciationem)* Adde Rot. *decis. 32. alias 678. de sent. & re iud.* Cassad. *decis. 1. num. 2. de sent. & re iud.* Grauett. *cons. 182. Videtur nu. 4. lib. 1.* Lancell. *d. tract. de Atten. c. 4. in præfat. nu. 281. & seqq.* vbi regulam Renunciatione litem finiri, ampliat, & limitat varijs modis.

N *Maximè de iure Canonico)* Quo iure licet nullum sit definitum tempus ad finiendas lites, tamen Cassad. *decis. 5. Vt lit. pend.* ponit vnum modum, quo lis finitur, videlicet quando à prosecutione litis nihil actum fuisset per longum tempus, quia tunc præsumeretur lis pro derelicto habita. Quæ decisio licet Menochio *tract. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. cas. 202. nu. 14.* probetur, hactenus tamen vera erit, si nihil penitus constaret de aliquo iure litem mouentis, vel de aliqua illius calumnia; secus verò vbi constaret de aliquo iure & dubio probabili: quia tunc staretur decisionibus antiquis, quæ volunt nullo tempore finiri litem, quia instantia de iure Canonico durat saltem vsque ad 30. annos, Ita 40

decisum

decisum à Dominis de Rota scribit Achilles de Grassis *decis. 7. Vt lite pend. quem vide* vt & Put. *decis. 20, incip. lis fuit habita vt lite pend.* & nouissimè ita decidit Rota *in vna Barchinonen. luna 20. Iunij 1611. coram R. P. D. Coccino* quæ extat apud Farinacium *part. 1. decis. 342. in Nouissimis.*

O *Si non sententietur*) Nam vt volunt quidam censetur demum lis in curia finiri per sententiam executioni demandatam, *Mohedan. decis. 14. de caussa* 41
poss. & propriet. Gomes. ad Reg. de Triennali quæst. 54. vers. non obstat, & quæst. 53. vers. nam imprimis & ad Reg. de Annali quæst. 44. Mandos. hic quæst. 12. nu. 4. idem Gomes. ad hanc Reg. quæst. 14. vbi scribit etiam litem dici finitam, quando sententia transiuit in rem iudicatam, etiamsi non sit executioni demandata, quo casu cessat quoque dispositio huius regulæ, *Farinacius decis. 154. num. 4 in antiquis.* Sic nec lis dicetur finita per cessionem vnius ex collitigãtibus *Farinacius decis. 383. nu. 1. p. 2. in Nouiss.* maximè si cedẽs sit in possessione: quia tunc nedũ titulus remanet litigiosus, sed etiam possessio, quod tamen non procedit, vt Ordinarius non possit conferre, *Farinacius d. dec is. nu. 2. & 5.* quod fallit, inquit, quando is cuius ius Ordinarius conferre intendit habet caussam à collitigante:

P *Per citationem*) Idem asserit, sed cum suis limitationibus, & etiam ampliationibus Lancellott. *d. tract. cap. 4. in præfat. nu. 1. & seqq.* & Farinacius *decis. 42. nu. 1. part. 2. in Nouiss. & decis. 685. in ijsdem.* 24

Q *Non est verum*) Idem planè adstruit Gomesius, *hic quæst. 7. in principio.* 43
quod etiam extendit ad priuatum ipso iure contra Alphonsi nostri distinctionem hoc potissimum argumento, quod licet à lege priuatio ipso iure inducta sit, non propterea vacat de facto, quia requiritur sententia declaratoria, & amotio à possessione. Sed hanc Gomesij sententiam minus probo, cum in priuatis ipso iure non requiratur sententia declaratoria priuationis. Sed satis est si Iudex decernat, & declaret talem illius criminis esse culpabilem: quia tum locus erit pœnæ iuris, etiamsi non exprimatur, *Felij in cap. Rodolphus numer. 35. de Rescriptis Io. And. in c. 1. de Homicid, in 6.* quem refert ibi Dom. *in §. fi. 5. col.* vbi dicit, quod ita debent intelligi omnia iura canonica, & ciuilia, quæ dicunt ipso iure, vel ipso facto aliquem puniri confiscatione bonorum, vel quacumque alia pœna, vt scilicet sufficiat ipsum pronuntiare, & declarare illius criminis esse culpabilem & locus erit pœnis iuris, etiamsi in sententia non exprimatur. Sequor igitur distinctionem nostri Auctoris, quæ lumẽ adhuc accipiet ex ijs quæ infra dicentur ad Regulam de Annali *in glo. verbi. de beneficio vacanti ipso facto.*

Cæterum non est recipienda opinio Felij *in c. Inquisitionis nu. 4. in fi de accus.* vbi quærit an homicida sit priuatus ipso iure, an priuandus? & postquam resoluit priuandum, subijcit cautelam hanc. Et ideò, inquit, cautela est, vt ante 44
priuationem taliter renunciet, quod post dispensationem, amicus, cui renunciauit

ciauit, iterum ei renunciet : nam eiusmodi renunciatio tuta non est, nec canonica, obstante c. fin. de pact. obstante etiam constitutione PII v. 87. de confidentijs, vt benè aduertit Maiolus *de Irregularitate lib. 5. c. 45. in fi.* qui dicit erroneam esse hodie dictam cautelam : nam tali casu committeret crimen confidentiæ *Nicol. Gartia tract. de benef. part. 11. cap. 3. §. 1. num. 66.* Poterit itaque priuandus renunciare ante sententiam, etiamsi homicidium fuerit voluntarium. *Couar. clem. si furiosus §. 3. num. 7. de homicidio*, quidquid aliud dicat Zerola *in praxi Episcopali verbo Priuatio nu. 1.* In assasinijs autem, seu homicidio qualificato, receptum est, vt renunciare nequeat, vtpote qui sit ipso iure beneficijs priuatus *text. in c. 1. de Homicid. Feli) d. c. inquisitionis Pet. de Anchor. cons. 150. incip. narratis.* quod & alibi ostendimus. 45

Sit ergò conclusio, de crimine aliquo digno priuatione posse renunciare, & resignare ante sententiam priuationis, nec huic Regulæ locum esse: Secus autem in crimine assasinij, hæresis, & simoniæ, quia tales sunt iam priuati ipso iure per supradicta. Interim aduerte, cum quis beneficio priuatur ipso iure, licet illud beneficium conferri possit non expectata sententia, nec vocato possessore, non poterit tamen collatio de facto exequi, nec nouus collatarius in possessioné realem induci, nisi prius vocato & audito possessore & caussa cognita *c. licet Episcopus de Prabend. in 6. Oldrad. cons. 226. per totũ Bald. cons. 135. lib. 4. Carolus M. ad Consuet. Paris. tit. 1. glo. 3. nu. 12. facit optimè quod scribit Geminianus in c. 1. nu. 9. de concess. prabend.* Hinc scribit Bald. *in l. cum fratrem vers. vnum scias C. de His quib. vt indig.* quod notorium nunquam habet vires ad aliquem deponendum *c. cum secundum leges de Haret. in 6.* Cæterùm, an Primariæ Cæsaris Preces capiant beneficia vacantia ipso iure, scripsi ad Indultum Cæsareum *in gloss. verb. quod si per te, vers. Decimo quaritur.* 46 47 48

R *Anfractus est*) M. Varro Anfractus etymon deducit ab ambiu, & frãgendo *lib. 6. de l. l.* quòd sinuosi reflexus in orbem ducti velut frangantur, vnde iudiciorum & litium anfractus, id est circuitus apud Cic. *pro Cluent.* & vitam illam tranquillam & quietam remotam à procellis inuidiarum & huiuscemodi iudiciorum anfractu sequi maluisse. Sequatur hanc vitam qui volet, & experietur longè feliciorem modicis rebus in tranquillitate contentam, quam superfluis, & inuidiosis illam inuolui litium anfractibus. Vnde B. Ambrosius dicebat *lib. 1. de off. c. 21.* de suo iure virum bonum decedere, nedum liberalitatis, sed plerumque etiam cõmoditatis si tamen, iure necessariò experiendum, pretiũ operæ est antequam labyrintho litium se committat, vt Aduocatos & Doctores peritiores consulat, vt habetur in l. Auiam, ibi si cum peritioribus tractatũ habuisses C. de Ingen. & manum. Nec opinioni vnius fidat, sed plurimorum sententias exquirat *l. si idem cum eodem, ibi Sabino Cassio & Proculo placuit ff. de Iurisd. om. iud.* nam ibi salus, vbi multa consilia, vt inquit Sapiens. 49 50

S *Quis dicatur intrusus*) Vide Gomesium *ad Reg. de Triennali quæstio. 47.* Rebuff. *in praxi ad hanc Reg. glo. 4.* quibus in locis tradunt intrusum in lata significatione eum dici, qui obtinet beneficium sine auctoritate illius ad quem de iure spectat collatio *c. Ad aures de Exceß. prælat. Gomes. ad Reg. q. 47. & 27.* vel qui nullum habet titulum, *c. quia diuersitatem de conceß. præbend. c. relatum de iure patron.* sed & alijs modis quos vide apud d. Gomes. & Rebuffum, quibus adde Azorium *lib. 7. Instit. moral. c. 35. vers. decimo quæritur.* Regula ergò ista inter alias exceptiones, & hanc habet: Dummodo collitigans non sit intrusus. & quidem de tempore quo petit surrogationẽ vt resoluit Rota *in vna Barchinonen. Parochialis 20. Iunij 1611. coram R. P. D. Coccino* quæ extat apud Farinacium *1 part. decis. 342. nu. 9. & decis. 531. part. 2. nu. 2.* & meritò. cum illud sit in beneficijs perpetuum, vt sine titulo nemo ad beneficium admittatur ne alioqui detur vitiosus ingressus *c. 1. vbi Dynus & alij de Reg. iur. in 6.* Vnde etiam mortuo collitigante, qui solus titulum habebat, non aliter vincere potest superstes collitigans si nouum habeat cõtradictorem, quàm si titulum sibi acquirat: non enim titulus defuncti potest euadere in titulum superstitis, quod suo iure quisq; debeat beneficium tenere, non alieno. quod verum in possessorio; nam si petitorij caussa agatur, S. Pontifex potest, & solet, quem vult in ius, & locum demortui subrogare, quæ subrogatio noui tituli vim habet (quem scilicet Papa pro arbitrio conferre potest, *Can. Cuncta per mundum 9. quæstio. 3*) cum restrictione tamen de qua in hac Reg. *Ant. Faber. lib. 1. definit. Floren. tit. 2. definit. 69.* Cæterum in Francia se non vidisse regulam hanc seruari scribit Petrus Rebuffus *in addit. ad hanc Reg. in fi.*

T *Papa derogat*) Idem quoque tradit Gomesius hic *q. 15. per tot.* dummodo ponatur in supplicatione clausula: *Attento quod Orator non est cedente potentior* alias non vacabit derogatio *per notat. in c. 1. de alien. iud. mut. causa facta, Rebuff. in addit ad hanc Reg.* nisi tamẽ vnus collitigans habuerit sẽtẽtiã pro se, quę transiuerit in rem iudicatam: quia poterit eo casu potẽtiori cedere cum derogatione Regulæ, quia tunc omnis præsumptio malitiæ cessat, cum non videatur de iure suo diffidere: sed hoc casu requiritur, quod sententia lata fuerit cõtra omnes collitigantes, nec sufficeret quod contra vnum lata esset, quia cum illo collusio esse posset, teste Gomesio *ad hanc Reg. quæst. 1.* & Rebuffo *dicto loco.* 52

V *Tamen datur vna surrogatio antequam vacet.*) Ideò Pragmatici vsus Forensis Romani callentissimi in supplicatione priuationis apponũt istam clausulam: *Et cum decreto quod si priuandus metu priuationis post accusationem, & inscriptionem beneficium huiusmodi in alterius quam Oratoris fauorem resignauerit, Iudices nihilominus ad executionem litterarum priuationis procedere poßint, perinde ac si resignatio huiusmodi minimè facta fuisset,* & Referendarij solent addere: *Post primam* 53

vacationis

vacationis sententiam. Ergò aduerte quod licet clericus homicida posſit renunciare ante ſententiam priuationis beneficium, etiamſi alius id prius impetrauerit, tamen hoc fallit, ſi in impetratione apposita fuerit dicta clauſula, videlicet, quod renunciatio lite pendente facta cedat in vtilitatem impetrantis, vt rectè etiam notat D. Io. Guttierrez. *lib. 2. Canon. quaſtio. c. 5. num. 40.* Ideò de ſtylo Rom. Curiæ ſolet etiam apponi in ſupplica hæc clauſula: *Et cum decreto quod ſi ipſe N. reſignauerit reſignatio huiuſmodi in fauorem Oratoris ſit, & eſſe cenſeatur poſt primam priuationis diffinitiuam deſuper ferendam ſententiam.* Ex quo etiam ſequitur quod ſtante eiuſmodi clauſula, ſi priuandus reſignet ex cauſſa permutationis, posſit nihilominus de beneficio taliter reſignato prouideri illi qui impetrauit in euentum priuationis *Staphil. de litt. grat. tit. de Varijs mod. vacat. nu. 18.* 54

X *Sed etiam in Ordinario*) Hoc ipſum cum noſtro Alphonſo voluit Gomeſ. *ad hanc Regul quaſtio. 2.* licet ab iſtis aperte diſſentiat Mandoſ. *hic quaſt. 3.* propter verba Regulæ *quoties ſubrogari conceſſerit S. N. D. Papa &c:* quibus verbis, inquit, clarè conſtat, quod conſtitutio hæc non poteſt verificari niſi in ſubrogatione ipſius Papæ tantum: nec reſponſio illa Alphonſi, exempla videlicet non reſtringere Regulam, facit ad rem: quia hic non exempli cauſſa Papa ita loquitur, ſed ad oſtendendum ſuper quibus ſubrogationibus diſponat. Cætera quibus vtriuſq; Hiſpani exempla refutantur, videantur apud dictum Mandoſ. *quaſt. 3.* cui Mandoſio adſtipulatur Lancellottus *tract. de Attent. 2. p. cap. 4. in præfat. nu. 414* & doctisſimus Azorius *lib. 7. Inſtit. moral. cap. 32. verſ. Septimo quaritur.* vt & Flaminius Pariſ. *tract. de Reſig. benef. lib. 2. quaſt. 3. num. 108.* vbi limita, niſi ſubrogatus ab Ordinario obtinuiſſet nouam prouiſionem à Papa cum clauſula gratioſæ ſurrogationis ac mentione litis & expresſione tituli infecti, vt fuit deciſum in vna Piſana Canon. *corā R. P.D. de Rubeis 19. Octob. 1560.* Alias limitationes profert Lancellottus *tract. de Attentat. part. cap. 3. nu. 106.* quas vide ſi vſus poſtulat. 55

Argumenta in Reg. XXVIII. INNOCENTII *VIII. quæ eſt* PAVLI V. XXVIIII.

1. Regula hæc an habeat locum in Legato.
2. Regulæ Cancell. loquentes de Papa non habent locum in Legato.
4. Hæc Regul. emanauit ad tollendum fraudes.
5. Conſtitutio etiam pœnalis ſi emanat in fauorem diuinæ debet extendi ad caſus ſimiles.
6. Hæc Reg. iuri communi cōformis eſt.
7. Cautela Curialium circa hanc Regulam.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista regula dicit quod cassantur prouisiones Papæ de beneficijs vacantibus per obitum alicuius, nisi tantum tempus effluxerit à tempore obitus illius qui tenebat, vsq; ad tempus prouisionis ipsius, infra quod verisimiliter poterat peruenisse ad notitiam Domini Nostri, hoc dicit. & ista regula venit ad tollendum ambitiones, & ad tollendum fraudes, quæ solebant fieri. Nam si vnus in partibus infirmabatur, & fortè dicebatur, quod non poterat euadere, tunc volens beneficiũ illius, mittebat cursorem ad Papã, & interim moriebatur ille; tamen à tempore mortis ipsius, vsq; ad tempus datæ prouisionis Papæ non erat tantum tempus lapsum, infra quod poterat verisimiliter peruenisse ad notitiam Domini nostri: ideò cassat Papa tales prouisiones. Et vidi dubitari in curia, an ista Regu-
A mini nostri: ideò cassat Papa tales prouisiones. Et vidi dubitari in curia, an ista Regula haberet locum in Legato? pone quod cursor venit ad Legatum, & Legatus prouidit in 1
casu, quo potest prouidere, tamen non fuit lapsum tempus tantum, &c: sicut dicit ista regula. certè ego à principio dixi quod non haberet locum ista regula, quæ loquitur in Papa, ibi, nisi antea fecerit. & ibi eiusdem domini nostri &c: & super hoc arbitror me vidisse vnum consilium Ludouici Romani: & aliud Petri de Ancharano, & concludunt, (si rectè memini) quod Regulæ Cancellariæ loquentes de Papa, non habent locum in Le- 2
gato: quia sunt exorbitantes à iure communi &c: per iura vulgaria. Et sic sententiauit Rota in vna caussa in qua hoc dicebam, & Dominus Coronatus Aduocatus consistorialis idem dixit: nam satis est quod principium & finis sint habilia, licet mediũ sit inutile quod præsumitur bonum. faciat gloss. in capit. volumus quæstione quarta cum similibus.

Sed certè non esset magnum tenere quod etiam ista regula haberet locum in Legato &
Ordinario, etiam quia licet sit exorbitans à iure communi, tamen non est ius expressum 3
quod dicat contrarium huius regulæ: & quia emanat ad tollendum fraudes, caullatio-
B nes, & ambitiones & ad tollendum peccatum; & sic in fauorem animæ potest de iure
etiam ratione æquitatis extendi ad Legatum & ad Ordinarium, & hoc sufficiunt dicta 4
Ioan. Andr. & modernorum in cap. ex tenore, qui filij sint legitim. vbi dicunt quod constitutio etiam pœnalis, si emanat in fauorem animæ debet extendi ad casus similes.
de qua materia extensionis remitto ad ea quæ dico plenè in XVII. quæst. in tractatu Car- 5
dinalium: & sic iudicarem etiam in foro conscientiæ, licet ista constitutio sit pœnalis, quia annullat collationes. facit gloss. in cap. decet. de immun. Eccles. lib. VI.

Item etiamsi sit exorbitans, vt dixi, tamen ex eadem ratione ego sic iudicarem, de quo aliquid dixi supra regula proxima. & concordat ista regula cum iure communi, vt non detur occasio captandi mortem alterius capi. II. & III. de concessio. præ-
bend. lib. VI. Et contra hanc regulam faciunt curiales, qui habent cursores, de 6
partibus, cautelam. quod primo obtinent signaturam vacantis, & deinde quolibet die

iur. lib. vi. & est bonus text. cum gl. in c. cupientes §. quod si per xx. de elect.
lib. vi. *sed pro nunc, dico verisimiliter istud relinqui arbitrio Auditorum: ex quo ver-*
G *ba diriguntur ad eos, vel in arbitrio cuiuscunq; iudicis iudicātis*: casus est in simili in c. 14
cupientes in §. quod si per xx. de elect. lib. vi. facit l. fi. ff. quod metus cau. &
cap. quia verisimili, de præsumpt.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A TAles *prouisiones*) Etiam motu proprio factas, *Gomes. hic quæst. 2 Re-* 15
buff. in praxi ad hanc Regul. glo. 2. & 3. Auctor Analyt. Comment. ad hanc Regul.
nu. 11 & ratio est, quia motus proprius non operatur in his, in quibus Princeps
non est plenè informatus & quę facti sunt, *Bald. in l. fi. C. ad Cornel. l. de sacril. vers.*
sed in ijs Felÿ in c. caussam quæst. 2. nu. 7. de Testib. & non solum in prouisionibus
de beneficijs Ecclesiasticis, sed etiam in Commendis, vt præter Gomes. hic *q.* 16
2. scripsit idem Auctor Analyt. Comment. hic *num. 11.* & in Dignitatibus &
officijs Ecclesiasticis: cum maior in istis sit ambitionis ratio, quam in alijs, præ-
sertim cum appellatione beneficij Ecclesiastici veniant Dignitates & officia Ec-
clesiastica *Rebuff. d. loco.* vbi etiam *in glo. 6.* subijcit eiusmodi prouisiones adeò
nullas esse, vt ne quidem post triénium iuuent, cum non sint coloratæ vt decre-
tum de pacificis poss. requirit. idque siue impetratio fuerit facta ab eo, qui ni- 17
mis properè impetrauit, siue etiam ab alio, vt vitetur fraus: quia is qui iter sus-
ciperet, impetraret prius alteri, & postea sibi; vnde huic fraudi obuiandum est
Rebuff. *vbi supra glo 5.* Limita tamen ista, nisi huic regulæ esset per Papam de- 18
rogatum. nam licet nonnullis placuerit Papam huic regulæ derogare non pos-
se, inter quos est Auctor Analyt. Comment. *ad hanc Reg. num. 6.* aut si deroget
non reciperetur saltem in regno Franciæ *Rebuff. in Addit. ad hanc Regul.* nisi cum
clausula, quam proponit Lucius *lib. Placitorum Curiæ tit. 4. placito 11.* contraria
tamen præualuit opinio, vt multis probat auctoritatibus Mandos. *hic. quæst. 5.*
nu. 4. & seqq. licet rarenter admodum id concedat Papa, nisi fortè in gratiam
personarum de se & S. Sede benemeritarum.

B *Locum habet in Legato & Ordinario*) Hanc quoque partem affirma-
tiuam videlicet Regulā hanc habere etiam locū in Legato & Ordinario multis 19
defendit rationibus Gomesius *hic quæst. 1.* quibus adde Rebuff. *in praxi ad hanc*
Reg. in glo. verbi, antea fecerit & in addit. verb. in antea fecerit, Paponiū *in Arrestis*
lib. 111. tit. 4. Arresto. 6. Fran. Marcum *decis. Delphin. 1000.* Io. Coral. *tractat. de*
off. elect. & benef. Ecclesiast. part. 2. c. 3. Ant. Fabrum *lib. 1, definit. Forensium tit.*
2. definit. 6. à quorum tamen opinione recedere videtur Mandos. *hic quæstio. 1.*
& Mohed.

& Mohedan. *decis. 30. de Prab.* At prior affirmatiua tutior & receptior cõmuniter videtur. nam quoad Legatum, dubium non videtur. siquidem Papa non censetur Legato mandare, nisi faciat eo modo quo ipse concedens vel mandans facturus erat *l. vel vniuersorum ff. de pignor. act. l. vnica in fi. ff. de off. perfect. prat.* Igitur vbicumque Papa voluntatem vel potestatem suam limitauit, censetur etiam facultatem limitasse sui Legati *cap. In generali de Reg. iur. in 6.* Quo verò ad Ordinarium, idem dicendum censent, propter concursum iuris communis, seu ipsum ius commune, cui hæc Regula cõformatur, vt post nostrum Alphonsum *hic*, & Franc. Ripam *in l. 1. num. 65. ff. si cert. pet.* scripsit Auctor Analyt. Comment. *ad hanc Reg. nu. 3. & seqq.* Denique quod in Ordinario, & Legato hæc Reg. procedat, tenet quoque glo. Pragm., *tit. de collat. §, non tamen, verbo faciendas* Philip. Decius *l. fin. col. 4. C. de pact. & cons. 398.* Ias. *con. 104. in vlt. dub. lib. 1.* Io. Selua *tract. de beneficio p. 3. quast. 46.* Io. Igneus *l. 3. §. vtrum num. 33. cum sequentibus.* Math. Parcus *tract. de Mand. fol. 33.* Grauetta *consil. 88. nu. 9.* Pet. Greg. *tract. de benef. cap. 32. nu. 4.* Gambar. *de off. leg. lib. 3. num. 558.* Rosin. *de benef. cap. 29. cap. 19.* Cosmat. *in pragmatica sanctione tit. de collatio. §. volens verbo faciendas.*

C *Cap. 1. de concess. prabend.)* Prædicta constitutio cap. 1. licet declaret tales beneficia viuorum obtinentes inhabiles, cessat tamen, seu non procedit in probabiliter ignorante obitum possessoris, vt docet præter Panor. *in c. post electionem, de concess. prabend.* Auctor Analyt. Comment. ad hanc Reg. *q. 3. nu. 13.* reiecta opinione Gomesij *ad Reg. 20. de Impet. benef. viuent. q. 3. in fin.* & Philip Decij *in l. vlt. nu. 17. C. de pact.* Oldrad. *cons. 302. Infrascripta nu. 7.* Rebuff. *in tract. Nominat. quast. 23. post nu. 22.* Io. Selua *de benef. part. 3. quast. 11. col. 7. in fi.* & ratio est, quod cessat in hoc casu ratio vtriusque cõstitutionis, nimirum ambitio, & votum captandæ mortis alienæ, vt qui ad beneficium viuentis non adspirabat, quem mortuum putabat vt publicè ferebatur. Verùm, etiamsi inhabilis non sit talis impetrans ob bonam fidem, videtur tamen quod non debeat consequi lucrum ex sua ignorantia contra ius commune, & sic quod sua ignorantia non potest operari, quod tempus quo currit in vita defuncti debeat ei prodesse, & computari ad conficiendum tempus verisimilis notitiæ, & ad satisfaciendum huic Reg. ad finem acquirendi beneficij, sed satis esset quod attendatur ad finem excusandi eum à pœna, & inhabilitate: ita vt secundum hanc Regulam obtinere posset si inueniretur prior in data, & post tempus verisimilis notitiæ, quod tempus nunquam incipit nisi ab ipso obitu, nec vnquam præcurrere potest etiam ex fama quantumuis publica, & ex iustisimis causis orta. Et sic licet iusta ignorantia prosit ad excusandum à pœna dicti cap. primi & dictæ regulæ xx. non tamen prodest ad conualidandam collationem præproperam: tùm quia illic damnum, hic verò lucrum versatur; tùm quia hæc regula non aliud

aliud considerat, quam tempus ab ipso obitu vsque ad collationem & in eo (vt aiunt) pedes figit, & sic non debet vltra citraue transgredi : vt notat glossa penultima *in fi. in l. si non fuerint, pro socio* Cœpola *in tractatu de simulat. contract. in* II. *præsump. col.* IIII. Vnde non refert quantum ad hanc regul. XXVIII. an obitus fuerit publicus, vel occultus in loco mortis vel alibi : modo verè decesserit: quia satis est quod ab aliquo, vel secreto sciri potuit, & quod inter obitum, & collationem sit tempus sufficiens ad notificandum, vel accedendum, collatori, siue per terram, siue per mare, inspecta dispositione, & qualitate temporis, & itinerum : vt præter Gomesium hic *quæst. quinta.* notat Auctor Analyt. Comment. ad hanc Reg. *nu. 15. & seqq.* 22

D *Cum sit pœnalis & exorbitans*) Eoque non extendenda ad aliū, quam mortis casum *Papon lib. 3. tit. 4. arrest. 2. Rebuff in praxi ad hanc Reg. glo. 4. incip. per obitum.* ne quidem ad patronorum præsentationem *Mohedan. decis. 30. de prebend. nu. 2.* Mors enim ciuilis naturali non æquiparatur nisi, in casibus à iure expresßis , id quod latè probat Mandosius *hic quæstione 7. numero 3.* Nam in exorbitantibus etiam in paritate rationis, locus non est extensioni *Auth. Quas actiones, vbi Bart. alij C. de sacro. & Eccles. Curt. iun. consil. 6. nu. 16. & cons. 10. nu. 8. vers confirmantur præmissa* vbi scribit communem. & onus probandi non incumbit impetranti, sed danti de regula, supposito quod Impetrans probauerit obium præcesßisse, nō tamen probauerit diem obitus ex doctrina bart. *inl. in illa ff. de Verb. oblig.* & debet probare concludenter de non verisimili notitia, vt fuit resolutum coram D. Aldobrandino de anno 1557. *teste Nicol. Garcia tract. de Benef. part. 5. cap. 1. nu. 45. & seqq.* Obitus autem probatur per testes deponentes de voce & fama iunctis adminiculis. *Farinacius decis. 496. num. 2. part. 2. in Nouiß.* & ex fide parochi Idem Farinacius *d. decis. 496. nu. 4.* consule etiam Mascard. tract. de Probatio. *conclus. 1056. 1057. & seqq.* 23

E *In casibus à iure expresßis*) Atque hanc esse receptiorem tutioremque Canonistarum opinionem testatur Gomes. *ad Reg. de Impet. benef. vacant. per ob. fam. Card. quæst. 5. nu. 4.* cui adde Mandos. hic *quæst. 7.* qui pro hac parte negatiua, quod nimirum Regula hæc in obitu ciuili locum sibi vendicare nequeat plura adducit, confutatis quæ pro aduersa parte militare videbantur argumētis. 24

F *Vnus Cursor in x. diebus*) Tempus verisimilis notitiæ Leodio Romam esse IX. dierum, Rota tùm sæpius, tùm nouißimè in vna Bullarum resignationis Canonicatus S. Pauli de anno 1619. decidit. Lutetia Romam sex diebus, Lugduno quinq; , Tholosa septem. Cæterùm multa de Verisimilitudine si quis volet videre consulat Tiraq. *in interpr. l. si vnquam in pr. C. de Reuoc. donat.*

G *Arbitrio Iudicis*) Hocipsum probat & sequitur Menochius *de arb. iud. lib. 2. Cent. 3. casu 206. nu. 4.* & Mandos. *hic quæst. 4. ante num. 7.* siue iter sit per

mare, siue per terram vt loquitur Rebuff. *in addit. ad hanc Reg. in fi.* adde Ioannem Lucium *lib. 1. Placitorum Curiæ Parisien. tit. 4. Placito xi.*

Argumenta in Reg. XXIX. INNOCENTII VIII. *quæ est* PAVLI V. XXX.

1. Sola signatura tribuit ius illam habenti.
2. Signaturam tantum habēs non potest molestare possessorem.
3. Executor non potest fulminare processum nisi visa bulla.
4. Practica Procuratorum in producendo sumptum bullæ.
5. Regula hæc an procedat in officijs profanis?
6. An Regul. hæc habeat locum in Breui apostolico supplicatione signata inclusa?
7. Appellatione Commissionis non venit Breue Papæ.
8. Appellatione Commissionis simplicis non venit Commissio in qua continetur supplicatio.
9. Appellatione simplicis non venit cōpositum.
10. Commissionis verbum comprehendit Commissionem simplicem tantum.
11. In Commissione attenditur tempus præsentationis.
12. An hæc Regula locum obtineat in præsentato à Patrono, vel prouiso ab Ordinario, qui caussam curat committi litteris non expeditis.
13. An dispositio huius Reg. procedat in Breuibus Apostolicis?
14. An Regula ista obstabit, si litteræ sint quidem confectæ, sed non productæ.
15. Quid si litteræ non fuerint confectæ tempore præsentationis commissionis, sed statim post præsentationē fuerint expeditæ?
16. Papa an huic Regulæ derogare possit & quid operetur eiusmodi derogatio.
17. Clausula derogatoria huius Regulæ.
18. Executor ante præsentationem litterarum nulliter procedit.
19. Sumptum Bullæ probat.
20. Sumptū ex registro supplicationum non probat.

Regula

Regula XXIX. INNOCENTII *VIII.* *quæ est* XXX. PAVLI V.

NON VALEANT COMMISSIONES CAVSSARVM NISI LITTERIS EXPEDITIS.

ITem quod omnes & singulæ caussarum Commissiones, quas in antea fieri contigerit obtentæ, vel occasione concessionum dumtaxat Apostolicarum de beneficijs Ecclesiasticis gratiarum, super quibus Apostolicæ litteræ cõfectæ non fuerint, ac processus desuper habendi, nullius sint roboris, vel momenti.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *ISta regula cassat commissiones fiendas super beneficijs concessis per gratiam Apostoli-*
B *cam, de quibus non sunt litteræ Apostolicæ confectæ, & processus desuper habendos: & hoc est contra ius commune: quia vt superius sæpè dixi, per solam signaturam acquiritur ius plenum sine expeditione bullarum de iure,* sufficiat text. cum glo. in c. institutionis xxv q. 1. & alia iura allegaui supra regula xxv. *tamen ista regula disponit contrarium. tum propter quandam æquitatem: quia ille, qui habebat signaturam, tantum molestabat possessorem, & postea fortè faciebat aliquam falsitatem in expediendo &c: tum etiam quia Iudex ignorabat fundamentum suæ Iurisdictionis, &c:* argu. eorum quæ dicit Bert. in l. multum interest ff. de condit. & demonst. & Innoc. in c. prudentiam de off. dele. licet Bart. alleget eum in cap. cum contingat eod. tit. *& ideò ista regula practicatur etiam in exspectatiuis. Nam executor datus in ex-*
C *pectatiua, non potest fulminare processum, nisi visa bulla alias non valet. Et ideò hodie tenetur vna cautela: quia cum bulla datur expedita, postquam est in plumbo,* vt dixi superius in x. regula. & ad hoc facit cap. licet de crim. fals. *habens exspectatiuam potest ire ad plumbum cum suo executore: & ille executor cum videt ibi bullam, & se Iudicem ibi datum, potest fulminare processum, prout alias ego feci, tanquam executor vnius pauperis &c:* 1 2 3

D *Sed vt non detur obiectum de ista regula, est practica procuratorum, quod in iudicio producunt sumptum bullæ, & non ipsam bullam, vt non videatur illud quod est scriptum retro, scilicet expedita tali die.* 4

Item ponderandum est verbum de beneficijs *positum hic, ex quo videtur non idem* 5
esse in alijs. pono quod Papa concessit alicui iurisdictionem vel possessionem temporalem, vel perpetuam in aliquo castro vel ciuitate, & iste antequam expediat bullas, facit caussam committi contra intrusum, an valeat ista commissio? & certè dicendum est quod sic, quia ista regula est exorbitans, ergò debet restringi ad terminos, in quibus loquitur, cap. quæ à iure communi exorbitant de Reg. iur. lib. 6. & cap. odia & cap. in penis d. tit. & lib. *& sic alias respondi in curia & nescio quid fuerit iudicatum: sed hoc credo verum, dummodo bulla postea producatur in iure.*

Item vidi dubitari, & est casus meus nunc in Rota: pone quod Papa prouidit mihi de 6
beneficio, & mandat per Breue suum, supplicatione signata interclusa, quod Iudex in partibus ponat me in possessione, vel assignet mihi beneficium, an habeat locum tunc regu-
E *la ista? & certe dicendum est quod non: quia appellatione commissionis non venit Breue*
Papa: per quod etiam videtur idem &c: ex supplicationibus interclusis quod Papa ex 7
F *certa scientia vult hoc fieri,* arg. l. quidem consulebant ff. de re iudic.

Item vidi dubitari, quia appellatione commissionis simplicis, non venit commissio in
quā cōtinetur supplicatio: nā species cui aliquid additur de genere alterius speciei, mutat 8
nomen, casus cap. statutum de elect. lib. VI. iuncto c. licet canon. de elect. eo lib. *facit quod dicit Abb,* cap. bonæ I. de postul. præla. qui allegat dictum cap. & facit l. qui venenum ff. de ver. sig. *Item quia appellatione simplicis nnn continetur compositum quando materia est odiosa, casus est* in c. dilectio de consangui. & affi. *licet*
glo. cum text. Instit. de actio. §. I. *videtur dicere contrarium* & in l. II. ff. de verb. 9
oblig. vel doct. plenè. *sed ibi dixi legendo hic Romæ, vltra Bart. Bald. Ang. Ioan. de Imo. & Ludo. pont. quos vidi ibidem, quod quando omnia comprehensa simplicia sub genere numerantur particulariter in aliqua dispositione, tunc appellatione simplicis comprehenditur etiam compositum ex illis simplicibus, & sic procedunt dicta iura. & pone exemplum supra, in XV. regula & ibi dixi aliquid de hoc, sed quando non numeratur omnes species sub genere, vt in hac Regula vbi non numeratur, nisi tantum vna species scilicet commissionis, sequitur quod non comprehenditur commissio composita cum supplica interclusa.* & sic procedat dictum c. statutum de elect. lib. VI. & c. quod dilectio. de consang. & affi. *Item quia commissio tantum intelligitur secundum communem vsum loquendi, qui in istis debet attendi,* l. cum de lanionis §. asinam ff. de fund. instruc. c. quamuis de verb. sig. *sed appellatione commissionis non intelligitur nisi com-*
missio simplex, quæ fit in curia: ergò de Breui non debet intelligi. in hoc tamen arbitror, 10
quod si etiam commissio fieret ad partes per rescriptum, contra hanc regulam, quod non valeret. quia in hoc attenditur verum tempus datæ c. super eo de ap. *sed in commissione attenditur tempus præsentationis* c. I. de rescript. & c. vt debitus de ap. *in Breui*
autem in quo supplicatio est inclusa, secus esset dicendum, per prædicta. In dubio tamen 11
nolo expedire bullas in caussa mea: quia nolo ponere ius meum in iudicio aliorum.

Item pondero hic verbum processus desuper habendi &c: *quia in Regula*
Pauli

Pauli *erat* habiti & habendi &c: *sed melius est vt hic: quia in principio dicitur* quas in antea &c: *& etiam in Regula* Pauli *dicitur illud verbum, & credo hic ea qua dixi in aliqua parte in regula superius dicta, scilicet xxv.*

COMMENTARIA IO. A. CHOKIER.

A *Per gratiam Apost.*) An hæc Reg. locum habeat in præsentato à patrono, vel prouiso ab Ordinario, qui nouam Commissionem obtinuit, & cõmittit caussam litteris non expeditis, latè in vramque partem disputat Mandos. *hic q. 6.* & Gomes. *q. 12. ad Reg. de Non iud. iuxta form. supplic.* & quid in Breuibus, an ei obstet Regula ista tractat idem Mandos. *q 7. nu. 4.* vbi probat & sequitur opinionem negatiuam, probatam quoque Glossographo nostro, *vers. Item vidi dubitari,* quæ non examino properans ad Regulas celebriores. 12 13

B *Non sunt litteræ confectæ*) At quid si confectæ sint sed non productæ, an obstabit Regula? Mandosius *hic q. 8.* reiecta contraria opinione tuetur negatiuam. Et quid si litteræ non fuerint confectæ tempore præsentationis Commissionis, sed statim & immediatè post illius præsentationem fuerint expeditæ, an adhuc Reg. ista obstet? Idem Mandos. hic *quæst. 9.* probat affirmatiuam, quibus rationibus tu videto. 14 15

C *Nam Executor datus*) Executorem ante præsentationem litterarũ nulliter procedere tenuit etiam Rota *in vna Pampilonen. Illegitimitatis 5. Decembris 1608. coram R. P. D. Iusto. cuius decisio extat apud Farinacium part. 2. decis. 166. nu. 11. in Nouiss.* 16

D *Sumptum bullæ*) Et tale sumptum probat *Flam. Paris. lib. 8. quæst. 2. nu. 20. & lib. 10. quæst. 1. nu. 19. Put. decis. 28. de prebend.* neque vllius ad hoc opus est citatione, vt respondit D. VVamesius *cons. 133 nu. 2. tom. 1.* secus si sit sumptum de registro supplicationum, quia tale sumptum non facit fidem *Bellam. decis. 257. Flam. d. quæst. 2. nu. 19.*

E *Et certè dicendum est quod non*) Consule Mand. *hic. q. 7. num. 4. vers. Contraria opinio.*

F *Papa ex certa scientia*) Regulæ huic derogari posse pulchrè ostendit Mandos. *hic q. 13. nu. 2. & 3.* subijcitque derogationem hoc operari, vt litteris non expeditis Commissio caussæ Iurisdictionem Iudici tribuat, lisque pendere dicatur, quod secus esset, si regulæ non derogaretur. Clausula autem derogatoria est eiusmodi: *Nonobstantibus Cancellariæ Regulis, illa præsertim qua caueri dicitur, vt Commissiones non Valeant &c.* Cui clausula solet Signatura aliam addere 17

quæ priorem temperat, videlicet: *Dummodo litteræ expediantur ante terminum ad articulandum, & interim non censeatur vera lis, nec sit locus Regulæ de Surrogandis:* idque ad compescendam nonnullorum maliciam, & ambitionem qui minus iustè lites super beneficijs aliorum introducebant, ea tantum spe, vt Reo præmoriente, beneficio Regulæ de Surrogãdis in re litigiosa venirẽt præferẽdi, *Vestrius in praxi l. 3. c. 11. nu. 4.* Cessante d. clausula non inducetur lis ex sola impetratione Commissionis, cum requiratur ipsa citatio, *Farin. dec. 81. nu. 1. p. 1. in Nouiss.*

Argumenta in Reg. XXX. INNOCENTII VIII. *quæ est* XXX PAVLI. V.

1. HAc Regula extenditur etiam ad familiares Cardinalium morientes in Curia Romana.
2. Ista Reg. non habet locum, nisi in vacatione per mortem.
3. Hęc Regula non obtinet in renunciationibus familiarium Cardinalium.
4. Item in vacationibus ob delictum.
5. Familiaris Cardinalis factus familiaris alterius Cardinalis, si familiaris ille moriatur, debet requiri consensus prioris Cardinalis.
6. Dictio *Idem* denotat identitatem iuris, licet diuersitatem facti, estq; declaratiua & ampliatiua.
7. Familiaris Card. factus familiaris Papæ sub hac Regul. non comprehenditur.
8. Persona Papæ loquentis intelligitur hic excepta.
9. Familiaris Papæ licet esse desinat, beneficia tamen eius, quæ tempore familiaritatis obtinebat, mortuo Papa, remanent successori reseruata.
10. An hæc Reg, locum obtineat in Officialibus Sedis Apostolicæ, alioqui familiaribus Cardinalium.
11. Appellatione Cardinalium, an comprehendatur Papa.
12. Constitutio Cardinaliũ facta in Conclaui, tempore electionis Innocentij circa hanc Reg.
13. An beneficia familiaris Cardinalis transiens ad familiaritatem Papę, sint reseruata?
14. Legatum pauperibus relictum, intelligitur etiam relictum seruientibus ipsis.
15. Familiares Papæ qui dicantur.
16. Satis est ad effectum huius Regul. exprimere per æquipollens nomen Cardinalis.
17. Impetrans debet exprimere nomen Cardinalis, etiam absentis à Curia, licet ipsius cõsensus non requiratur.
18. Cardinalis à Curia abesse non debet, citra licentiam Papæ.
19. Cardinalis absens à Curia priuilegio huius Reg. non gaudet, nisi obtineat prærogatiuam præsentium.
20. Cardinales absentes à Curia nõ participant in annatis.
21. Papa consilium Cardinalium sequi non tenetur,
22. An hæc Reg. locum obtineat in surrogatione iuris familiaris vnius Cardinalis.
23. Quando statutum, vel lex posterior, tollat

tollat primam.

24. An dispositio huius Regul. cesset in gratia Motus proprij?

25. An satis sit quo ad effectũ huius Reg. quod consensus superueniat post impetrationem?

26. Familiaris Cardinalis eo mortuo factus familiaris alterius, an consensus huius interuenire debeat?

27. Mortuo familiari Cardinalis pręsentis in Curia, huius consensus, non illius Card. absentis cuius ante fuerat familiaris requiritur.

28. Impetrans beneficium alicuius familiaris Cardinalis à Curia absentis, nomen & titulũ illius exprimere debet.

29. Sublato vno priuilegio, non censetur sublatum aliud.

30. Quid dicendum in Cardinali absente ex caussa venationis? vel absente breui reuersuro?

31. Hanc Regulam ampliauit IVLIVS III.

32. An vacante officio per obitum familiaris Cardinalis locus sit huic Regulæ?

33. An beneficia Iurispatronatus sub hac Regula comprehendantur? & quid in Commendatis? quid in beneficijs resignatis ex caussa permutationis? quid in beneficijs vacantibus per promotionem? quid in Coadiutorijs?

34. Beneficia vacantia per resignationem non veniunt sub dispositione huius Regulæ: vt nec benneficia vacantia per assecutionem incompatibilis, vel professionem religionis, vel per vxorationem, aut si beneficia sint litigiosa.

35. An sub hac Regul. comprehendantur beneficia vacantia ex caussa resig. per Regulam de Infirmis?

36. Familiaris Cardinalis ad effectum huius Regulæ quis dicatur.

37. Familiaritas vt inducatur ad minus durare debet ad quadrimestre continuum.

38. Victus non sufficit, nisi adsit qualitas commensalitatis.

39. Familiaritas quo pacto probetur. Familiaritas ad effectum Reseruationis quomodo consideretur in Ciuitate & Diœcesi Leodien.

40. Hæc Reg. non habet locum in vacationibus ob delictum, limita vt ibi.

41. Beneficium ibi vacat, vbi priuatio facta est, siue persona quæ delictũ commisit ibi sit, siue non. Familiaritas Papæ pręferanda familiaritati Cardinalis, & licet familiaritas Papæ morte dissoluatur, durat tamen affectio.

42. An huic Regulę sit locus si cum familiaritate concurrat reseruatio beneficiorum de quibus in 1. Regul. & in extrauag. Ad regimen?

43 Pontifex creatus an adstringatur seu ligetur constitutionibus Cardinaliũ in conclaui factis?

44. Nomen & titulus saltem Cardinalis absentis exprimi debet, etiamsi consensus illius non requiratur.

45. Cardinalis absens gaudet priuilegio huius Regulæ, si habeat indultũ præsentialitatis.

46. Vicarius Cardinalis absentis, qui indultum habet præsentialitatis, consensum præstare potest.

47. Princeps

Regula XXX. INNOCENTII *VIII.* *quæ est XXXI.* PAVLI V.

DE IMPETRANTIBVS BENEFICIA PER OBITVM FAMILIARIVM CARDINALIVM.

ITem voluit quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis, tenetur exprimere nomen, & titulum ipsius Cardinalis :& si ille in curia fuerit, eius ad id accedat assensus , alias desuper gratia sit nulla : & idem seruari voluit etiam-si dicti familiares ipsorum Cardinalium, familiares esse desierint, seu ad aliorum Cardinalium familiaritatem similem transierint, quoad beneficia, quæ durāte familiaritate priori obtinuerunt, & in quibus ipsi priori familiaritate durante, ius eis competierit, ita quod ad illa Cardinales, quorum prius familiares fuerunt, suum habebunt adhibere consensum. *

GLOS-

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista regula dicit, quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis, quod debet exprimere nomen, & titulum Cardinalis: & si Cardinalis in Curia sit, debet habere consensum illius Cardinalis, alias quod gratia sit nulla. & idem vult seruari etiamsi desierit esse familiaris ipsius Cardinalis, vel transiuerit ad familiaritatem alterius Cardinalis in beneficijs quæ habebat tempore prioris familiaritatis: quia ille debet consentire, & non secundus: hoc dicit ista regula: & venit ad complacendum Cardinalibus, vt possint ipsi qui habent onera in sustinendo familiam, & laborando pro eis, quod habeant etiam commodum, vt debeant consentire in prouisionibus quas fecerit Papa de vacantibus per obitum familiarium Cardinalium.

Et quia ista regula loquitur indistinctè de beneficijs vacantibus per obitum familiariũ Cardinalium indistinctè debent intelligi l. de pretio ff. de publ. iuncta leg. 1. cod. 1
C tit. in princ. *ideò sequitur, quod etiamsi familiaris moriatur in curia, oportet seruare hanc regulam, licet illa beneficia regulariter sint generaliter Papæ reseruata, ea reseruatione, quæ continetur in corpore iuris* in c. 11. de præben. lib. vi. *Tamen Papa imponit sibi ipsi legem in hoc: & sic practicatur in curia: ideò non debet mutari,* l. minimè ff. de legib.

D *Item ponderandum est hic verbum* per obitum familiaris &c: *Ex hoc sequitur* 2
quod ista regula non habet locum in alia vacatione: quia mors ciuilis in hoc casu non æquiparatur naturali, cum hoc non sit expressum in iure, sufficiat glo. in c. susceptum de
E rescript. lib. vi. *ergò:. Et ratio est, quia beneficia familiaris Cardinalis sunt reseruata per regulam tertiam, supra: & ideò si familiaris Cardinalis vult renuntiare, siue in* 3
curia, siue extra curiam, oportet quod collatio fiat per Papam. Et propterea Papa in hoc non vult derogare suæ dispositioni liberæ, quam habet de conferendo sine consensu Cardinalis &c:

Ex quo sequitur quod si familiaris facit aliquod delictum in partibus, propter quod 4
est priuatus ipso facto, puta simoniam publicam, siue hæresim: tunc si vnus impetrat
F *beneficium istius, non debet obseruare hanc regulam, per hoc verbum hic positum* per obitum &c:

Idem si Episcopus in partibus priuet eum beneficijs suis propter aliquam caussam, quod potest facere, licet non posset ea conferre secundum c. postulasti & quod ibi notatur per Doct. de foro compet. *tunc si vnus impetret à Papa illa beneficia, non debet seruare hanc regulam per prædicta.*

Et ponderandum etiam est illud verbum: & idem seruare voluit &c: *Ex quo sequitur, quod etiam in secundo casu quãdo familiaris Cardinalis transiuit ad alium Cardinalem, quod si moriatur debet requiri consensus prioris Cardinalis, alias gratia est nulla.* 5

Q q *Et ista*

Cardinalis, satis est, quod dicam mortuum esse familiarem, puta Cardinalis Vicecancellarij Episcopi Portuen. per prædicta.

L *Item in quantum text. dicit hic,* & si ille in curia fuerit, *intelligo quoad consensum: tamen etiamsi non sit in curia impetrans, debeo exprimere nomen illius Cardinalis absentis, & titulum, alias gratia non valet. quia ista copula dirigitur circa diuersa.* 17
ideò non coniungit nisi verba & non mentem, sufficit text. cum glo. in c. I. §. Episcopum vel Abbatem col. v. & quod ibi dicit Bal. *& sic memini me vidisse practicatum in curia.*

Item ex ista regula colligo, quod etiamsi Cardinalis non debet abesse à curia sine licentia Papæ, arg. c. filium I. q. I. *& facit gl.* in c. nobilissimus XCVII. distinct. 18
M *tamen etiamsi absit tanquam Legatus, vel alias de licentia Papæ, non participant de hoc priuilegio, quod videtur facere contra l. hac lege & contra glo. ibi, & contra id quod dicit ibi Bar.* C. de proximis sacrorum scriniorum lib. XII. *& hoc seruatur etiam* 19
in medijs annatis Episcopatuum, in quibus non participant absentes Cardinales: ipsi tamen sunt cauti, & petunt à Papa licentiam absentandi se cum prærogatiuis præsentium, & Papa malè libenter dat, & est iustum, vt non remaneat solus: & quod debet requiere 20
N *consilium ipsorum, maximè in arduis, licet non teneatur sequi,* c. fundamenta §. decet cum glo. de ele. lib. VI. 21

Item circa istam regulam vidi practicari in curia, familiaris Cardinalis litigabat cum vno alio, & lite pendente fuit mortuus, an in surrogotione iuris illius per collitigantem debet seruari ista regula, tam in expressione nominis Cardinalis quam etiam de eius consensu? & finaliter fuit conclusum in Rota quod non: quia illud priuilegium non derogat 22
O *priuilegio Regulæ superioris* XXVII. *de collitigantib. ergò &c: pro & contra facit l. in sacris* l. III. C. de prox. sacr. scri. lib. XII. *& quod ibi dicit Bar. de duobus statutis: sed pro hac parte benefecit, quod dicit Bar.* in extrauag ad reprimendum in verb. non obstantib. *vbi dicit quod illud quod dicitur per vltimam legem vel statutum non* 23
reuocari primam vel primum, quando in prima est clausula derogatoria; est verum, nisi de ea fiat in secunda mentio: sed in alia regula est clausula derogatoria, scilicet quod nullius sit roboris &c: *ergò sequitur quod cum in ista non fiat mentio de prima in ordine, non videtur tollere eam, & hoc* per l. non est nouum & per l. ideòque ff. de legib. *Item dicit ibi Bar. quod etiam si prima lex non habeat clausulam derogatoriam, tamen non tollitur per secundam, etiamsi in secunda sit clausula derogatoria, scilicet nonobstante aliqua lege, si non est omnino contraria primæ: sed possent reduci ad concordiam, & sic intelligi ibi dictas leges* & cap. I. de consti. lib. *6. & allegat bona iura* in 3. q. incipiente Quid ergò dices in statuto, in versiculo: sed si statuto: *& sic in casu nostro etiamsi prima regula non habeat clausulam derogatoriam quoad l. dicendo, non obstante aliqua alia lege, tamen non tollitur per istam, ex quo non est omninò contraria, & ista etiam non habet clausulam derogatoriam & sic practicatur in curia.*

Item vltra prædicta posses reperire cautelam, vt non obstet ista regula, scilicet quod

P facias per fauores signari supplicationem motu proprio: quia ista regula dicit de impetrante. ergò aliud esset si motu proprio Papa signentur beneficia facit l. 1. C. de pet. 90. sub lib. x. & l. III. ff. quod quisque iuris in 1. respon. & sic esset cautela pro Papa, qui se excusaret cum Cardinali, ac etiam pro impetrante est cautela: Sed dubito an Cardinalis tunc, si esset magni ponderis, faceret declarari contrarium: nescio tamen pro nunc. an si Papa declararet in tali casu, tolleret ius quaesitum hoc pro nunc. 24

Sed vidi dubitari, an in casu istius regulae, sufficit quod consensus Cardinalis interueniat post impetrationem? & in hoc vidi vnum in curia dubium: quia vnus impetrauit non habito consensu Cardinalis. & secundus post, & habuit consensum Cardinalis, & postea primus etiam habuit consensum, quis istorum debet praeferri? & fui interrogatus de hoc: Sed quod secundus praeferatur allego text. in cap. si pro te de rescript. lib. VI. & gloss. in cap. per tuas de condit. app. & non dico aliud, quia pendet in Rota quaestio sed quoad primum casum, credo quod sic, arg c. si pro te, de rescript. lib. VI. Q R 25

Item ex ista deciditur dubium, si vnus familiaris Cardinalis eo mortuo transiuit ad familiaritatem alterius. si ipse moriatur in familiaritate, vel extra eam, an iste secundus debet praestare consensum, ex quo primus est mortuus, qui non potest praestare consensum? & certè pro parte affirmatiua, facit c. 1. §. fi. Ne Sed. vacant. lib VI. licet loquatur de consilio tantum: & pro ista parte facit verbum habebunt hic positum, quod est futuri temporis, sed si est absens, vel mortuus non potest praestare assensum, vt vt in d. §. fi. & in primo est casus istius regulae, ibi: & si ille in curia fuerit &c: sed pro contraria parte facit gloss. in dict. §. fin. & in cap. si pro te. in verbo assensus. Tamen credo quod in curia practicatur primum: & hoc propter Cardinales viuentes, qui volunt habere praerogatiuas. Et idem practicatur de absente Cardinali, cuius fuit primo familiaris ille mortuus quam Cardinalis praesentis in curia: quia cõsensus praesentis debet haberi tantũ: sed de hoc dubito, & an sit verum, cogitandum est. S 26 T

Item ex hac regula vidi altercari in curia, quod si Cardinalis cuius familiaris obijt erat absens extra curiam, & impetrans beneficium eius, non fecit mentionem de familiaritate, nec expressit titulum & nomen Cardinalis, nec habuit consensum ipsius, & dixit in lite, quod non tenebatur ex quo Cardinalis erat absens: quaeritur an impetratio sit subreptitia, quia Cardinalis erat absens? breuiter dicendum est quod sic: quia licet non tenebatur habere consilium Cardinalis absentis, tamen quia non expressit titulum & nomen ipsius, est subreptitia: nam hic datur duplex priuilegium Cardinalis, scilicet quod exprimatur eius nomen &c: Item quod habeat eius consensum: ideò sublato vno priuilegio, non censetur aliud sublatum argumen. l. domus tua ff. de seruitutib. vrbanorum praediorum & cap. ex tuarum de authoritate & vsu pallij, facit glossa in verbo alieno sacerdoti cap. omnis de poeniten. & rem. & credo quod sic fuit sententiatum in palatio. 27 28 V X 29

Sed dubium est, si Cardinalis iuit ad venationem ea die, vel ad titulum Episcopalem suum, puta ad Praenestinum, statim tamen volebat reuerti, an requiratur consensus illius? & certè 30

& certè primâ facie videtur quod sic argumen. §. ceruos insti. de rerum diuiur. sed cap. præsenti §. loca de præbend. lib. vi. *videtur facere pro & contra, nihilo-*
Y *minus tamen crederem primum verius.*

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

I*Sta Regula)* Plenior est facta hæc Reg. per Iuliũ III. vt videre est per eius ampliationes& limitationes,quas rursum speciali constitutione declarauit vt 31
sequitur : *Declarans præsentem constitutionem locum non habere in illis beneficÿs quæ non solum ratione familiaritatis continuæ cõmensalitatis huiusmodi, sed etiam ratione officiorum, & quæ familiares ipsi tempore obitus eorum in dicta curia vel extra eam obtinerẽt, aut antea obtinuissent, dictæ dispositioni generaliter reseruata, vel affecta fuisse apparerẽt. Necnon illos quoad effectum dictæ constitutionis familiares eorundem Cardinalium censeri, qui ipsorum familiares continui Commensales ad minus per quatuor menses, etiam ante Cardinalatum fuisse probarentur, decernens irritum &c.*

Item idem D. N. *ad euitandas lites & contentiones quæ ex præcedenti sua constitutione oriri possent, vestigÿs prædecessorum suorum inhærẽdo, voluit, statuit & ordinauit, quod si beneficia, quæ per obitum familiariũ continuorum Commensalium eorundem Cardinalium, in futurum vacabunt (cessantibus Apostolicis reseruationibus) ad alterius Cardinalis collationem vel aliam dispositionem pertinere deberent, in dicta præcedenti cõstitutione non cõprehendantur, quoad hoc vt in prouisionibus taliũ beneficiorũ super expeditione litterarum illius Cardinalis, cuius familiaris defunctus ille exstitit, consensus requirit debeat, sed beneficia huiusmodi ad collationem & quamuis aliam dispositionem Cardinalis Ordinarÿ Collatoris, vt præfertur liberè spectare censeantur. Et si apud Sedem Apostolicam beneficia huiusmodi per obitum dictorum familiarium vacauerint, tũc in prouisione talium beneficiorũ super expeditione litterarum illius Cardinalis exigatur consensus, si in Roman. Curia præsens fuerit ad quem eorundem collatio vel dispositio, vt præfertur, pertinere deberet.* Hactenus Constitutiones Iulij III. per quas limitari & declarari vides ea quæ in *Innocentÿ* Regula constituta sunt. Nam per dictam priorẽ Constitutionẽ vsq; ad verba *Item idem &c:* limitatur quod in Regula *Innocentÿ* VIII.

 dicitur

dicitur videlicet quod consensus Cardinalis requiritur quando Cardinalis est in Curia, & eius familiaris moritur, tunc Papa non confert sine illius consensu, limitatur inquam, quia dicta prior constitutio excipit nisi illud beneficiũ esset generaliter Papæ reseruatum, vel ratione officij, videlicet Scriptoris &c: vel quia est maior dignitas in Ecclesia Pontificali, tunc Papa sine alicuius consensu conferet. Per secundam verò constitutionem, quæ incipit *Item idem D.N. &c:* limitat dictam Regul. in eo videlicet quod si collatio beneficij familiaris Cardinalis spectet ad alium Cardinalem, tunc collatio liberè poterit fieri ab illo, nec requiretur consensus alterius Cardinalis, in cuius erat seruitio familiaris defunctus: quia priuilegiatus Cardinalis, non debet vti priuilegio aduersus alium priuilegiatum Cardinalem *text. & ibi Bar. in l. quas actiones C. de Sacros. Eccles. Rebuff. in addit ad hanc Reg.* Cæterum, aduerte ab his constitutionibus ne latum quidem vnguem ferè recessum esse ab alijs exinde Pontificibus ad nostra vsque tempora, quemadmodum ex illorum Regulis videre licet.

B *Beneficium vacans*) Dubitationem hic mouet Quintil. Mandosius *q. 2.* 32 an vacante officio per obitùm familiaris Cardinalis, locus sit huic Regulæ? Is postquam in vtramq; partem suo more discußit quæstionem, eam distinctiunculâ resoluit, vt nimirum nō vacent officia merè tēporalia, vel mixta, sed tantũ Ecclesiastica: tu illum consule: explicatam enim habebis primam partem additionis Iulij III. suprascriptæ: quam ne actum agam, studiò prætermitto.

C *Indistinctè de beneficijs*) Non tamen sub hac Regula comprehendentur beneficia Iurispatronatus *per not. Mandosij hic quæst. 4. nu. 5. in fi. & seqq.* vt 33 nec beneficia commendata iuxta opinionem quorundam *Mandos. quæstio. 7.* nec beneficia ex caussa permutationis renunciata *Gomes. hic quæst. 4.* Quid autem in beneficijs familiaris Cardinalis electi in Episcopum? vide Mandos. *quæst. 15.* & quid in Coadiutoria cum futura succeßione? consule eundē *quæst. 30.* & Gomes. *quæst. 25.*

D *In alia vacatione*) Et sic beneficia vacantia per resignationem familiaris 34 Cardinalis non venient sub dispositione huius Regulæ, de quo exstat Decisio. Rotæ apud Cassad. *decis. 16. de præb.* quod & noster hic notat probatq; Flam. Paris. *de resig. benef. lib. 7. quæst. 28. num. 4. & lib. 8. q. 10.* Rebuff. *in Additio. ad hanc Reg. in pr.*

Item beneficia vacantia per assecutionem incompatibilis, vel cucullæ monasticæ profeßionem, vel per vxorationem non comprehendentur sub hac regula: quia illa loquitur de morte naturali, non ciuili, vt noster subijcit, & proinde ad mortem ciuilem extendi non debet: cum Regulæ Cancellariæ sint stricti iuris, eoque strictam recipiant interpretationem, *Cassad. dicta decis. 16. num. 5. gloss. & DD. in cap. susceptum de Rescript. in 6. Auctor Analyt. Commentarij ad Reg. de Infirmis nu. 353.*

Sic

Sic nec Regulæ huic locus erit, si quis litiget cum familiari alicuius Cardinalis: quia tunc petendo subrogationem non tenetur consensum requirere Cardinalis, quia casus est à Regula diuersus *Gomes. ad Reg. de Surrogan. q. 5. Rebuff. in addit. ad hāc Reg.* Habebit tamen locū regula in vacatione per obitū inducta de Infirmis, nec opus erit exprimere modum vacationis inductæ, *Nicol. Garcia tract. de Benef. part. 5. cap. 1. nu. 169.*

Sed an beneficia vacantia ex caussa resignationis per Regulam de Infirmis 35. comprehendantur sub dispositione huius Regulæ? Partem affirmatiuam cōtra Gomesium probat ac defendit Mandos. *hic q. 6. nu. 2. & seqq.* motus ea potissimum ratione, quod vacatio per obitum inducta per Reg. de Infirmis resig. est vera vacatio, & non ficta, contra quam tamen voluit Gomes. rationibus quidem quæ solidè à Mandosio refutantur. Si igitur familiaris Cardinalis resignet beneficium, deinde infra xx. dies de eadem infirmitate decedat, non potest impetrari per obitum, nisi seruando formam statutam per hanc Regulam, videlicet exprimendo nomen, & titulum Cardinalis sub cuius familiaritate resignans obtinuerat beneficium illud &c. Cæterum, malè restringit Gomesius potestatem Papæ, quasi is facere non posit in terminis huius Regul. vt vera sit vacatio per obitum, cum in titulis beneficiorum Papa habeat plenitudinem potestatis, quod & rectè annotauit Auctor Analyt. Comment. *ad Regulam de Infirmis sub. num. 191.*

E *Beneficia familiaris Cardinalis.*) Familiares ad effectum huius Regulæ 36. illi sunt, & qui continuum apud Cardinales habent victum & habitationem, & qui obsequijs Cardinalium insistentes obsonia illorum etiam extra domum accipiunt, si tamen in necessarijs quà domi quà foris illis adsint *Gomes. hic q. 13. vers. est tamen vlterius.* Ast notandum est, talem familiaritatem seu habitationem ad minus durare debere per quatuor menses & quidem continuos. Re- 37. quirit enim hæc Reg. continuam commensalitatem per spatium quatuor mensium: ergò non possunt discontinui esse isti menses, sed continui: quod enim vno contextu fieri debet, non valet diuersis temporibus factum *l. continuus de verb. oblig. Specul. tit. de his quæ fiunt à Præl. sine cons. c. Paris. cons. 159. an statutum nu. 16. vol. 4.* Nec etiā sufficeret victum habere, nisi etiam adsit æqualitas familiaritatis, *Gomes. d. loco vers. Secus verò*: cum plerumque expensę præbeantur, vel ob eleemosinam, vel amicitiam, quo casu beneficia non cadunt sub reserua- 38. tione III. Reg. supra, nisi tamen vna cum expensis sit in obsequio Cardinalis: Nam licet expensæ extra domum præbeantur, si tamen domi famuletur, continuus dicetur familiaris Cardinalis, vt not. Simonet. *de reseruat. q. 35.* At Leodij ex constitutione Eugeniana ij dicuntur familiares, qui actu, veraciter & sine fraude essent familiares continui Commensales Cardinalium huiusmodique familiaritas censeri dūtaxat debet durare, quamdiu eorum seruitijs insisterent.

Probari.

Probari autem hæc familiaritas debet testibus, non litteris, aut per assertionem Cardinalis. *Abb. in cap. cum dilectus in fi. de clericis non resident. Fely in cap. cum nostra de rescript. latè Mascardus tract. de Probatio. conclus. 756. incip. extat regula Cancellaria &c: Simonett ade Reseruat. d. q. 35. Farinacius decis. 681. num. 2.* Vide quoque Cresce itium *decis. 18. de probat.* Mohedan. *decis. 2. de rescript.* Gabrielium. *tract. cum opin. tit. de testib. conclus. 10.* Hypoll. Bonacossa *tract. de seruis, & famulis. quæst. 4.* Farinacium *in nouiss. part. 2. decis. 656. nu. 8.* quæ decisio est Reuer. P. D. Cocc ni *in vna Astens. pensionis 11. Martij 1615.* vbi insuper fuit dictum, quod familiaritas semel probata durare præsumatur, etiamsi familiaris alteri Principi ad modicum tempus inseruierit, *& decis. 116. coram Reuer. & Illustriss. Card. Bononien.* vbi decisum extat familiaritatem etiam probari ex rotulo familiarium iunctis adminiculis: sed in probanda familiaritate Papæ, sufficit sola ipsius assertio, aut eius litteræ. *Simonetta d. tract. quæst. 36. nu. 6.* adeò vt in contrarium probatio non admittatur, *Caputaquen. decis. 386. lib. 1.* quod intellige dummodo talis assertio principaliter de facto eius proprio sit probata, secus si sit enunciatiuè, & propter aliud emanata, *Roman. cons. 182. nu. 3. Simonetta quæst. 36. num. 7.* quem etiam vide *ibid. nu. 16.* vbi scribit adhuc familiaritatem probari per vnum testem, & communi fama cum alijs qui audiuerunt Papam appellare aliquem familiarem, *per not. Putei decis. 134. lib. 3.*

F *Non debet obseruare*) Adstipulatur Boerius *decis. 206. nu. 9.* vbi dicit regulam hanc non extendi ad casum priuationis ex delicto, dummodo tamen priuatio fieret in Curia, *Gomes. hic quæst. 7.* quia si extra eam, cessat difficultas, ex quo ibi censeretur vacare beneficium vbi quis priuatur, *Rota decis. 86. in antiq.* quod verum, quando est ibi persona, vbi priuatur: quia si esset alibi, censeretur vacare ibi, vbi est persona: cæterum à Gomesio in hoc dissentit Simonetta *d. tract. quæst. 29. num. 5. & 6.* vbi authoritate Mandosij scribit beneficia priuati ibi vacare, vbi priuatio facta est, etiamsi persona quæ priuata est, sit extra priuationis locum. 40

G *Familiaris Papæ*) Vide quæ appositè de hac re scribit Cassad *decis. fin. de Prabend.* & in terminis huius quæstionis videatur decisio Rotæ 1251 apud Seraphinum *de anno 1597, Decemb. 15.* in qua fuit dictum quod beneficia Nicolai della Genga familiaris Cardinalis de Sabellis, & qui sub eodem Cardinale fuerat Conclauista tempore electionis *Sixti* v. quique post obitum dicti Cardinalis de Sabellis & viuente adhuc *Sixto* transierat in familiaritatem Cardinalis de Aragonia fuisse S. Sedi reseruata etiam post mortem *Sixti*; vtpote quod familiaritas eiusdem *Sixti* sit præferenda posteriori Cardinalis, quod maius lumen offuscet minus, & quod beneficia semel affecta semper manent affecta. Neque obstare quod Conclauistæ videantur ficti familiares Papæ, quia fuit resolutum quod Cōclauistæ fuerint creati à *Sixto* V. veri indubitati & non ficti familiares

& mandat

& mandat eos haberi pro talibus cum decreto irritanti & clausula sublata &c: quo casu non admittitur probatio in contrarium: nam Papæ attestatio de facto proprio, probationem in contrarium non admittit *Caputaquen. decis. 386. lib. 1. Simonetta de Reseruat. q. 36.*

H *Vel Officialibus Sedis Apost.*) Maximè per declarationem Iulij III. suprascriptam in pr. quæ vult huic regulæ non esse locum, si cum familiaritate, de qua in Regula, concurrat reseruatio ratione officiorum, de quibus in 1. Regula & in Extrauag. ad Regimen. vers. ac etiam de Præbend. Et proinde valebit collatio Papæ absque consensu Cardinalis *Cassad. decis. 9. de prabend Rebuff. in Addit. ad hanc Reg.* 42

I *Propter vnam commissionem*) Summus tamen Pontifex non adstringitur necessariò ad istas Conuentiones seu Constitutiones Cardinalium in Conclaui factas ex opinione Abb. *in c. sicut nostris in 3. not. vers. ex hoc habes, de iureiur.* Bar. *consil. 1. lib. 1. per tot.* quorum sententia si vera est, tuta non erit opinio Alphonsi nostri, quam propterea non probat Cassad. *decis. vlt. de Prabend. nu. 7. in fi.* quod eiusmodi constitutio, cuius meminit Alphonsus, tempore electionis INNOCENTII VIII. per Cardinales facta non exstet: & vt exstaret, ab ea recedere potuerunt alij Pontifices, præterquam quod legibus, non exemplis sit iudicandum, *l. Nemo iudex C. de sent. & interl. om. iud.* 43

K *Ad familiaritatem familiarium*) Vide quæ notaui ad Reg. 3. supra in verb. *Beneficijs familiarium aliorum familiarium.*

L *Etiamsi non sit in curia*) Licet absentis Cardinalis cõsensus nõ requiratur in impetratione beneficij familiaris Card. tamen nomen & titulus exprimi debet: quia regula iuris est quod sublato vno ex duobus, non censetur aliud remoueri *glo. si domus ff. de seruit. verb. pred. cap. ex tuarum de Auct. & vsu pall. Gomes. hic quast. 16. latè Mandos. quast. 21.* 44

M *Non participat de hoc priuilegio*) Fallit, nisi absens habeat indultum præsentialitatis, per quod absenti conceduntur omnes prærogatiuæ, fauores, & gratiæ ac priuilegia, quibus gaudent Cardinales præsentes, quo casu illius Vicarius consensum præstare poterit *Gomes. hic quast. 22. Mandos. q. 23. nu. 5.* quo in loco limitationem hanc varijs firmat argumentis, quæ videto si vsus postulat; vt & Anast Germonium *in suo. eleganti tractatu de Indultis Cardinalium.* 45 46

N *Non teneatur sequi*) Humanitatis enim est, non necessitatis consilia à Senatoribus exquirere: vnde Theodosius inquiebat Humanum esse edicta fieri consensu Senatorũ C. *de leg. l. humanum & ibi Cynus Boni. de Vito in proem. clem. §. hac sanè num. 36.* Plura hac de re videto apud Illustriss. Card. Palæotum *in tract. de Sacri Consistorij consultat. part. 1. art. 4.* vbi quærit, an Papa vtens plenitudine potestatis teneatur necessariò consilium Cardinalium requirere; & 47

 resoluit

resoluit cum distinctione, vt si ex consilij petitione posit Resp. incommodari, Papam in eo petendo minus esse adstrictum, verbi gratia si res in consilio proponenda moram non patiatur, vel periculum aliquod insigne immineret si res detegeretur, vel quid simile. Si verò nullum damnum sequi posit ex consilij communicatione, tunc dicunt Cardinalium sententias explorare debere: cum hæc consilia, non in detrimentum, sed in præsidium ac robur Pontificiæ dignitatis fuerint instituta: quod autem prodesse potest, minimèque nocet, euidens est à sapientibus viris semper amplectendum esse, *Ita Illust. Cardinalis Palaotus d. loco & art. 5. 6. 7. & 8.*

O *Conclusum in Rota quod non)* Idem sentit Gomes. *ad Reg. de Surrog. col: litig. quæst. 5 & ad hanc Reg. quæst. 8.* & Mandos. *hic q. 9.* vbi quoq; idem esse scribit in Gratia si neutri: quibus argumentis videto.

P *Supplicationem motu proprio)* Immo quod non obstante clausula motus proprij obstet hæc Reg. impetranti ben. fam. Card sine illius consensu multis probat, rationibus Gomes. *hic quæst. 1. vers. Quid dicendum?* 48

Q *Post impetrationem)* Partem affirmatiuam acriter tuetur Mandos. *hic quæst. 17. nu. 5. 6. & seqq.* cui adde Gomes. *hic quæst. 28. vers. sed omnibus dimissis:* quam in Curia & Cancellaria Rom. receptam esse scribunt, faciunt not. Farinacij *decis 272. nu. 13.* 49

R *Quod secundus præferatur)* Et cum eo Mandos. *hic q. 18.* qui aduersus Gomes. *quæstio. 29.* concludit secundum impetrantem consensum Cardinalis prius obtinentem præferri debere, & eius gratiam solum subsistere, non autem gratiam primi impetrantis, & consensum huiusmodi postea obtinentis. 50

S *Item ex ista deciditur dubium)* Super hac quæstione vide fusissimè Gomes. hic *quæst. 18.* qui quò procliuius quæstionem soluat, illam in varios articulos & casus distinguit, quos si libitum est, videat Lector cum Mandosio *q. 29.* quibus addat Achillem de Grasis *decis. 378. super hac Reg.* quo in loco affirmatiuam cum nostro Glossographo tuetur. 51

T *Vel mortuus)* Quid iuris si ante præstitum vel obtentum cōsensum moriatur Cardinalis? vide Mandos. *quæst. 20.* 52

V *Dicendum est quod sic)* Hanc Auctoris nostri opinionem sequitur Gomes. *quæst. 16.* quam Rotæ auctoritate firmat.

X *Habeat eius consensum)* Et quidem expressum: consensus enim de quo in hac Reg. expressus esse debet, vt tenet Rota *decis. 15. de off. deleg. in No.* Put. *decis. 1. ad hanc Reg.* Flam. Paris. *de Resig ben. lib. 8. q. 10.* Ideò eiusmodi Cardinalis consensus per scripturam probari debet quando litteræ expediuntur, atque ita seruat stylus Rom. Curiæ. qui pro lege seruari debet *c. quam graui de crim.* 53 54

enim falsi. arg. text. in cap. pro recta vers. cum igitur de Consi in. vtil. vel inutil. Abb. 55
& Feliq in cap. ex part. 1. de Rescript. Lud. Rom. cons. 376. quæstio est nu. 12. Quod
si Cardinalis prouisioni per Papam factæ nolit consentire, tum non ad superio-
rem recurreretur, vt vult Gomes. *quæst. 30.* quia nusquam hoc in iure cautum
reperitur, vt Cardinalis cogi possit ad consentiendum teste Mandos. *hic q. vlt.* 56
sed Papa huic Regulæ nominatim derogare debet, quod rarenter admodum
facere solet, ne quod meritò S R. E. Cardinalibus concessum est priuilegiũ,
inane, elusorium, & temporale reddatur, quod esse non debet *Zasius in l. si à co* 57
lono nu. 21. de verb. oblig. Gonz. ad Reg 8. Cancell. glo. 9. §. 2. nu. 11. licet enim pri-
uilegia à Principe reuocari possint, seu ijs ipsi derogare possint, etiã sine caussa,
nõ tamẽ debet ijs derogari si cõcessa sint, personis benemeritis, quales sunt Ill.
Cardinales qui toti Orbi prælucent, vt stellæ in firmamento *Bal. in l. quæ ex re-
lationibus not. 3. C. de leg. Curt. iun cons. 174. nu. 4. Decius cons. 186. & 292 nu. 7.*
& ista regula cõtra Principem tanquam beneficium Principis est extendenda *ad* 58
not. in l. beneficium, de constit. Principum.

Y *Videtur quod sic*) Hanc quoque sententiam probat Mandos. *hic quæst. 22.
nu. 2. in fi. & seqq.* quam tamen sic temperat Gomesius *hic quæst. 17. in fi.* dum-
modo Cardinalis longo tempore non sit absens: quia tunc consensus eius non 59
erit necessarius: ratio est, quia talis absens reputatur pro mortuo inquit, *per
not. DD. in cap. Præsentata de Testib. Io. And. in cap. Si contra de off. deleg. in 6.*

Argumenta in Reg. XXXI. INNOCENTII VIII.

1. IN bullis Apostolicis, non ponitur signatura fiat, vel concessum.
2. Intellectus huius Regulæ.
3. Hæc Regula extenditur etiamsi habens signaturam per concessum sit posterior.
4. Item etiamsi habens per concessum sit graduatus vel alias priuilegiatus & habens per fiat non sit talis & nu. 14.
5. Generalis locutio generaliter intelligenda.
6. Generalia verba non extenduntur ad ea de quibus non est dictum vel cogitatum.
7. Limitatur hæc Regula, nisi habens per fiat surreptitiè impetrauerit.
8. Quod nullum est nullum potest producere effectum.
9. Limitatur rursum hæc Reg. nisi habens per concessum esset prior tempore.
10. Papa non intendit tollere ius quæsitum alteri.
11. Datarius non potest lacerare supplicationem signatam per concessum: nec in Cancellaria potest arrestari ad instantiam partis.
12. Regula hæc in quibus differat à Reg. moderni Pontificis.

Signatura fiat vt petitur significat gra-

tiam de præsenti.
13. Regula xxv. de non iudicando iuxta formam supplicat. quando cesset.
14. Habens per fiat præfertur habenti per concessum, etiam graduato vel priuilegiato.
15. An hæc Regula locum habeat in pensionibus ac signaturis ad beneficia vacatura.
16. Habens per fiat præfertur habenti per concessum etiamsi sit possessor.
17. Prior in data si sit, habens per concessum præfertur habenti per fiat.
18. Limitatur hæc Regula vt non procedat in concursu gratiarum si neutri.
19. Vter præferatur, an habens per fiat motu proprio, an verò per fiat vt petitur.

Regula XXXI. INNOCENTII *VIII.* *quæ est XXXIII.* PAVLI V.

SIGNATVRA PER FIAT PRAEFERTVR ALTERI PER CONCESSVM.

ITem voluit quod concurrentibus eadem die super quocumque beneficio per *fiat*, * & per *concessum* signaturis, ex eis per *fiat* habens, alteri præferatur.*

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *Ista Regula non erat in Regulis* Sixti *impressis, sed* Pij *&* Pauli, *sic vt in veritate esset dubium quomodo deberet practicari hodie hæc Regula: nam in bullis non ponitur per* fiat, *vel per* concessum, *sed in vtraque bulla ponitur nomen Papæ tantum, & si dicamus in expeditione bullarum, quod debet expediri tantum per* fiat, *& non per* concessum *in Cancellaria, vel in Camera, certè non dicit hoc ista regula, sed casu posito, quod sic intelligeretur, hoc haberet locum quando arrestaretur per aduersarium: sed si non arrestatur, & vtraque bulla esset expedita, tunc quomodo debet practicari in iudicio, dubito,* 1
B *quia alia vna Regula* xxv. *supra dicit quod non adhibeatur fides supplicationi, sed bullis tantum, nisi forsan dicamus quod circa hoc esset danda ista regula de mandato Vicecancellarij &c: vt dicit Regula* xxvi. *supra. hodie tamen credo quod practicaretur cum commissione per* placet, *alias quomodo posset deduci in indicio signatura per* concessum *& per* fiat, *stante illa Regula per prædicta.*

Et pono exemplum in hac regula pro minus intelligentibus, si vnus impetrat beneficium à Papa, & ipse signat, prout consueuit facere, fiat vt petitur, *& ego impetro eadem* 2 *die à*

die à Vicecancellario, vel ab alio cui data est potestas signandi, vsq; ad certam quantita-
C *tem, puta Vicecancellario per Regulas cancellariæ, vel alteri per bullam, qui signat* per concessum vt petitur &c: *tunc ille præferretur mihi, quia habet per* fiat: *hoc dicit ista Reg. quod aliqualiter cōcordat cum iure cōmuni* arg. c. si à Sede de præb. l. VI. *& eorū quæ dicunt ibi Doct. Sed de practica ego dubito, etiam in prædictis duobus modis: vel alias potest practicari in Datario, qui debet dare supplicationes: quia si viderit quod ea die esset impetratio facta per* concessum *& per* fiat, *quod potest retinere, vel resecare illā quæ fuit per* concessum *& dare illam quæ fuit signata per* fiat: *sed tunc obstabit illud quod inferius dicam. Casu tamen quo practicaretur in Datario, & ipse non faceret, tunc in cancellaria posset fieri adpetitionem partis, & si non fiat in cancellaria, tunc posset fieri in iudicio, per regulam: Is qui in ius succedit alterius, de reg. iur. lib. VI. & regula, Qui in ius ff. eo ti. sed de modo practicandi dubitatur: crederem tamen esse necessariam commissionem, vt dixi.*

Item intelligo eam, etiamsi habens signaturam per concessum, *sit posterior, & hoc videtur dicere, cum loquitur indistinctè, licet videatur facere contra prædictum c. si à Sede de præb. lib. VI. alias quasi de nihilo deseruiret vltra ius commune,* faciunt not. in cap. si Papa de priuileg. lib. VI. & in cap. si duo de procur. eod. lib. *in hoc tamen remitto me ad Rotam: quia ex quo ista Regula loquitur in terminis iuris communis deberet intelligi secundum ius commune, vt superius dixi, & faciunt iura vulgaria.* 3

Item ponderandum arbitror hic verba, ibi, concurrentibus signaturis &c: *nam non dicit Regula quod impetrantes sint Concurrentes, id est quod sint alias pares,*
D *sed tantum dicit de signaturis concurrentibus &c: ex quo sequitur quod etiamsi impetrantes sint inæquales, quod habeat locum ista regula: & sic regula prærogatiuarum supraposita non haberet locum hic.*

Item si habens signaturam per concessum *sit graduatus vel alias prærogatiuatus, & habens per* fiat, *non sit talis, quod nihilominus præferatur habens per* fiat: *hoc tamen* 4
E *vellem declarari. Sed pro ista parte faciunt iura vulgaria dicentia, quod generaliter dictum, generaliter debet intelligi,* sufficiat cap. si Romanorum XIX. distinct. *sed pro contraria parte facit, quia verba generalia non extenduntur ad ea de quibus non est dictum vel cogitatum* leg. cum Aquiliana ff. de transac. hoc dicit gloss. fin. in cap. ne quis arbitretur XXII. quæstio. II. *ad hoc etiam facit ista regula in dictis verbis. & fortè hoc esset verius per prædicta.* 5 6

Limito etiam hanc regulam, nisi habens per fiat, surreptitiè impetrauerit: quia tunc alter debet sibi præferri, quia quod nullum est, nullum debet producere effectum, vt dicit Oldrad. consil. CVI. quod incipit, quod littera executoria in princip. & allegat nota. in leg. cum pater §. curatorum ff. de leg. II. & posuit illud consilium in fi. de verb. signific. & de exc. reiudi. & sæpius supra dixi, facit regula quæ contra ius, de regulis iuris lib. VI. & ad hoc faciunt supradicta. 7 8

Item

Item limito eam in quantum loquitur de eodem die, nisi appareret de hora: quia tunc F *si habens per* concessum, *probaret prioritatem signaturæ per horam, licet eadem die, deberet præferri alteri habenti per fiat, & potest hoc probari per testes vt dicit glo. nota.* 9 in c. duobus de rescript. l. vi. & in d. c. si à Sede. *cum quibus transeunt Doct. & Domin. ibi. & non obstat ista regula, quæ dicit tantum de die, quia debet intelligi nisi probet de prioritate horæ: nam Papa non intendit tollere ius quæsitum alicui vt dicit alia regula, & hoc est de iure communi* l. 1. §. si quis à principe ff. ne quid in loco pub. cap. G quamuis de rescript. lib. sexto. *& ad prædicta facit glo. decreti quam superius allegaui* x x. quæst. 11. c. ne quis arbitretur: *quia Papa non cogitauit de hoc, ergò &c:* 10 *ex quibus infero quod propter has caussas, non potest Datarius lacerare supplicationem signatam per* concessum, *nec potest eam retinere concurrentem cum alia signata per* 11 *Papam, id est per* fiat: *nec in Cancellaria potest arrestari in expeditione bullarum, etiam ad instantiam partis: sed sola Rota, vel coram Iudice competente debet de hoc iudicari, maximè si per partem excipiatur.*

Hic solebat esse vna Regula tempore Sixti, *quæ dabat prærogatiuam Cardinalibus conferendi omnia beneficia spectantia ad collationes eorum: & illam alias glossaui: sed quia hic non reperio in impressis, non oportet extendere verba, maximè quia arbitror eam iniquam quoad Curiales, & quoad expectantes, & etiam quo-ad Officiales Curiæ.*

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *Ista Regula*) Auctior facta est hæc Regula primùm per Iulium III. qui post dictionem *per fiat,* adiecit *etiam vt petitur* & post dictionem *alteri,* subiecit *per concessum etiam motu proprio habenti præferatur*: deinde 12 per Gregorium XIII. qui post vocem *præferatur,* adiecit, *etiamsi in illa per concessum prægnantiores & quantumlibet priuilegiatæ essent clausulæ*: quas clausulas vt alij exinde Pontifices secuti sunt, ita tollunt varia dubia quæ ex illa *Innocentij* oriri potuissent, vtpote quæ varijs modis amplient Regulam *Innocentij* suprascriptam, & maximè quoad clausulam motus proprij cuius alioqui qualitas potentior est omnibus alijs *teste Io. And. in c. duobus. nu. 5. in fin. de Rescript. in 6. Cassad. decis. 9, nu. 3. in f. de prebend.* attamen licet illa adiecta sit signaturæ *per concessum,* non propterea tamen preferetur habenti signaturam per *fiat.* licet sint qui velint vtrique clausulæ eandem vim & potestatem inesse, sed de nihilo. Nam clausula *fiat vt petitur.* significat gratiam de præsenti, id est dicere, vt nunc fiat, vt tunc consensus perfectus sit, & tum consensu suo irreuocabili Princeps ligetur, non in futurum, seu in tempus expeditarum sigillatarumque

latarumque litterarum vim illius diffuliffe videatur *Felÿ in cap. 1. de Constitut. Calder in cap. quisquis de electio. Pechius de amortisat. bon. cap. 26* quod verum eſt quando ſubiecta materia ſolum gratiam contineret; ſecus tamen quando in ſupplicatione plura ponuntur, quorum aliqua gratiam continent, aliqua verò iuſtitiam quæ ſecundum ius regulatur. nam tali caſu ſi Papa talem ſupplicationem per *fiat vt petitur* ſignaret, Papa ſolum concedere videtur ea quæ iuſtitiã concernunt, & ea quæ ſecundum ius cõmune ſunt, & hoc caſu propter rerum mixturam illud verbum *fiat* à ſui natura exorbitaret, & per conſequens gratiam inducere videretur, *Gomes. ad Reg. de Non iud. iuxta form. supp. q. 16. vers. Est tamen vmur.*

B *Quia vna Regula xxv.*) Illa nonobſtat, nec procedit, quando ſupplicatio producitur pro declaratione litterarum, & ad probandum circumſtan- 13 ſtantias, & qualitates gratiæ, & an illa ſit per *fiat*, an per *concessum*: ideòque bonum eſt, inquit Rebuffus *in praxi in 2. p. signat. nu. 13.* producere ſignaturam, alioqui ex bullæ tenore dignoſci non poteſt. Vnde quis cautus eſſe debet vt tam bullam, quam ſignaturam conſpiciat, & ex illis veritatem elicere poterit.

C *Signandi vsq. ad certam quantitatem*), Vide infra Reg. 68.

D *Quod habeat locum iſta Regula*) Idem ſentit Mandoſ. *hic q. 3* & Go- 14 meſ. ſcribens in pluribus cauſſis fuiſſe iudicatum pro habente ſignaturam per *fiat*, etiamſi habens per *concessum* ſit graduatus, ſeu priuilegiatus: etiamſi ſit in poſſeſsione *Rebuff. in praxi part. 2. signatura nu. 11. per cap. si à sede de Prabend.* quid in ſignaturis ad beneficia vacatura? quid in Penſionibus? vide eundem 15 Mandoſ. *quæst. 6. & 8.*

E *Nihilominus præferatur*) Etiam poſſeſſori, vt dixi, habenti per conceſ- 16 ſum *Cassad. decis. 14. de Prabend. Rebuff. d. loco.*

F *Nisi appareret de hora*) Hanc noſtri Auctoris limitationem probat pluribuſque argumentis confirmat Mandoſ. *hic quæst. 5. nu. 3. & seqq.* qui quoque 17 in ſubſequenti quæſtione 10. hanc ipſam regulam aliter limitat, vt videlicet 18 non procedat in concurſu gratiarum ſi neutri, quibus argumentis, tu videto: ſed vter præferatur habenſne gratiam per *fiat motu proprio*, an verò per *fiat vt petitur*? videatur Mandoſ. *q. 13. & 14.*

G *Vt dicit alia Regula*) Supra Reg. XVII. De non tollendo ius quæſitum.

Argumenta

Argumenta in Reg. XXXII. INNOCENTII VIII. *quæ est* XXXIV. PAVLI. V.

1. VErbum prætendet in hac Regula refertur tantum ad tempus præsens & præteritum, non futurum.
2. Illa sumenda est interpretatio, quæ benignior est.
3. Per verba sequentia, intelliguntur præcedentia.
4. Hæc Regula locum non habet in vacatione per sententiam.
5. Cuassa non dicitur beneficialis, cum agitur de priuatione facti.
6. Pacificus quis dicatur ad affectum huius Regulæ & nu 24.
7. Lis non dicitur mota antequam ille cui mouetur sciat se citatum.
8. Satis est citationem fuisse decretam intra sex menses.
9. Potest quis reputari pacificus possessor quoad quædam, licet lis sit illi per alios mota: & quid si lis fuerit cum prædecessore possessoris annalis? & post nu. 33.
10. Gradus & nobilitas non exprimenda illam non habenti.
11. Illam expressionem etiam excusat fama in contrarium vel probabilis ignorantia.
12. Euocatio intra sex menses intelligitur à tempore datę impetrationis non exped. bullarum.
13. Verbum *extunc* denotat extremitatem temporis & nu. 36.
14. Annus quo debet finire impetrans litem, incipit currere à die citationis siue fuerit missa intra sex menses, siue sub finem eorundem.
15. Tempus huius Reg. non currit contra impetrantem, si per opponẽtem mora inijciatur, de quo tamen protestari debet.
16. Verba in hac Reg. *debeat & teneatur* necessitatem important.
17. Per sequentia declarãtur præcedẽtia.
18. Intellectus verborum *alius modus vacationis non veniat*.
19. Gratia *si neutri* quando habeat locum.
20. Cautela aduersus hanc Regulam.
21. An hæc Reg. defendat execrabilem.
22. Intellectus verborum *certo modo vacare prætendit* & nu. 66.
23. Regula hæc in quo per nouissimos Pontifices sit aucta.
24. An appellatione beneficij ad effectũ huius Regulæ veniant officia?
25. An sub hac Regul. comprehendantur præstimonia, pensiones, beneficia manualia, hospitalia, Commendæ, Vicariæ perpetuæ, beneficia Iurispatronatus, & Capellaniæ quæ in titulum dantur? & quid de reseruatis?
26. Annus pacificæ possessionis incipit currere à die adeptæ possessionis beneficij quod impetratur, isque continuus esse debet.
27. Beneficiũ ipso facto & ipso iure, quomodo & quibus modis vacare dicatur, & qui sint vtriusq; vacationis effectus?

In vaca-

28. In vacatione ipso iure, siue ipso facto, an requiratur sententia declaratoria.

29. Homicida priuandus demū beneficio per sententiam ideo ante illam potest resignare, quod limita in resignatione simplici, non in fauorem; & dummodo homicidium non sit qualificatum.

30. Accusatione vel inquisitione pēdente, verum criminosus possit resignare sua beneficia. Item priuatione facta vbi beneficia vacare censeantur.

31. Hæc Regula locum non habet in vacatione per sententiam.

32. Pacificus possessor quis dicatur ad effectum huius Regulæ.

33. Citatus etiam nulliter dum tamen processus sit introductus, non dicitur pacificè possidere.

34. Satis est ad effectum huius Reg. pacificam esse possessionem quo ad titulum, etiamsi fructus non percipiat.

35. Si Reus habēs notitiā citationis nondum executæ, & veniat ad caussam, lis dicitur pendere.

36 Limitatur nisi lis esset notoriè calūniosa; vel nisi actor non compareret.

37. Quid in possessore citato vigore clausulæ: *Omnes alios interesse habētes &c*:

38. Quid in eo in quem Citātio fuit quidem executa, sed non in iudicio reproducta?

39. Relatio cursoris requiritur, vt citatio executa censeatur.

40. Statuta debent declarari secundum ius commune.

41. Possessor mittens mandatum pro Cura habetur pro ritè citato.

42. Possessor annalis non gaudet beneficio huius Reg. si ipsius cedens per annum pacificè non possederit.

43. Hodie in quacumque impetratione primæ parti huius Regulæ derogari solet.

44. Papa solet, parte instāte, tempus sex mensium prorogare; & quando.

45. Dictio *Extunc* extremitatem temporis significat.

46. Annus de quo in Reg. incipit currere à die citationis executæ, etiamsi ante sex menses sit emissa. Superueniente impedimēto facto partis, vel Iudicis, non currit tempus Impetranti.

47. Impetrās prærogatiuam à Papa, quid obseruare debeat?

48. An tempus huius Regulæ currat Impetranti, si intra annum possessor citatus cessit beneficio vel decessit.

49. Non solum is cuius beneficium impetratum est, sed illius etiam successor aut cessionarius alijq; possessores excipere de non seruata huius Regul. forma possunt.

50. Verbum *tenetur* importat necessitatem.

51. Obtinens gratiam Motus proprij an Reg. hanc obseruare teneatur?

52. Motus proprius tollit subreptiones & facit subsistere gratiam, quæ alias corrueret.

53. Motus proprius nihil operatur contra verisimilem mentem concedētis, nec in his quorum plenam notitiam Princeps non habet.

54. Pœna 50. Ducat. de qua in Regul. an hodie exigatur.

55. An ista Reg. locum sibi vendicet extra Curiam, coram Legato, vel Ordinario?

56. Difficilius fallitur Ordinarius, quam Papa circa suæ Iurisdictionis administrationem.

Regula XXXII. INNOCENTII *VIII.* *quæ eſt XXXIV.* PAVLI V.

DE ANNALI POSSESSORE.

ITem, idem Dominus noſter vt improbi lites exquirẽtium motus reprimantur, voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod quicumque beneficium Eccleſiaſticum, tunc per annum immediaté præcedentem pacificé poſſeſſum, & quod certo modo vacare prætendit, deinceps impetrauerit, nomen, gradum, & nobilitatem poſſeſſoris eiuſdẽ, & quot annis illud ipſe poſſedit; & ſpecificã & determinatam cauſſam, (ex qua conſtare claré poterit quod nullum ipſi poſſeſſori in dicto beneficio ius competat) in huiuſmodi impetratione exprimere, & infra ſex menſes ipſum poſſeſſorem ad iudicium euocari facere, cauſſamque ex tunc deſuper infra annum, vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiué proſequi debeat, & teneatur. Alioquin impetratio prædicta, & quæcumque inde ſecuta, nullius exiſtant firmitatis, & idem impetrans de damnis & intereſſe

& intereſſe poſſeſſorem prædictum, propter ea contingentibus ei ſatisfacere, & ſi poſſeſſorem ipſum iniuſté, friuolé, ac indebité moleſtaſſe repertus exſtiterit, quinquaginta florenos auri perſoluere Cameræ Apoſtolicæ ſit aſtrictus; nec alius quam præmiſſæ vacationis modus, etiam per litteras ſi neutri, aut ſurrogationis, vel alias, ſibi quo-ad hoc, vt huiuſmodi beneficium ea vice conſequi vel obtinere valeat, quomodolibet ſuffragetur, illudq; nullatenus in antea litigioſum propterea cenſeatur. *

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *Ista regula dicit, quod ſi quis impetret beneficium ab aliquo per annum pacificè poſſeſ-*
B *ſum, & dicit vacare ipſo facto, quod debet exprimere nomen, gradum, & nobilita-*
C *tem ipſius poſſeſſoris, & per quot annos poſſederat. Item cauſſam determinatam, quare aliquod ius eidem cõpetit in dicto beneficio, & debet extunc facere eum euocari infra ſex menſes, ac cauſſam infra annum finire, alias quod impetratio, & inde ſecuta ſunt nulla, & tenetur ſibi ad intereſſe ad omne damnum &c: & ſi friuolè vel dolo eum moleſtat, tenetur ad quinquaginta ducatos Cameræ Apoſtolicæ, nec alius modus vacationis ſibi proderit, etiam per viam ſurrogationis, vel ſi neutri, niſi primus; nec dicetur litigioſum illud beneficium amplius. hoc dicit iſta notabilis regula. Et ad eius declarationem ponderandum eſt illud verbum* vacare prætendet &c: *quod verbum, licet de iure poſſet* 1
referri ad vtrumq; tempus etiam futurum, vt vult glo. in l. II. ſtipulationum alias §. ſtipulatio ff. de verb. ob. *quam not. Ang. & Ioan. de Imo. & idem not. Ang.* in auth. vt Iudic. ſine quoquo ſuffr. §. ſi igitur iuncta glo. col. II. *tamen iſto caſu tantum refert præſens & præteritum, & non futurum: quia debemus in benigniorem* 2
partem interpretari, vt dicit Ang. in d. §. *& allegat* l. ſolemus ff. de condit. & demon. & cap. II. de conſti. lib. VI *& Bar.* in l. verbum oportebit ff. de verb. ſign. *& hoc præmaximè, quia per verba ſequentia intelliguntur præcedentia* l. fi. §. cui 3
dubia ff. de vino tri. & oleo leg. cap. peruenit cum glo. XVIII. diſtinct.

Sed infra dicitur quod debet exprimere impetrans cauſſam, quare ius nullum competat poſſeſſori, ergò ſequitur quod illa regula loquitur de beneficio vacanti ipſo facto, & non per ſententiam fiendam: & ideò ſi vnus in forma iuris petit aliquem priuari bene-
D *ficio ſuo, quia eſt criminoſus, & ſibi conferri, non habet locum iſta regula. & ad hoc fa-* 4
cit: quia tunc non dicitur cauſſa beneficialis quando agitur de priuatione facti, ſicut vult
glo. in c. II. vt lite pendente lib. VI. *ideò primus poteſt renunciare ſimpliciter, vel ex* 5
E *cauſſa permutationis: ſed iſte ſecundus non, vt vult d. glo.* in fi. *& ratio eſt, quia ſecundus habet ius in beneficio quouſq; priuetur, ſed primus non: quia nemo dat quod non habet,* ſufficiat c. ad ſoluendum ff. de deſpon. imp. *& facit quod dixi ſupra in* Regula XXVII. *de ſurrogatione.*

Et pondero verbum pacificè possessum &c: *& pono* pacificè *id est, quia non fuit sibi lis super eodem beneficio mota, & tunc quis dicitur pacificè possidere, ita vult glos. not.* in verbo antea iuncto text. in cle. I. de sequest. pos. *& non debet exponi*
F *pacificè, id est iuridicè, vt exponit glos* in cap. placuit XVI. q. VI. in verbo pacificè, *& non sufficeret quoad istam regulam, nec quoad sequentem, quod infra annum caussa*
G *fuisset commissa contra eum: sed oporteret quod esset citatus, vt sentit glo.* iuncto text. in d. cle. *nam lis non dicitur mota antequam sciat ille cui mouetur: quia citatio habet tres partes, scilicet quando decernitur, item quando executa est, item quando fit relatio vt dicit Io. And.* in cap. Romana §. contrahentes de foro compe. lib. VI. *& Sicu. refert & sequitur* in cap. fin. de offi. leg, *& Bald.* in l. omnis §. verum si apparitur C. de Episc. & cle. *Ideò quoad istam regulam, & quoad sequentem, crederem sufficere citationem fuisse executam, licet nondum fuerit relatio facta,* faciat cle. II. 8
cum glo. vt lite pend.

Et per verba istius regulæ ibi euocari facere &c: *videtur quod satis est, quod in-*
H *fra sex menses sit decreta citatio: & sic audiui tenuisse Rotam: sed certè posset dici con-*
hh *trarium per supradicta, salua determinatione Rotæ. & per verba istius regulæ videtur quod etiamsi lis sit inter alios cum eodem, quod non dicatur quoad istam Regulam pacificè possidere cum isto qui mouet litem* arg. l. naturaliter ff. de vsuca. *licet contra hoc* 9
faciat quod vult Anto. & etiam Sicu. in c. illud de præsumpt.

I *Item in quantum hic dicitur* de expressione gradus & nobilitatis possessoris, *debet intelligi in habentibus gradum vel nobilitatem: alias, quod non est, non potest exprimi: quia non potest quis desijsse habere, quod nunquam habuit* l. non potest ff. 10
de reg. iur. l. decem de verb. oblig. & d. c. ad dissoluendum. *& sufficiat quo-ad hoc fama, quod non est graduatus, vel nobilis: quia nobilitas consistit in reputatione, scilicet quod differat ab alijs plebeis, vt dicit Bar.* in repetitione l. I. C. de dig. lib. XII. *Idem de gradu, quia si vnus est factus clandestinus doctor, tamen nesciebatur pu-* 11
blicè, tunc impetrans non diceretur in culpa: sufficiat Regula ignorantia de regul. iur. lib. VI. *& quod ibi &* in l. regula ff. de iur. & facti ign.

Item in quantum textus dicit hic, quod extunc infra sex mēses facere euo-
K cari &c: *debet intelligi à tempore datæ impetrationis, & non à tempore expeditionis* 12
bullarum, de quo sufficiant notata in clem. fi. de rescript. *& hoc apparet per verbum* extunc, *quod denotat momentaneam computationem ab illo tempore, faciat gloss.* in
clem II. in fin. de hæred. *ac denotat lapsum temporis, & extremum, vt dicit gloss* 13
L in clem. I. in verbo extunc, de iure patronat. quæ allegat leg. III. ff. de condit. & demon.

Item in quantum hic dicitur, quod caussam debet facere expediri vsque
M ad diffinitiuam infra annum &c: *debet intelligi à tempore citationis factæ: &* 14
credo

credo quod sic intelligat Rota, puta vbicumq; duplex terminus simul actori & reo datur ad aliquid agendum, debet intelligi lapso primo termino, faciat l. contra maiores & quod ibi dicit Bald. C. de inoff. test.. *& licet detur hic dilatio sex mensium ad citandum, tamen si ante sex menses ille citetur, non debet expectari tempus sex mensium, sed statim currit annus* glo. est notabilis & ibi no. eam Domi. in c. cupien-
N
O tes §. hac generali in verbo commodè de elect. lib. VI. *& credo quod iste annus currat isti, vt faciat quantum in se est, quoad expeditionem caussæ: sed si faciat quantum in se est, & aduersarius ponit aliquas exceptiones, puta quod est nobilis, vel graduatus, & quod non fuit hoc expressum in bulla &c. & Iudex interim dubitet, & altercetur super istis exceptionibus, tunc si probentur benè est pro possessore, sed si non probentur, non currit tempus illius Regulæ, secundum ea quæ dicit Baldus in simili* in dict. leg. contra maiores C. de inoff. testa & in leg. 1. Cod. de iura. cal. & gloss. ad hoc quam not. ibi Domin. in cap. cupientes §. quod si per xx. de election. lib. VI. in verbo comparere & in verb. videbitur. *Tamen debet protestari quod non stat per eum, alias fortè curreret sibi terminus*, sufficiat gloss. in dict. §. quod si per xx. verbo posita. 15
P
Q 16

R *Item inquantum hic dicitur quod* debeat & teneatur &c: *Ista duo verba necessitatem important præcisam: de verbo, debet sufficit* glo. in clem. attendentes. de statu reg. *& de verbo* teneatur. gloss. in cap. per hæc, de hære. lib. VI.

S *Item in quantum hic dicitur de* pœna quinquaginta ducatorum Cameræ applicandorum: *quæro per quem debet applicari, an per Iudicem caussæ, siue per Auditorem Cameræ, & ad instantiam cuius? & si non habet vnde soluat, an debet luere in corpore? ex quo venit ista pœna imponenda propter dolum vel fraudem, non curo hic insistere: quia nunquam vidi solui istam pœnam: quia omnia sine quibus &c:* leg. II. de Iurisdict. omn. iudi. & cap. præterea de offic. deleg. *& si non haberet, vnde solueret, verberaretur*, sufficiat cap. reprehensibilis de app. *in Curia tamen credo quod procurator fiscalis se potest intromittere, etiam coram Auditore Cameræ vel caussæ: quia est emergens, vel incidens quæstio* argument. cap. 1. de ordin. cog.

T *Vnum tamen non omittam: quia ista caussa & similis est beneficialis, ex quo ille est priuatus ipso iure, ideò etiam in prima instantia posset committi tanquam beneficialis in curia, vt dicit Regula quinta de potestate Vicecancellarij: tamen si pars est in partibus, dubito quod caussa committeretur in Curia in prima instantia.*
V

Item dicitur hic quod alius modus vacationis non veniat nisi primæ vacationis etiam per litteras si neutri, vel surrogationis &c: *debet intelligi nisi præmissa seruentur quo-ad expeditionem caussæ, prout,*

prout supra dicitur &c: & sic intelligit totus mundus istam litteram: & pro hoc intellectu facit littera sequens, quæ dicit quod istud beneficium non censetur litigiosum, id est post lapsum dictorum terminorum, & sic per sequentia declaratur præcedens cap. per- 17
uenit XVIII. di. & dict. leg. fin. de vino trit. & ole. leg. cum concordantijs & alleg. glo. ibi.

Sed ego dubito, quid sonent ista verba: nam si impetratio sit nulla, cum inde secutis, 18
quid est hoc dicere, quod non veniat alius modus quam expressus &c: ? & certè non esset valdè iniquum dicere, quod etiamsi velit iste impetrans prosequi infra tempus debitum, non veniat alius modus vacationis, nisi expressus: quasi dicat, etiamsi dicatur in bulla, vel alio quouis modo &c: tamen non veniat alius modus quam expressus, etiam in gratia si neutri, siue prosequatur iste impetrans, siue non: & hoc apparet per dictionem nec, ibi positam, vt est glo. no. iuncto. text. in l. lege Cornelia ff. ad leg. Cor. de sycar. sed quia totus mundus aliter intelligit, nolo ego esse Martinus legum, qui erat semper solus in opinionibus suis, & hoc per l. minimè ff. de legib. vel potest intelligi, quod etiam sit restitutus ad prosequendum caussam ex dispensatione &c: pro hoc facit glo. fi. iuncto text. in c. licet Episcopus de præbend. lib. VI. contra l. apud Iulianum §. constat ff. de leg. I. Sed intelligendo prout communiter intelligitur, vult dicere iste § quod per viam si neutri, etiam vltra terminos prædictos, debet iste admitti ex primo modo expresso, & non aliter: & idem in via surrogationis post annum; verbi gratia: ego impetraui beneficium tuum, quia eras hæreticus; & non fui prosecutus infra annum, tunc impetratio mea est nulla vt hic: sed si contingat te mori, vel promoueri, non debeo surrogari nisi ex iure priori quod expressi: & idem est in gratia si neutri, dicendo quod nec mihi, nec tibi competit ius, & tunc venit primus modus vacandi, & etiam si docuero, quod ex alio modo vacandi non competit ius: & hoc vult dicere iste finis. tamen verbum etiam hic positum, facit in contrarium: sed secundum hunc intellectum, hoc habet verum de gratia si neutri impetrata antequam labatur terminus vt vult hic text. secus si gratia si neutri impetretur post lapsum temporis hic statutum: quia iam non valet talis gratia, ex quo beneficium non est litigiosum: & hoc est quod vult iste versiculus: nam gratia si neutri, non habet locum nisi quando beneficium est litigiosum, vt ex forma 19
eius apparet: quia mandatur Iudici caussa quod si reperit neutri litigantium ius competere &c: sed nullus erat litigans quia lis erat extincta &c:

Tamen cautela contra hanc regulam potest esse duplex: Prima, quod impetrans si non potest finire caussam pro se infra annum, procuret habere sententiam contra se infra 20
primum annum, & postea prosequatur, & durabit lis in perpetuum, vt hic fundatur iuncta decretali penultima de Iudi. Item secunda cautela est quod alius amicus impetrantis iterum impetret pro se, & hic non habebit locum ista regula quoad illam, per totum titulum C. res inter alios acta, & cap. quamuis. de re iudicata. & hæc pro nunc.

Hic tamen non omittam vnam quæstionem, quam vidi practicari in Curia, si vnus possidet vnum beneficium curatum pacificè per decennium, vel alias, & adeptus est aliud simile 21

mile pacificè & sine dispensatione per aliquod menses, & sic est priuatus vtroq; per extrauagant. execrabilis *vel primo tantum*, per capitu. de multa de præbendis.
X *ergò impetro primum, antequam labatur annus, an habeat locum ista regula? & Rota sententiauit quod sic: Sed mihi videtur quod non: quia iste primus postquam vacauit primum, non possedit per annum, ergò &c: & hoc fundo, quia ista lex semper loquitur* leg. Ariani C. de hæret. *sed hic dicitur* tunc immediatè, *ergò &c:*

Y *Item dicit* deinceps: & quod certo modo vacare prætendit, *per quæ & alia verba hic posita, videtur quod cum vno cõstructo ponerentur debet intelligi vtrũq; verbum cum qualitatibus hic positis, scilicet infra annum à tempore impetrationis.* 22

Z *Item hic dicitur* quod tunc vacare prætendit *& per alia verba hic posita, videtur, id est à tempore impetrationis &c: teneatur, quod est infra*, ad hoc facit doctrina Bart. in l. talis scriptura ff. de leg. 1. *& idem dico de haeretico; sed aliter alicui Domino visum fuit, nescio si ille non habuit vota Dominorum, vel voluerunt finiuisse, & in hac opinione fuit Dominus Nicolaus de Castello Abbreuiator de Parco maiori.* 3

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *Ista Regula)* Annectenda est in extremo huius Regulæ post verbum *censeatur*, appendicula hæc, ex constitutione Iulij III. quam quoq; cæteri Pontifices ad nostra vsque tempora Regulæ huic inseruerunt: ***Quod etiam extendi voluit ad impetrantes beneficia ecclesiastica cuiuscumq; qualitatis per priuationem, & amotionem, vel alias, propter commissa, excessus, & crimina, vacantia vel vacatura: & similiter ad impetrantes beneficia tanquam vacantia per deuolutionem.*** Quæ quidem Appendicula hoc consilio addita fuit, quò maius frenum impetrantibus imponeretur, qui temerario & ambitioso ausu, beneficia annalium possessorum impetrant: siquidem dubitari poterat, an sub hac Regula comprehenderentur omnia beneficia cuiuscumque qualitatis: præsertim cum hæc Reg. sit pœnalis, eòque non extendenda *l. 3. in fi. ff. de prauaricat, cap. statutum §. quod cum sit pœnale de election. in 6. c. in pœnis de Reg. iur. in 6. Cassad. decis. 16. nu. 5. & decis. 23. nu. 6. de prabend.* Rursum, dubitari poterat an sibi locum vindicare posset in impetratione euentuali, quæ est cum quis supplicat aliquem priuari beneficio, propter delictum, & in euentum priuationis petit sibi illud conferri: & dubitandi rationem mouere poterant verba istius Reg. ***& quod certo modo vacare prætendit***: nam impetrans ob priuationem futuram, certo modo beneficium non prætẽdit vacare saltem 23

saltem tempore impetrationis. Itaque consulto & prudenti consilio, quò scrupulus omnis tolleretur, Iulius III. alijque exinde Pontifices dictam ampliationem subiecerunt: quam clauserunt posteriores alia iterum ampliatione, nimirum, regulam hanc in omni impetratione beneficiorum, quæ à Papa, tanquam deuoluta, impetrantur, quoad omnes eius partes seruandam esse, etiamsi eiusmodi impetrationes motu proprio factæ sint, vt postea dicam.

B *Si quis impetret beneficium*) An beneficij appellatione, quoad effectum huius Regulæ veniant officia? Rebuff. *in praxi ad hanc Regul. in glo. 3.* scribit ex 24
ratione huius Reg. beneficij appellatione, venire officia & dignitates Ecclesiasticas, *per glo. in clem. Auditor in verb. beneficio de rescript.* Officium porrò definit Io. de Selua *in tract. benef. 1. quæst. part. 2. nu. 39.* esse administrationem rerum Ecclesiasticarũ sine Iurisditione, qualis est thesauraria, sacristia, & similia officia quæ cadũt sub dispositione huius Regulæ: quod & probat Rebuff. *tract. de Pacifi. poss. nu. 71. verb. officium.* Quid in præstimonijs? idem censet Mandosius: dummodo tamen sint data in titulum perpetuum *quæst. 12. ad hanc Regul.* 25
quod & sic accipiendum de hospitalibus teste eodem *quæst. 10.* vt & de pensione imposita super fructibus beneficij per annum pacificè possesi, ex opinione Gomesij *ad hanc Reg. quæst. 21.* licet reclamet Mandos. *quæst. 9.* existimans indistinctè sub hac Reg. non comprehendi pensiones, vt nec beneficia manualia *Mohed. decis. 169. Anast. Germonius tract. de Indult. Card. §. Regularia nu. 37.* Quid in beneficio commendato? Gomesius *quæst. 26.* tenet Reg. hanc in eiusmodi beneficijs locum obtinere, cum titulis hodie æquiparentur, ex quo ad vitam nunquam non concedantur. Idem dicitur in Vicarijs perpetuis *Mandos. quæst. 13.* & beneficijs Iurispatronatus *Mohedan. decis. 5. de Iure patron.* & Capellanijs quæ in titulum dantur *Gomes. quæst. 20. Mandos. quæst. 17. num. 4.* In beneficijs verò reseruatis hoc obseruatur, vt de ijs impetrationes factæ nullius sint roboris, tacita annali alterius detentione, *Simonetta de reseruat. ben. quæstio. 93. Mandos. ad hanc Reg. quæst. 23.* Quid in Consistorialibus? Regulam hanc locum non habere scribit Flam. Paris. *de Resig. lib. 2. quæst. 2. nu. 6.*

C *Per annum pacificè possessum*) Possesio pacifica quæ dicatur, habes infra nu. 32. Porrò, incipiet annus iste à die adeptæ possesionis illius beneficij 26
quod impetratur *Rebuff. in praxi ad hanc Reg. glo. 4.* & definit, seu finitur, postquam completus est antequam beneficium sit impetratum, debetque continuus esse annus, vt ibidem denotat Rebuffus, & Auctor Analytici Comment. *ad hanc Reg. nu. 118.*

De beneficio vacanti ipso facto) Beneficium ipso facto & ipso iure, 27
D quando, & quibus modis vacare dicatur, & qui sint vtriusque vacationis effectus, scripsi ad Reg. VIII. in glo verbi *Quocumq; modo vacatura.* Nota iam obiter quod hic dicitur, *ipso facto*, id est, ipso iure, puta ob crimen læsæ Maiestatis,

hæresi

s

hæresis, sodomiæ, homicidij qualificati, siue assasinij, falsitatis litterarũ Apostolicarum, & similia vt scribit Rebuff. *in praxi in 3. part. in pr.* & supra expressimus *in d. glo. quocunq; modo* : quo casu non requiritur sententia declaratoria priuationis, sed satis est si Iudex pronunciet, seu declaret talem illius criminis esse culpabilem : quia tum locus erit pœnæ iuris, etiamsi non exprimatur *Fely in cap. Rodolphus nu. 35. de Rescript.* 28

Cæterùm, in alijs casibus priuationis requiritur sententia post crimen, vel aliam causam, & quidem priuationis beneficij, vt si quis v. g. committat homicidium, non tamen qualificatum, vtpote cuius auctor sit priuatus ipso iure *c. 1. de Homicidio in 6. Pet. de Anchor. consil. 150.*) est priuandus suo beneficio per sententiam, *vt in cap. clericus Ne cler. vel Mon. cap. ex litteris de excess. prælat. Nicol. Garcia tract. de benef. part. 11. cap. 3. §. nu. 98.* vbi hac de re latè, quem vide. Ideò potest quis ante sententiam priuationis resignare, cum non antea sit priuatus, *cap fraternitatis de cler. excom Fely Dec. & aly in cap. 2. de rescript. Couar. in Relectio. Clem. si furiosus §. 3. nu. 7.* dummodò tamen merè & absolutè resignet ad manus Ordinarij & non in fauorem, inquit Auctor Analyt. Comment. nam ita expresè loquuntur iura omnia, quæ de eo qui sententiam sua cessione præuenit, meminerunt, quæ sunt tria tantum, aut ad summum quatuor, videlicet cap. dudum in fi. de electio. cap. per tuas in fi. de Simonia c. ex litteris c. vlt. de excess. prælat. & si resignet coram Papa, vel Legato in fauorem certæ personæ vt assolet, tunc non valet resignatio, nec collatio tanquam subreptitia. fit enim in fraudem sententiæ, & ad eludendum Iudicem, & iudicium pendens, quod si fuisset expressum Papa nunquam admisisset resignationem, aut non tam de facili, quod satis est. Ideòque facit legi, & Iudici iniuriam, & veluti in fraudem alienat, quæ alienatio rescindi debet & in pristinum statum reponi *l. Si aliquis ff. de donat. caussa mort. l. In fraudem l. aufertur ff. de iure Fisci.* Auctor. Analyt. Comment. *ad Reg. de Infirm. nu. 368.*

Atq; hæc limitatio licet probabilitatem aliquam, vt sic loquar, præ se ferat, habeatq; præter iam citatum suos asseclas, attamen verior, & communior est contraria opinio, quam etiam probat Rebuffus *in praxi tit. de modis amitt. ben. nu 50.* vt scilicet subsistat renunciatio ante sententiam priuationis, siue illa facta sit simpliciter, siue in fauorem; quæ opinio, etsi indubiè procedat vbi renunciatio, & cessio simpliciter fit, in renuntiatione tamen in fauorem, idem dicendum adstruit D. Io. Gutierrez *lib. 2. Canonicarum quæst. cap. de Clerico homicida nu. 30.* Nam qui renunciat, inquit, iure suo vtitur, & ideò nullam fraudem committit : quippe qui sibi ipsi consulturus, vel amico, vel consanguineo eidem beneficio renunciat, non vt alteri noceat, vt in simili specie considerauit Couar. *in d. Clem. si furiosus de homicidio 2. part. Relect.* dum reprobat Anton. de But. *consil. 43.* tenentem prædictam renuntiationem nullam esse quoties ea

facta fuerit post scientiam prioris impetrationis quasi ea in fraudem impetrantis fiat: Dicit enim Couar. hoc minimè verum esse, cum suo iure vtatur renuncians, vt sibi, amico, vel consanguineo consulat: Igitur valebit renunciatio beneficij facta in fauorem alterius, cum non fiat, neque præsumi debeat in fraudem, sed vt renuncians sibi, amico, consanguineo consulat, & in nostris terminis hoc expresè probat Tho. Ferrat. *cautela 44.* quem sequitur Gomes. *ad hanc Reg. quæst. 42.* & alij quos citat Guiterrez *d. loco*, & Flam. Paris. *tract. de Resig. ben. lib. 3. quæst. 16.*

Nec officit quod dictum est, Papã non ita ex facili admissurum fuisse resignationem, si ei innotuisset iudicium pendere: quoniam illud non solet exprimi, nec tenetur ad id resignans, vt expresè cauetur in decis. 5. *de sent. & re. iud. in antiq.* quam decisionem aduersus Dominicum *consil. 105. colt. vlt. vers. ex his potest*, & Rebuff. probat & sequitur idem Guiterrez *d. cap. 5. num. 35.* vbi scribit clericum homicidam ante sententiam priuationis posse renunciare beneficio, etiamsi alius id prius impetrauerit, & in euentum priuationis, nisi tamen in impetratione apposita fuerit clausula expressa, *quod renunciatio lite pendente facta cedat in vtilitatem impetrantis*, quia tunc posset procedere opinio Dominici *d. consil. 105.* sentientis faciendam esse mentionem accusationis, vel inquisitionis pendentis, qua quidem mentione non facta, non subsisteret resignatio *Flam.* 30
Paris. d. quæst. 16. nu. 24. & seqq. vbi varias subijt ampliationes, inter quas est illa *sub nu. 34.* quod criminosus pendente inquisitione vel accusatione posit sua resignare beneficia, etiam post illorum impetrationem à tertio factam, modo tamen ignorauerit impetrationem: si enim sciebat impetrationem factam esse ab alio, tunc renunciatio facta per ipsum in fauorem alicuius esset inualida ob clausulam decreti irritantis positã in impetratione facta per tertium *cap. tibi qui de rescript. in 6. c. dudum de præbend. cap. 1. de concess. prabend. in 6.* & etiam quia tunc videtur facta in fraudem, & præiudicium iuris illi tertio acquisiti. *Io. de Ana. cap. 13. de coll. deteg. Barbat. consil. 11. col. 15. lib. 1.* & potest resignatio fieri coram ordinario, simpliciter quidem, & coram Papa in fauorem cum limitatione tamen dicta *Flam. Paris. d. q. 16.*

Insuper aduerte, quod communis sententia quę habet quod clericus priuandus beneficio per sententiam ob crimen ab eo commissum priuatione dignum 13
posit pendente iudicio resignare, limitatur vt non procedat quando quis esset priuatus ipso iure à Canone propter crimen id inducens prout sunt plura eiusmodi crimina de quibus Rebuff. *de pacif. poss. nu. 319. & seqq.* *vt supra dixi & ad Reg.* VIII. *glo.* VII.

Denique notandum est, quod beneficium ibi vacare censetur, vbi priuationis sententia lata est: vnde qui Romæ beneficijs per sententiam priuatus est, dicta beneficia Romæ vacare censentur; non autem in loco in quo beneficium

reperitur

reperitur situm, quod extende etiamsi persona sic priuata, extra priuationis locum inueniatur, *Rota dec. 35. alias 86. de Prebend. in antiq. Simonetta tractat. de Reseruat. quæst. 29.* Postremò aduerte quod in vacatione per sententiam modo quo supra dictum est, locum non habet hæc Reg. quia potest quandocumque renunciare ante sententiam cum limitatione iam dicta; secus autem in priuatione ipso iure, vt noster Glossographus hic quoq; ostendit: obstante etiam Reg. XXXVIII. infra quod neuter permntantiũ ius acquirat, nisi quilibet ipsorum ius habuerit in beneficio per ipsum resignato: verùm hac super quæstione modo vertitur caussa in Rota coram R. P. D. Coccino inter D. Ioannem Lassaux Pastorem de Haccuria Diœcesis Leodieñ. contra D. Ioannem Fechier, cuius Rotæ decisioni lubens equidem acquiescam.

E *Potest renuntiare simpliciter vel ex caussa permut.*) Hoc an ita sit planius a me explicatum habes in tract. meo de Permut. benef. *part. 1. quæst. xxx.* & ex ijs quæ modo dixi.

F *Non debet exponi pacificè id est iuridicè*) Planè. nam ille demum pacificus possessor dicitur, qui nullam controuersiam patitur iuris, neque facti 32
iudicialem vel extraiudicialem *Geminia cons. 78. col. 2. vers. ad secundum. Card. Tuschus tom. 6. Pract. conclus. nu. 1.* ideòq; citatus nulliter, dũmodo processus sit introductus, non dicitur pacificè possidere: quia non sine lite, & controuersia 33
possidet *Rebuff. in praxi ad hanc Reg. glo. 6.* à quo tamen in hoc articulo dissidet Gomes. *hic quæst. 45.* quo in loco variè docet, per citationem nullam, vel nulliter factam non interrumpi annalem pacificam possessionem, immò requiri perturbationem in ipsa possessione, vel fructibus, quæ qualiter intelligantur consule Mandos. *hic quæst. 23.* & Auctorem Analyt. Comment. *hic ampliat. 14. & DD. in Clem. Gratia de Rescript.* Denique, satis est ad effectum huius Reg. pacificam esse possessionem quoad titulum, etiamsi fructus non percipiat, vt con- 34
tra Gomesium *quæst. 47.* docet Rebuff. *glo. 6. vers. asserit etiam.* quod secus erit quoad vitium execrabilitatis, quia quod ad illius effectum requiritur possessio quæ producat præsentem fructuum acquisitionem, vt not. D. VVamesius *cons. 234. numer. 2. & 9.* id quod latius ostendi infra ad Regul. *de Dispensation. quoad incomp.*

G *Quod esset citatus*) Idem si non citatus veniat ad caussam per se, vel per procuratorem: Nam quoties reus habeat notitiam citationis nondum execu- 35
tæ venit ad caussam, lis dicitur verè introducta *Mandos. hic quæst. 3.* quod limita primò, nisi lis notoriè esset calumniosa *Cassad. decis. 5. num. 3. vt lite pendente* Limita secundò, nisi actor non compareat; nam per citationem, processus non 36
dicitur inchoatus Actore non comparente *Bald. in l. post edictum §. 1. ff. de Iudic. & in l. 1. nu. 1. ff. de in ius voc. Alex. & Ias. in Rub. d. tit. Anchor. cons. 97. num. 4.*

Sed quid dicẽdum in possessore citato vigore clausulæ *omnesq́, alios interesse habentes &c*: vide Mandos. *hic quæst. 36.* & Farinacium *decis. 18. nu. 2. part. 2. in Nouis.* vbi coram Illustriss. Card. Bononien. anno 1603. Martij 3. fuit dictum dictam clausulam operari vt possit citari etiam non comprehensus in citatione, & quid in eo in quem citatio fuit executa, sed non in iudicio illam reproduxit? vide eundem Mandos. *quæst. 35. & 66. in fine* eleganti distinctione vtentem. 37 38

H *Sed certè posset dici contrarium*) Ego quoque ita sentio. Nam licet Regula hæc exigere tantum citationis executionem videatur, ibi *ad iudicium euocari facere*, tamen cum citatio non aliter subsistat, nisi accedat cursoris, seu nuncij relatio, *l. hac autem §. non defendi ibi Bart. ff. Quib. ex caus. in poss. eat Hostien. in cap. quoniam contra de probatio. vers. citati omnes vbi exponit citationes, id est nunciorum responsiones seu relationes*, censuerim non sufficere quoad effectum huius Regulæ citationis infra sex menses impetrationem, sed insuper executionem & relationẽ, statuta enim debẽt declarari secundũ ius cõmune *leg. si serui C. de Noxal. Alex. cons. 125. col. pen. Alciat. in cap. cum cõtingat nu. 157. de Iureiur. Farin. decis. 165. nu. 2. part. 1. in Nouiss.* quod singulariter limita, nisi possessor mittat mandatum pro cura: quia illud æquipollet citationi executæ, & à die productionis illius incipiet annus currere ad prosequendum teste Mandosio *hic q. 73. quem vide vt & quæst. 35. nu. 10. & quæst. in fi. & quæst. 67.* vbi quærit quid citatio continere debeat, vt Regulæ satisfiat. 39 40 41

hh *Etiamsi lis sit inter alios*) Finge Titium possessorem annalem beneficij quod accepit à Meuio, cui lis erat mota nec eo viuo finita, an hic Meuius iuuetur beneficio huius Regulæ? Pro negatiua resoluit Rota apud Mohedan. *decis. 14. de caussa poss. & propr.* quia cum semper lis duret nec finiatur per sententiam executioni demandatam *Cassador. decis. 14. sup. Reg. num. 11.* beneficium dicitur infectum ad quemcumq; vadat: quod secus esset si aliquo possidente moueretur lis Inter alios; quia si possessor non fuisset citatus, efficeretur Annalis, & gauderet beneficio Regulæ. In triẽnali verò prædicta non haberent locũ: quia in casu supradicto gauderet possessor triennalis Regula de triẽnali, si ipse nunquam fuisset in lite, licet esset lis inter alios quando ipse incepit possidere. quia Reg. de Triennali extinguit lites antiquas vt ex illius textu patet. Rursus finge Titium resignatarium, non esse annalem, sed ipsius resignantem, an dictus Titius resignatarius vti possit exceptione huius Regulæ? Dubitationem mouet quod verba Regulæ sint in rem prolata, & per consequens beneficium potius quam personam concernat, & proinde videtur quod quilibet possidens beneficium tutus sit dispositione dictæ Regulæ: Hoc tamen non obstante verior est opinio negatiua, quam post Castad. *decis. 16. super Regulis* tenuit Flam. Paris. *de Resig.* 42

Resig. benef. lib. 3 q. 5. nu. 51. Nec obstat quod in contrarium allegatum est, quia negatur Regulam esse realem: nam etsi ad hoc videantur adesse coniecturæ, tamen attendendus est stylus *c. quam graui de crim. falsi Verall. decis. 331. part. 3.* secundum quem Regula est personalis, cum loquatur de possessore, & intelligenda eo durante.

I *De expreßione gradus & nobilitatis*) Hodie in quacumque impetratione siue per obitum, siue per resignationem, siue certo modo, siue sint prouisiones *perinde valere, si neutri*, & similes, huic primæ parti Regulæ derogari solet quoad scilicet expressionem gradus nobilitatis, & temporis, quo possedit is cuius beneficium impetratur. 43

K *A tempore datæ impetrationis*) Idem sentit Gomes. *quæstio. 67.* & Rebuff. *in praxi ad hanc Regul. gloss. 14.* quo in loco scribit Papam instante parte solere tempus istud sex mensium prorogare, dummodo tamen necdum sit elapsum, alioqui cessante prorogatione, si impetrans non vocauerit in iudicium Annalem possessorem, & à die citationis infra annum iudicium terminari non fecerit, intrabit dispositio huius Reg. quod & notat Illustriss. Cardin. Seraphinus *decis. 683. num. 2.* 44

L *Lapsum temporis*) Adde præsidem Eucrardi *in cons. 5. num. 10.* Ias. *in leg. 1. §. 1. numero 13. ff. si quis ius dic. non obtemp. & in leg. in substit. numero 16. ff. de Vulg. & Pupill. leg. si his Legatum 4. ff. de condition. & demonstration. in fine ibi hic articulus tunc extremi quinquennij tempus significat.* Flam. Paris. *de resig. benef. lib. 11. q. 2. nu. 15.* 45

M *A tempore citationis factæ*). Ac potius executæ, vt ante notaui, probatq; Mandos. *hic q. 72. nu. 3.*

N *Sed statim currit annus*) A die nimirum citationis executæ, etiamsi ante sex menses sit emissa: caussa enim dilationis attenditur, quâ finitâ, finitur dilatio, etiamsi totum tempus non sit elapsum *Castren. in leg. si quis hæres ita ff. de acqui hæredit.* nam caussa dilationis sex mensium fuit, vt interim possessor siue in Roman. Curia, siue extra eam existens, vocari possit, quo vocato, cessauit iam caussa dilationis, *Mandos. dicta quæstione 72. in fine.* 46

Quantum in se est) Sufficit enim quod non stet per eum quamuis

Tt 3 intra

intra annum sententia pronunciata non fuerit *Gonzalez ad Reg. 8. glo. 12. §. 1. nu. 17. arg. Clem. sicut de appell. & ibi DD. c. ex ratione & ibi DD. ex d. tit.* Sed quia plerumque caussa intra annum finiri non potest, vel intra sex menses dictari superuenientibus nimirum impedimentis, quæ contingunt vel partis facto, vel iudicijs, alijsue modis, de quibus Philipp. Franc. *in cap. ex ratione de appellatio.* ideò solent impetrantes à Papa derogationem etiam secundæ partis Regulæ impetrare, aut saltem obtinere prorogationem, protestando quod per ipsos non stet, vt hic subijcit noster, cui adde Rebuff. *in praxi ad hanc Reg. glo. 15.* Verùm aduertendum hic monet Mandos. *quæst. 76.* vt prorogationem à Papa impetrans sit infra sex menses ad citandum, vel infra annum ad caussam prosequendum, alioqui si id non exprimat, prorogatio ipsi non proderit: tunc enim non prorogatione, sed noua opus esset concessione, *arg. l. sed si manente ff. de Precario l. si cum dies in pr. ff. de arb. scilicet in Auth. Si tamen in fi. C. de Temp. appell. Boer. decis. 283. num. 11.* formulam porrò prorogationis obtinendæ à Papa vide apud Mandos. *d. quæst. 76. nu. 3.* 47

P *Non currit tempus illius Regulæ*) Sed an currat impetranti, si intra annum possessor citatus cessit beneficio, vel decessit? partem affirmatiuam tenet Rebuff. ad hanc Reg. *glo. 14.* vt scilicet non imputetur impetranti si non fuerit prosecutus vsque ad sententiam, si possessor conuentus cedat, vel is decedat, intra annum *per not. Cassad. decis. 16. ad hanc Reg.* quæ doctrina etiam obtinet in impetrante, qui ijsdem ex caussis intra sex menses possessorem ad iudicium euocauit *Idem Cassad. decis. 17. & d. decis. 16.* Aliud tamen videtur voluisse Gomes. *hic quæst. 62. vers. præterea*, quo in loco scribit impetrantem teneri intra annum à Regula præfixum, sententiam obtinere contra cessionarium, vel surrogatum, si quis detur, alioquin ex stylo curiæ procedetur per contradictas contra interesse putantes, quibus citatis validè in ipsos pronuntiatur. Nam cum hæc Reg. inquit, sit realis quilibet etiam centesimus possessor excipere contra impetrantem & illum sub prætextu non seruatæ Regulæ excludere poterit, & absolutoriam ab ipsius impetratione petere, *iuxta decis. 1. de re iud. in No. & c. fi. de iureiur.* satisque erit huic possessori, si prædecessor ipsius per annum possederit *iuxta d. decis. 1.* Itaque generaliter Reg. hæc amplianda est in omni successore, & tam actiuè, quam passiuè. vnde siue is qui per annum pacificè possedit moriatur, vel cedat, siue simpliciter, siue in fauorem, siue caussa permutationis, competit successori eadem exceptio, vt is qui impetrauit ex defectu iuris defuncti, vel cedentis, siue eo viuo, siue post cessum, vel decessum impetrauerit inquantum vult fundari in incapacitate, priuatione, vel defectu iuris dicti possessoris, teneatur ostendere se omnia in impetratione sua Papæ, vel Legati expressisse quæ requirit hæc Reg. alioquin non minus excludetur per quemuis successorem 48 49

successorem, quam per ipsummet Annalem possessorem si non cessisset, vel decessisset, vt notat Auctor Analyt. Comment. ad hanc Reg.

Q *Necessitatem important*) Adde textum in clem. exiui de paradiso col. 50
4. §. Idem ordo, ibi quod vbicumque ponitur in Reg, hoc vocabulum *teneatur* obtinet vim præcepti &c. de Verb. signif. l. Prator in pr. ff. de Eden. l. debet ff. Nautæ caup. stab. Rebuff. ad Concord. Rub. de Collat. §. 1. in verb. debeat. Sed an obtinens gratiam *Motus proprij* teneatur Regulam hanc obseruare? dubitationem mouet, quod Motus proprius tollit subreptiones, & facit subsistere gratiam, quæ alias corrueret *cap. si motu proprio de Præbend. in 6. Geminia in cap. si eo tempore vers. ego crederem de Rescript. in 6.* Eo tamen non obstante partem affirmatiuam tenet Mandos. *hic quæst. 49.* reiecta distinctione quam affert Gomes. *hic quæst. 10.* & benè: quia cum hæc Regula lata sit publicæ vtilitatis caussa, & ad fraudes, & lites repellendas, non censetur Papa huic Regulæ velle derogare per clausulam Motus proprij, quæ nihil operatur contra mentem verisimilem concedentis *Io. And. in d. c. si motu proprio Alex. consil. 205. lib. 7. Bellam. decis. 392. & decis. 474. Rota decis. 445. in Antiq. Feliij in c. in nostra de Rescript.* nec in his quorum Princeps non habet plenam notitiam, vt in circumstantijs de quibus in hac Regula, quæ sunt facti *Bald. in l. vlt. C. de crimin. Sacril. Feliij in cap. Caussam quæ de testib.*

51
52
53

R *De ista pæna 50. Ducat.*) Gomesius hic *quæst. 40.* rectè scribit pœnam hanc non esse in vsu, saltem vt pars victrix illam exigat. Nam hodie rei possessores sola condemnatione expensarum, & nullitatis impetrationis aduersarij, sunt contenti, cum absolutione ab illius impetitione; nisi dicamus Fiscum Romanum illam posse exigere coram Auditore Cameræ vel Caussæ, vt noster Glossographus hic subijcit. 54

S *In curia tamen*) Sed an Regula hæc locum obtineat extra Curiam corã Legato vel Ordinario? Placet opinio negantium: hoc potissimum argumento quod cesset in illis ratio quæ viget in Papa: cum illi præsumantur habere notitiam & cognitionem personarum, & vacationis beneficiorum, & quis illa possideat, & quamdiu possederit: atque ita difficilius fallitur Ordinarius, quam Papa circa administrationem suæ Iurisdictionis *arg. text. in cap. quosdam de Præsumptio. cap. irrefragabili de offic. ord. clem. 1. eod. Decius cons. 224. incip. in casu proposito, sub fi.* atque hanc opinionem multifariam secuta est Rota, præsertim quo-ad Ordinarium. nam in prouisione Legati Regulam habere locum contra Gomesium *hic quæst. 9.* existimat Mandos. *quæst. 50.* & Auctor Analyt. Comment. *hic nu. 115.* atque ita decisum fuisse in vna Colonien. Canonicatus *2. Iunij 1574.* testatur Illustriss. Card. Seraphinus *decis. 285. nu. 9.* & ratio est, quod eadem Regulæ ratio militet in Legato quæ in Papa: cum ille æque atque iste decipi

55
56

annum pacifica, ad excludendum impetrantes à Papa vel Legato, nisi forma huius Regulæ ad vnguem sit seruata: quam rursum ampliat dictus Auctor Analytici Comment. etiamsi possessor non percipiat fructus: puta, quia illo anno debetur hæredibus defuncti, vel fabricæ, vel Episcopo *iuxta not. cap. si propter de Rescript. in 6.* quod & probat Mandos. *ad hanc Regul. quæst. 31. num. 4.* & Gomes. *q. 47.*

An autem impetranti qui ignorabat aliquem esse annalem possessorem, obstet dispositio huius Regulæ? vide Mandos. *ad hanc Reg. quæst. 53.* vbi probat affirmatiuam & rectè: nam licet præscriptio in odium negligentis non currat nisi à tempore scientiæ, *cap, qua diuersitatem in fi. de concess. præbend. cap. licet de supplend. neg. prælat.* hoc tamen verum est, quando agitur de damno vitando, non lucro captando, *l. cui autem ff. de his quæ in fraud. cred.* quod latiùs ostendimus ad Regul. XXVIII. *supra in glo. verbi. cap. 1. de conces. præbend.* & proinde possessor contra eiusmodi ignorantem uti poterit exceptione huius Regulæ, etiam in quacumque instantia, *Cassad. decis. 12. nu. 1. sup. Reg. Farinacius decis. 601. nu. 1.* hæc enim Regula fauorabilis est, vt vult *Flam. Paris. de Resig. benef. lib. 3 quæst. 5. num. 18.* Denique aduerte possessori annali non suffragari hanc Regulam, quo minus pœnam impositam vitet ob non publicationem *per not. Flam. Paris. d. tract. lib. 11. q. 6. nu. 90.* 63 64 65

Z *Quod certo modo vacare prætendit*) Quanquam hæc Regula de Annali, loquatur de beneficio quod certo modo vacare prætenditur, & secundum aliquos debeamus intelligere de certo modo non expresso, & quando in impetratione dicitur propriè per ista verba tantum, *certo modo vacare*, nihilominus Rota tenet, vt habeat locum etiam in impetratione per obitum, vel per resignationem, vel alio modo expresso, quia & obitus & resignatio dicitur certus motus vacandi *Ita Crescentius dec. 11. de Renunciat.* 66

Argumenta Reg. XXXIII. INNOCENTII VIII. *quæ est* XXXV. PAVLI. V.

1. Beneficium sine Canonica institutione obtineri nequit.
2. Hæc Reg. locum tantum habet in personis quæ sunt alias habiles ad beneficia.
3. Dipositio huius Reg. cessat in spurijs, & alijs personis minus habilibus, & nu. 41. 50.
4. Origo possessionis attenditur quoad effectum huius Regulæ.
5. Non est recedendum à verbis Constitutionis, etiam exorbitantis.
6. Hæc Regula cessaret, si quis electus sine confirmatione possideret: Item si sine

si sine prouisione vigore acceptationis possideret.

7. Per electionem non acquiritur ius in re, sed ad rem, & nu. 60.

8. Appellatione electionis intelligitur de confirmata, vel de ea quæ requirit confirmationem.

9. Hæc Reg. locum obtinet etiam in electionibus, quæ confirmationem non requirunt.

10. Triennium de quo in hac Reg. debet esse continuum.

11. Dictio *Per* denotat continuationem omnimodam.

12. Possessio pacifica qualiter intelligatur quoad hanc Regulam, & nu. 63.

13. An is qui possidet fructus, cui alioqui Lis mota est, dicatur pacificè possidere; & quid si non moueatur lis, sed possidet fructus.

14. Reseruatio generalis in corpore iuris clausa vna tantum reperitur.

15. Collatio beneficij deuoluti per aliũ quam Papam facta, nulla est.

16. Deuolutio non includit reseruationem generalem.

17 Beneficium licet sit deuolutum, vniri tamen potest per Epicopum.

18. Possessio beneficij triennalis, defendit possidentem quoad possessionem, non quoad titulum.

19. Possessio beneficij, an det titulum in beneficio.

20. Confirmatio Papæ ex certa scientia, id quod alias à principio erat nullũ, validum, & firmum redditur, & nu. 76.

21. Intrusus quis dicatur.

22. Habens Canonicum titulum, etiamsi violenter ingrediatur possessionem non dicirur intrusus.

23. Interpretatio verborum Regulæ *Antiquas lites penitus extinguentes &c.*

24. Pendere non dicitur, cui renunciatum est.

25. Lis finita nõ dicitur, nisi per sentẽtiã, quod limitavt hic infra & nu. 34 in fi.

26. Citatione factâ, debet quolibet anno renouari per aliquem actum.

27. Regula hæc an habeat locum in impetratione facta post pacif. trien. possessionem, siue in forma iuris, siue per vacationem ipso facto de cõmissis ante triennium.

28. An exceptio huius Reg. obstet Impetranti ob non solutionem mediæ Annatæ.

29. Regula ista locum habet in priuato ipso iure, vel per sententiam.

30. Carens titulo, non dicitur intrusus, quoad effectum huius Regulæ.

31. Ista Regula licet defendat possessionem, non tamen inducit titulum & num. 72.

32. Beneficium Ecclesiasticũ potest quis detinere etiam sine institutione canonica quo-ad effectum huius Regulæ.

33. Alia interpretatio verborũ huius Reg. *Antiquas lites &c.*

34. Qui dolo desijt possidere lite pendente potest semper conueniri.

35. Exceptio firmat Regulam.

36. Excommunicatus possidens triennio ex titulo colorato iuuatur beneficio huius Reg.

37. Excommunicatus possidet iuuaturq; hac Reg.

38. Secus erit, si spolietur.

39. Hæreticus possidet nec repellitur beneficio huius Regulæ, num. 8. contra num. 81.

40. Defensio non tollitur excommunicato.

41. Spurius, homicida, & quicumq; alias inhabilis

75. Duobus modis conferuntur beneficia deuoluta.
76. An ſicut Ordinarijs ita etiam Legatis & Nuncijs currat ſemeſtre ad conferendum beneficia deuoluta?
77. Legatus à latere concurrit ſicut & Papa cum omnibus Ordinarijs in collatione beneficiorum: eſtq; inter eos locus præuentioni.
78. Hæc Regula defendit tantum poſſeſſorem etiam malè fidei quoad poſſeſſionem, non quoad titulum.
79. Hæc Reg. non extenditur ad petitorium.
80. Diſpoſitio huius Reg. non afficit ordinarium.
81. Poſſeſsio triennalis an acquirat titulum poſsidenti: & an defendat execrabilem contra tertium?
82. Effectus Confirmationis Papalis qui ſint.
83. Intruſus ad effectum huius Regulæ quis dicatur.
84. Intruſus in beneficio licet ſit bonę fidei, an beneficia ſpectantia ad illius collationem conferre poſsit?
85. An hæreticus defendatur ope huius Regulæ?
Aduerſus intruſos extat Conſtitutio PII IV. decernens ſequeſtrum, Ibid.
86. Simoniacus an audiatur in poſſeſſorio iudicio? & quid in Simoniaco ignorante, an iuuetur beneficio huius Regulæ?
87. Interpretatio verborum Antiquas lites &c: remiſsiuè.
88. Coloratus titulus quomodo hic conſideretur.
An titulus prædeceſſoris transferatur in ſucceſſorem quoad triẽnalem poſſeſsionem.
89. Caſus in quibus quis nec coloratum titulum habere dicatur.
90. Hæc Regula contenta eſt titulo præſumpto.
91. Nec cogit execrabilem prodere ſuam diſpenſationem.
92. Titulus inualidus non dat colorem.
93. Vitioſus ingreſſus dari non debet in beneficialibus: admittitur tamen inualidus titulus quoad diſpoſitionem huius Regulæ.
94. An hæc Regula loquatur de perſonis habilibus?
95. An Regula iſta locum habeat in Commendatarijs?

Regula XXXIII. INNOCENTII *VIII.* *quæ eſt XXXV.* PAVLI V.

DE TRIENNALI POSSESSORE.

ITem, ſtatuit, & ordinauit idem D. N. quod ſi quicumque Eccleſiaſtica beneficia qualiacumque ſint abſque Simoniaco ingreſſu * ex Apoſtolica vel ordinaria collatione aut electione, & electionis

electionis huiusmodi confirmatione seu præsentatione & institutione illorum ad quos beneficiorum huiusmodi collatio & prouisio, electio, præsentatio, seu quæuis alia dispositio pertinet, per triennium pacificè possederint (dummodo in beneficijs huiusmodi si dispositioni Apostolicæ ex aliqua reseruatione generali in corpore iuris clausa reseruata fuerint, se non intruserint) super eisdem beneficijs taliter possessis nequeant molestari, necnon impetrationes quaslibet de beneficijs ipsis sic possessis factas, irritas & inanes censeri debere decreuit, antiquas lites super illis motas penitus extinguendo.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *HAec regula est notabilis & quotidie practicatur: & dicit quod possidens beneficium pacificè per triennium, ex collatione illius ad quem pertinet beneficiorum collatio &c: dummodo non habuerit ingressum Simoniacum, vel beneficium non sit reseruatum in iure, quod amplius super illo non posset molestari, & quod impetrationes facta de illo beneficio tanquam de vacanti sunt nulla, & extinguit lites antiquas &c: h. d.*

Sed quia sapè & sapius dubitaui de extrema parte istius Regula videtur mihi quod alij minores me debeant dubitare, ideò primò dicam aliqua puerilia pro curialibus, quia cum de iure non potest aliquod beneficium obtineri sine canonica institutione c. I. de de reg. iur. lib. VI. *sequitur quod etiamsi vnus habeat beneficium per mille annos, si tamen non habeat canonicum titulum semper possum illud beneficium impetrare, tamen ista regula dicit contrarium, saltem post triennium. Secundo dico quod licet de iure canonico non perit instantia* c. penul. de iud. *tamen videtur hic quod triennio pereat instantia, & etiam ius principale.* 1

Et antequam veniam ad intellectum huius Regula, declarabo aliqua vocabula, Primo B *dicitur hic*: si quicumque Ecclesiastica beneficia &c: *& dico quod debeat intelligi de habilibus, aptas ad possidendum, quia iura loquentia de personis intelliguntur de idoneis* l. vt gradatim ff. de muner. & honor. et c. eunuchus I v. di. & glos. in C l. I. C. de Sac. sanc. eccle. *Ideò dico quod si Laicus possideret, vel spurius, vel mulier, quod non habet locum ista regula per prædicta.* 2 3

D *Item ibi*, absque simoniaco ingressu &c: *Ex quo sequitur, quod si vnus à principio habuit possessionem ex collatione ordinarij alicuius beneficij reseruati, & tamen lapso aliquo tempore fuit visum quod erat reseruatum, & commisit simoniam cum illo qui impetrauerat, quod etiam tunc locum haberet ista regula per illud verbum hic positum: quia à principio non habuit ingressum simoniacum,* 4

ergò si postea habuit cum simonia, non potest amplius impetrari: quia non est recedendum à verbis constitutionis, etiam exorbitantis arg. l. non aliter ff. de leg. III. & l.
de pretio ff. de public. & sic audio fuisse sententiatum in Rota: ita quod post trien- 5
nium fuit cassata impetratio facta ab alio tertio in Hispania.

Item hic dicitur, & electionis huiusmodi confirmatione &c: ex quo
sequitur, quod ista regula non haberet locum si quis tantum ex electione, vel confirma- 6
tione possideret, & idem dicerem, si sine prouisione vigore acceptationis possideret vt cap.
fi. de concess. præben. lib. VI. & ratio est, quia per electionem non acquiritur ius in 7
re, sed ad rem, vt vult gl. not. in clem. I. in verbo colla. vt lite pend. licet glos. in
c. quanto LXIII. dist. velit contrarium, quod Sicu. tenet, vt arbitror in c. nobis de iure pa. sed veritas est ista, quod per confirmationem electionis acquiritur ius in beneficio
electo, & appellatione electionis simpliciter prolata intelligitur de confirmata, vel de ea 8
quæ requirit confirmationem propriè sumpto vocabulo, vt dicit glos. sing. in verb. electioni in cle. quia cõtingit de Relig. dom. quam not. ibi Card. & infert ex ea vnum aliud bonum dictum. sed si volumus tenere illud quod dicit Abb. corroboratur per illud quod dicit Oldr. consil. CXLVI. quod posui in tit. de elect. & de concess. præbend. quod incipit Factum est tale, debet intelligi de electione impropriè sumpta, quæ non requirit confirmationem, sed statim electus potest administrare, vt sunt aliquæ præbendæ electiuæ per cap. vt in eccles. Zamorum & istæ tales non sunt propriè electiuæ, per dictam glos. & per illud quod dicit ibi Card. in d. cle. quia contingit: tamen in Rota vidi sententiari per Ant. de Grassis contrarium, sed ista est veritas; & in istis dicitur potius collatio, quam electio, & sic loquitur Old. in dicto suo consilio. Ex quo infero, quod in illis talibus beneficijs etiam ex sola electione, siue confirmatione, habeat 9
E locum ista regula, quia illa electio habetur pro collatione, ergò &c: facit glo. in cap. si
postquam de elect. lib. VI. & in c. I. de tempor. ord. c. I.

Item inquantum ista regula dicit, per triennium &c: debet intelligi de triennio con-
F tinuo. Itaq; si per vnum diem tantum infra triennium non possidebat, non habet locum 10
priuilegium huius regulæ: quia dictio Per denotat continuationem omnimodam l. vrba- 11
na §. pernoctare ff. de verb. sig. & ad hoc facit l. si qui ita ff. de condi. instit & quod ibi dicit Bald. qui dicit de dictione per iuncta tempori, quod tempus continuum esse significat.

G Item inquantum hic dicitur pacificè, debet intelligi, id est si non fuit sibi mota lis, vt
dicit gl. in cle. I. de sequestr. pos. & fru. in verbo ante, & non expono pacificè, id 12
est iuridicè vt dicit gl. in c. placuit XVI. quæst. 6 qua de re dixi supra regula
proxima, & sic practicatur, quod licet quis possideat, & habeat fructus, tamen si lis est 13
sibi mota, non dicatur pacificè possidere; idem dico si non moueatur sibi lis, sed non possidet maiorem partem fructuum; tunc non dicitur pacificè possidere, vt vult gl. in cap. commissa de elect. lib. VI. & aliqui Doct. in c. constitutus II. de Appel. Inde dicit Bellamera in d. cle. quod si vnus molestatur super perceptione fructuum, tamen
possidet

possidet ipse maiorem partem, quod dicitur pacificè possidere, pro quo facit glo. in d. cap. commissa, *& in hoc vt non dicatur pacificè possidere, satis est quod fuit sibi lis mo-*
H *ta per vnum, vel quod molestatur ab vno, vt non percipiat maiorem partem fructuum, etiam quoad alios qui non molestauerunt.* arg. l naturaliter de vsucap. *licet videatur contra l. fin. c. de rei vendic. & facit pro & contra. vt dicunt Doct. maximè Anton. & Sicu.* in c. illud. de præsumpt. *de quo aliquid dixi supra regula proxima.*

Item in quantum hic dicitur ex aliqua resignatione generali in corpore iuris clausa &c: *hic videtur quod aut Compilatores huius regulæ, & etiam tempore* Sixti, *&* Pauli *errauerũt, aut ego sim bubulus. nam* XXIII. *annis volui & reuolui ius canonicum, & ciuile, quorum* XXII. *practicaui in curia, & legi hic quinq; , & in partibus tribus: tamen nunquam reperi reseruationem in corpore iuris clausam, nisi vnicam tantum, videlicet in vacantibus in Curia: & hoc casu Curia extenditur ad duas dietas* c. 14
I II. & c. præsenti de præb. lib. VI.

Sed si hoc esset verum, quare dicitur hic, & ex aliqua reseruatione? &c: *Ideò credo quod sicut vnus fecit à principio, sic omnes alij secuti sunt nunc eum: & suffecisset dicere* dummodo in curia non vacauerint: *nisi velis dicere, quod est alia reseruatio in corpore iuris clausa: videlicet. quando est beneficium deuolutum ad*
K *Papam, de quo lapso tempore nullus potest se intromittere, & si conferat, nihil valet* c. 15
licet. de sup. neg. præl. & glo. ibi, & in c. II. de concess. præb. *Item quando Ecclesia inferior est subiecta Papæ: quia tunc eius collatio pertinet Papæ* c. fi. de renunt. secundum aliquos; *sed istæ non dicuntur reseruationes generales, sed quædam collatio particularis, nec Cancellaria vtitur istis reseruationibus. cogitandum tamen est quod licet* 16
beneficium sit deuolutum, tamen potest vniri per Episcopum, vt in c. sicut de supp. neg. 17
prælat. secundum Fœder. de Senis in suo cons. *licet glos. & Domi.* in c. si tibi absenti de præb. lib. VI. *dicant contrarium. Item potest conferri per Legatum* glos. in cle. si de beneficio de præb. & in c. I. de off. leg. lib. VI. *Item per executorem* vt in d. cle. Item c. si. de renunt. *non facit ad casum: quia ibi pertinebat iure speciali, scilicet quia Papa sibi concessit priuilegium: tamen vnus magnus Abbreuiator dixit mihi, illum casum pro singulari quod illa erat reseruatio generalis, sed certè non est reseruatio, sed collatio ordinaria, & ita dixit mihi Nicolaus de Castello qui tenet opinionem illam quod non sit nisi vnica reseruatio, & quod fuit error Abbreuiatorum.*

Item dicitur hic, quod de beneficijs taliter possessis nequeant molestari &c: *ex isto textu dicunt Domini de Rota viuentes nunc, quod ista regula tantum defendit possidentem triennio pacificè à possessione tantum, & non à proprietate, & ad hoc* 18
allegat glo not. in c contingit, de dolo & contum, *ex qua notat. ibi Sicu. quod si quis possideat beneficium per* X. *annos inter præsentes, quod amplius potest se defendere à Domino illius beneficij, licet ipse non efficiatur beneficiatus quoad proprietatem. Item ad hoc allegatur dictum Inno.* in c. I. de offic. Vica. & in c. fin. de sup. neg. prælat. *&*
allegauit

ergò si postea habuit cum simonia, non potest amplius impetrari: quia non est recedendum à verbis constitutionis, etiam exorbitantis arg. l. non aliter ff. de leg. III. & l. de pretio ff. de public. *& sic audio fuisse sententiatum in Rota: ita quod post triennium fuit cassata impetratio facta ab alio tertio in Hispania.* 5

Item hic dicitur, & electionis huiusmodi confirmatione &c: *ex quo sequitur, quod ista regula non haberet locum si quis tantum ex electione, vel confirmatione possideret, & idem dicerem, si sine prouisione vigore acceptationis possideret* vt cap. 6
fi. de concess. præben. lib. VI. *& ratio est, quia per electionem non acquiritur ius in re, sed ad rem, vt vult* gl. not. in clem. I. in verbo colla. vt lite pend. *licet glos.* in c. quanto LXIII. dist. *velut contrarium, quod Sicu. tenet, vt arbitror* in c. nobis de iure pa. *sed veritas est ista, quod per confirmationem electionis acquiritur ius in beneficio electo, & appellatione electionis simpliciter prolata intelligitur de confirmata, vel de ea* 7
qua requirit confirmationem propriè sumpto vocabulo, vt dicit glos. sing. in verb. electioni in cle. quia cōtingit de Relig. dom. *quam not. ibi Card. & infert ex ea vnum aliud bonum dictum. sed si volumus tenere illud quod dicit Abb. corroboratur per illud quod dicit* Oldr. consil. CXLVI. *quod posui in tit. de elect. & de concess. prabend. quod incipit Factum est tale, debet intelligi de electione impropriè sumpta, qua non requirit confirmationem, sed statim electus potest administrare, vt sunt aliqua prabenda electiua* per cap. vt in ecclesi. Zamorum *& ista tales non sunt propriè electiua,* per dictam glos. & per illud quod dicit ibi Card. in d. cle. quia contingit: tamen in Rota vidi sententiari per Ant. de Grasis contrarium, sed ista est veritas; *& in istis dicitur potius collatio, quam electio, & sic loquitur Old. in dicto suo consilio. Ex quo infero, quod in illis talibus beneficijs etiam ex sola electione, siue confirmatione, habeat* 8
E *locum ista regula, quia illa electio habetur pro collatione, ergò &c:* facit glo. in cap. si postquam de elect. lib. VI. & in c. I. de tempor. ord. c. I. 9

Item inquantum ista regula dicit, per triennium *&c: debet intelligi de triennio continuo.*
F *tinuo. Itaq; si per vnum diem tantum infra triennium non possidebat, non habet locum* 10
priuilegium huius regula: quia dictio Per *denotat continuationem omnimodam* l. vrbana §. pernoctare ff. de verb. sig. & ad hoc facit l. si qui ita ff. de condi. instit *& quod ibi dicit Bald. qui dicit de dictione* per *iuncta tempori, quod tempus continuum esse significat.* 11

G *Item inquantum hic dicitur* pacificè, *debet intelligi, id est si non fuit sibi mota lis,* vt dicit gl. in cle. I. de sequestr. pos. & fru. in verbo ante, *& non expono pacificè, id est iuridicè* vt dicit gl. in c. placuit XVI. quæst. 6 qua de re dixi supra regula proxima, *& sic practicatur, quod licet quis possideat, & habeat fructus, tamen si lis est sibi mota, non dicatur pacificè possidere; idem dico si non moueatur sibi lis, sed non possidet maiorem partem fructuum; tunc non dicitur pacificè possidere,* vt vult gl. in cap. commissa de elect. lib. VI. & aliqui Doct. in c. constitutus II. de Appel. *Inde dicit Bellamera* in d. cle. *quod si vnus molestatur super perceptione fructuum, tamen* 12 13

possidet

possidet ipse maiorem partem, quod dicitur pacificè possidere, pro quo facit glo. in d. cap. commissa, *& in hoc vt non dicatur pacificè possidere, satis est quod fuit sibi lis mo-*
H *ta per vnum, vel quod molestatur ab vno, vt non percipiat maiorem partem fructuum, etiam quoad alios qui non molestauerunt.* arg. l naturaliter de vsucap. *licet videatur contra l. fin. c. de rei vendic. & facit pro & contra. vt dicunt Doct. maximè Anton. & Sicu.* in c. illud. de præsumpt. *de quo aliquid dixi supra regula proxima.*

Item in quantum hic dicitur ex aliqua resignatione generali in corpore iuris clausa &c: *hic videtur quod aut Compilatores huius regulæ, & etiam tempore* Sixti, *&* Pauli *errauerūt, aut ego sum bubulus. nam* XXIII. *annis volui & reuolui ius canonicum, & ciuile, quorum* XXII. *practicaui in curia, & legi hic quinq;, & in partibus tribus: tamen nunquam reperi reseruationem in corpore iuris clausam, nisi vnicam tantum, videlicet in vacantibus in Curia: & hoc casu Curia extenditur ad duas dietas* c. 14
I II. & c. præsenti de præb. lib. VI.

Sed si hoc esset verum, quare dicitur hic, & ex aliqua reseruatione? &c: *Ideò credo quod sicut vnus fecit à principio, sic omnes alij secuti sunt nunc eum: & suffecisset dicere* dummodo in curia non vacauerint: *nisi velis dicere, quod est alia reseruatio in corpore iuris clausa: videlicet. quando est beneficium deuolutum ad*
K *Papam, de quo lapso tempore nullus potest se intromittere, & si conferat, nihil valet* c. 15
licet. de sup. neg. præl. & glo. ibi, & in c. II. de concess. præb. *Item quando Ecclesia inferior est subiecta Papæ: quia tunc eius collatio pertinet Papæ* c. si. de renunt. secundum aliquos; *sed istæ non dicuntur reseruationes generales, sed quædam collatio particularis, nec Cancellaria vtitur istis reseruationibus. cogitandum tamen est quod licet* 16
beneficium sit deuolutum, tamen potest vniri per Episcopum, vt in c. sicut de supp. neg. 17
prælat. secundum Fœder. de Senis in suo cons. *licet glos. & Domi.* in c. si tibi absenti de præb. lib. VI. *dicant contrarium. Item potest conferri per Legatum* glos. in cle. si de beneficio de præb. & in c. I. de off. leg. lib. VI. *Item per executorem* vt in d. cle. Item c. si. de renunt. *non facit ad casum: quia ibi pertinebat iure speciali, scilicet quia Papa sibi concessit priuilegium: tamen vnus magnus Abbreuiator dixit mihi, illum casum pro singulari quod illa erat reseruatio generalis, sed certè non est reseruatio, sed collatio ordinaria, & ita dixit mihi Nicolaus de Castello qui tenet opinionem illam quod non sit nisi vnica reseruatio, & quod fuit error Abbreuiatorum.*

Item dicitur hic, quod de beneficijs taliter possessis nequeant molestari &c: *ex isto textu dicunt Domini de Rota viuentes nunc, quod ista regula tantum defendit possidentem triennio pacificè à possessione tantum, & non à proprietate, & ad hoc* 18
allegat glo not. in c contingit, de dolo & contum, *ex qua notat. ibi Sicu. quod si quis possideat beneficium per* X. *annos inter præsentes, quod amplius potest se defendere à Domino illius beneficij, licet ipse non efficiatur beneficiatus quoad proprietatem. Item ad hoc allegatur dictum Inno.* in c. I. de offic. Vica. & in c. fin. de sup. neg. prælat. *&*

allegauit

allegauit mihi hoc vnus Auditor, qui habebatur de maioribus in iure canonico & ciuili, & dixit mihi quod habuit ista constitutio ortum à quadam constitutione facta in concilio Constantien. quæ fuit approbata in concilio Basilien. & sic volunt Domini de Rota: quia 19
ista regula non dat titulum, & sic sententiauit Villadiego de consilio Dominorum Auditorum suorum, contra Benedictum cubilarium Papæ, de mense Februarij anno lxxix. qui ceciderat à possessione cuiusdam monasterij &c: & ego tenebam quod ista regula daret titulum: & ad hoc allegabam c. cura de iure Patron. vbi apparet quod etiam quoad titulum videtur quis habere ius, si bona fide possidet, & hoc vult dicere glo. in cap. si possessiones XVI. q. III. ibi, vel dic &c. & ad hoc facit etiam glo. in d. cap. cura quam not. ibi Sicul. & optima glos. in prima solutione ad dictum c. cura XVI. q. VII. in c. si quis deinceps. Item ad prædicta allego. c. si à Sede de præb. lib. VI. vbi cæteris paribus, etiam in beneficialibus possessio dat titulũ, & facit quod dicit ibi Ioan. de Imol, licet domi videatur claudicare. Item ad hoc facit quod dicit Bald. & dicit esse singulare in l. quamuis C. de fideicommiss. in I. colum. vbi dicit quod ea quæ tendunt ad perfectionem mandati, tacitè includuntur: & ex hoc colligit ibi quod cum vnum conceditur, videtur & aliud concedi quod sequitur ad illud: & concordat ff. de seruitut. vrb. præd. leg. seruitutes §. si domo. & ex hoc consului in Curia, quod si Papa mandat aliquem non molestari super fructibus & possessione alicuius beneficij, quod per hoc videtur adiudicasse sibi beneficium, & sic sententiauit Rota in vna caussa de Vallado in portugalia: & pronuntiauit Gaspar auditor.

Sed mandat Papa hic ipsum non molestari qui possedit triennio, ergò videtur sibi dare ius percipiendi fructus: sed ius percipiendi licitè fructus est ipse titulus, ergò &c: per
N prædictam legem: ex quo sequitur quod si iste esset spoliatus posset petere restitutionem, etiamsi obijceretur sibi quod non habet titulum: quia ipse posset dicere quod habet ex hac regula vt dixi. Tamen posset ad hoc responderi, quod quoad possessionem beneficij posset restitui. Sed tunc ego replicarem d. c. I. de eo qui mit. in pos. lib. VI. & de hoc addo hic ea quæ dixi superius in XV. regula in III. prærogatiua: & decisionem huius dubij relinquo dictis Dominis: quia posset dici mihi, quod ista regula requireret titulum præcedentem, ergò &c: dicerem quod etiamsi titulus esset inualidus primus, tamen hic validatur: ergò sequitur quod est nouus titulus, etiam quo ad iudicialia & quoad Deum: quia licet confirmatio non faciat firmum, nisi quod alias est legitimum, tamen si Papa 20
O facit ex certa scientia, tunc videtur quod nullum erat à pincipio facere firmum, vt dicit gl. notab. in c. placuit in fin. XXI. q. VI. & sic est in casu nostro, & sic credo verius salua authoritate Sedis Apostolicæ: nam si contrarium esset verum, daretur materia spoliandi possessores &c.

P Item in quantum hic dicitur dummodo se non intruserint &c: debet intelligi isto modo, quia licet alias de iure non dicatur intrusus etiam qui per vim intrat pos- 21
sessionem alicuius beneficij, si alias habet titulum ad illud beneficium, tamen quando beneficium est reseruatum generaliter, vt hic, licet habeat titulum, censetur intrusus, facit quod

quod not. Domi. in c. eum qui de præb. lib. VI. vbi dicit quod habens canonicum titulum, etiamsi violenter ingrediatur beneficium non dicitur intrusus: sed quando est beneficium reseruatum non censetur habere titulum, ergò &c: Item inquantum hic irritantur impetrationes factæ de dictis beneficijs sic possessis, sequitur vnus intellectus ad verba sequentia ibi, antiquas lites penitus extinguentes &c: vt sit sensus: quod si vnus possideret etiam ante istam regulam triennio aliquod beneficium pacificè, & si post triennium vnus alius impetret illud, quod non valeat impetratio, & si postea fuerit mota lis etiam ante istam Regulam, quod exstinguitur ista lis antiqua, & isto modo potest intelligi ista Regula: videlicet, quod etiamsi impetratio sit facta ante triennalem possessionem pacificam, quod nihil valet, & etiam quod exstinguit lites antiquas super hoc. 22 23

Sed certè super hoc vltimo dubitaui quid vult dicere antiquas lites penitus exstinguendo &c: & consului Doctores doctos & ipsi intelligebant prout intellexi: & ego sic intelligo, videlicet quod si vnus possidet vnum beneficium, & tu citas eum super eodem beneficio, & tamen ipse postea percepit fructus pacificè per triennium, & tu per totum triennium nihil facis contra eum, quod ipse dicitur pacificè possidere, non obstante illa lite antiqua mota ante triennium; quia illam exstinguit Papa. & hoc vult dicere apertè ista littera, & quod hoc sit verum hoc fundo: quia quando tu non prosequeris litem per te motam, videris habere eam pro derelicta: & ideò non dicitur iam lis pendere, vt dicit glos. notab. in verbo prosequatur in clem. I. vt lite pendente & illam alleg. decis. Rotæ CCCCXV. quæ incipit Item si lite pendente & tamen illa eadem decisio dicit, quod nunquam lis finitur in curia nisi per sententiam. Ideò Rota practicat hodie contra istum intellectum meum, propter illam decisionem, etiamsi duret lis per mille annos. sed supra in XXVII. regula de surrogatione dixi contra illam decis. & allegaui dictam cle. I. et c. I. de lit. contest. lib VI. & alia iura. & concludo hic prout ibi dixi, & illa glo. debet intelligi, quando vnus renuntiat liti: quia quoad eum non dicitur lis pendere l. postquam liti C. de pact. vel alias ex coniecturis apparet, quod non vult prosequi, quod relinquitur arbitrio iudicantis vt not. gl. in l. fulcimus §. I. ff. ex quibus causs. in pos. eatur. & facit c. non solum XI. quæst. III. & cap. quem progenitores XX. q. I. & c. dilecti. de ap. & ista præsumptio est propter illud triennium quod dicit ista Regula, puta si infra triennium non fuit citatus ad aliquem actum, & etiam loquitur ista Regula quoad caussas futuras post regulam, per l. leges C. de legi. & ad caussas præteritas per verbum possederit hic positum, & potest referri ad præteritum subiunctiui, & ad futurum iuxta glo. in c. II. de constit. lib. V. & c. I. de cler. non resi. lib. VI. & quia lex semper loquitur, l. Arriani C. de hæret. sequitur quod etiã potest dici antiqua lis etiã post Regulã. Et dicitur pacificè possidere iste ante trienniũ citatus, sed infra trienniũ non, per istam Regulã, si habeat fructus pacificè, & quod dico hic refero ad Regulã XXVII. supra loquẽtem de surrogatione: & illud quod dixi ibi refero hic caussa breuitatis, & sic pro isto intellectu meo, vidi quod Anton. de Casarellis 24 25

maximus aduocatus tenuit, & consuluit, & allegauit vt per Bal. in l. si sit §.1. ff. de leg. I. & in l. Titius ff. de act. empt. & vend. *Rota tamen prosequendo stylum suum tenet contrarium: quia in caussa mea allegaui hoc, & non profuit. Ideò est hodie inter Curiales receptum, quod si citas vnum semper in quolibet anno, facias aliquem actum vel infra triennium & sic fit hodie.* 26

Et ex prædictis tollitur vnum dubium curiosorum, quod si vnus tempore Sixti *possedit duobus annis, & vndecim mensibus pacificè, & tempore* Innocentij *alio mense, postquam facta est illa Regula, vel ante, quod sit tutus, licet regula* Sixti *sit mortua, tamen quia ista refertur ad præterita, etiam ista regula tuetur eum, vt supra dixi.*

Item ista regula posset habere locum in impetratione facta post pacificam possessionem triennalem, siue in forma iuris, siue per vacationem ipso facto de commissis ante triennium ex quo indistinctè loquitur: tamen melius est dicere de secundo modo, & non in forma iuris: quia tunc non esset caussa beneficialis vt dicit glo. in c. II. vt lite pendente lib. VI. 27

Vidi tamen dubitari si vnus possedit beneficium sex annis, & ego impetro illud, quia non soluit mediam annatam, & secundum bullam Pij *est priuatus ipso facto, & ex primo per quot annos possederit, secundum regulam supra proximam, tamen non peto derogari huic Regulæ, an potest postea mihi opponi de hac regula? & crederem quod non: quia Papa videtur ibi facilè derogare* arg. c. I. de constitut. lib. VI. & eorum quæ notantur maximè per Bartol. in l. si quis in principio testamenti ff. de leg. III. & per Doctor. in cap. I. de excess. præla. lib. VI. *maximè quia non est ibi clausula derogatoria: tamen ad cautelam semper ponitur in supplicatione*, & cum derogatione &c. 28

Et per hoc infero, quod hæc Regula habeat locum in priuato ipso iure, vel per sententiam argum. l. in rebus §. fin. cum l. sed si manente quæ sequitur ff. de precarijs *& credo quod habet locum ista Regula etiam contra iudicem* arg. cap. conquerente de restitut. spoliat. *& ad prædicta facit, quia etiamsi iste careat titulo, tamen non dicitur intrusus, ex quo continuat suam primam possessionem, quam habebat per dicta iura & hoc vult ista Regula considerans initium ingressus.* & facit cap. cum qui, in princip. & quod ibi notat Dominic. de præbend. lib. VI. *maximè, quia ista Regula non dat titulum secundum Dominos de Rota, sed tantum defendit possessorem, & sic respondeo ad cap. I.* de reg. iur. lib. VI. *quæ dicit quod nemo potest beneficium obtinere sine institutione, sed non dicit quod non possit possidere. facit quod dicit Abbas* in cap. litteris de restit. spol. *sed tenendo intellectum quem tenet Rota, nescio quid est dicere secundum dominos Auditores,* antiquas lites penitus exstinguendo? *licet interrogauerim aliquos ex eis, & si aliquis dixerit antiquas lites, quæ durauerunt per decem annos ante illud triennium, vt in simili dicit glo.* in cle. I. de reb. eccle. & in l. fi. ff. si ager vecti vel emphy. pe. *dico quod ista regula est vna truffa: quia tunc etiam obstaret d. decisio Rotæ, quæ dicit quod nunquam exstinguitur lis, nisi per sententiam in Curia; & intantum* 29 30 31 32 33

intantum aliqui volunt sequi illam decis. quod etiam si viderint clarè istam Regulam finire lites, tamen volunt potius stare decisioni Rotæ, quam decisioni Papæ. & ideò videtur sibi, quod esset dicere contra veritatem boni tamen, vel Doctores contrarium credunt, & intelligunt aliqui alij antiquas lites, *scilicet cum antecessore, secus cum isto nouo possessore, ita dixit mihi Iac. de Rizonib. Abbreuiator de maiori parco bonus iurista, sed nihil allegauit, ideò &c: sed quia ex quo desijt iste possidere lite pendente, præsumitur quod successor sit dolosus & intrusus* ar. c. quia C. de iudic. & c. sæpe de rest. spol. & c. I. de alie mut. iud. & c. significauit de rescript. *& ille qui desiit dolo possidere lite pen. potest semper conueniri, & sententia lata contra eum præiudicaret successori per prædicta iura, & per multa alia, & sic practicatur. Item postea consului dominum Nicol. de Castello & respondit mihi quod nesciebat intelligere aliter quam ego hic dico, & remisit me ad D. Antonium de Eugulo antiquum procuratorem, qui dixit mihi quod in hoc ipse habuit sententiam contra, sicut ego in caussa mea, & quod ista Regula non est in hoc intelligibilis, & quod illi qui composuerunt, etiam non intellexerunt & quod deberent vocari Aduocati & procuratores & Auditores quando componuntur Regulæ, tamen nolunt maiores &c: ideò dico, ex quo obscurè loquitur ista Regula in hoc perinde habetur atque si non fuisset condita* l. de ætate. §. nihil ff. de interog. act. *ego tamen sic intelligo sicut dixi: tamen Rota contrarium practicat: puto tamen propter prærogatiuam Curiæ, quod saluetur dicta decisio saltem in lite pen. in curia, scilicet quod non finiatur lis, nisi per sententiam, vt dicit decis. prædicta: sed extra curiam ad minus seruaretur illud quod dixi: ex quo omnes literati sic intelligunt: sed non seruatur nisi indistinctè & male &c:* 34

Vltimo dico ponderãdo hæc verba istius regulæ: nam hic non requiritur aliud ad eius verificationem, nisi titulus coloratus & possessio &c: expiuntur tantum duo casus, ergo sequitur quod in alijs ista regula est firma, nam exceptio firmat regulam & vltra iura vulgaria allego ad hoc c. licet in fi. de elec. & c. II. in prin. & in fin. de coniug. lepro. *ex quo sequitur quod etiamsi excommunicatus possederit trienno ex titulo colorato aliquod beneficium, quod potest iuuari hac regula: quia nulli dubium quod excommunicatus potest possidere beneficium, cum possessio sit quid facti potius, quam iuris* l. I. §. si vir. vxori. ff. de acqui posс. cum nostris. de concrs. præben. *ergo ea quæ sunt facti non possunt iure ciuili vel alio positiuo infringi vt in* d. §. si vir. *ergo sequitur quod cum excommunicatus potest possidere* facit c. item cum quis & c. in litteris de restit. spol. *quod in eo habet locum ista regula, idque quoad hoc, vt non molestetur vt hic secus dico de restitutione si spolietur: quia tunc obstaret sibi exceptio excommunicationis, vt dicunt tres glo. vulgares* in cap. I. XXXIII. dist. & cap. ex insinuatione de procu. & in c. dilectus de Rescript. 35 36 37 38

Item per prædicta dico idem in hæretico, quoad possessionem facti, quousq; spolietur, & sic 39

sic tollo distinctionem Doctorum in c. 1. de iudic. *quoad casum huius regulæ, & credo quod sic practicat Rota: & est verum: quia sic dixit mihi Dominus Petrus Ferrera Hispanus, doctißimus vir, & allegauit mihi quoad istam regulam, quia defensio non tollitur* 40
excommunicato c. cum inter de except. *ergò &c:*

Item ex prædictis infero quod hæc Regula *habet locum etiamsi possessor sit spurius, vel* 41
X *homicida, vel quicumq, alius inhabilis, ex quo indistinctè loquitur: sed in rei veritate debet intelligi de personis habilibus*, argum. l. vt gradatim ff. de mu. & hon. *tamen com-*
Y *muniter tenetur & malè.*

Item hic vidi in curia vnam quæstionem, scilicet an commendatarius ad vitam potest 42
se defendere cum ista regula? & certè prima facie videbatur quod sic, ex quo habet coloratum titulum &c: tamen contrarium credo verius: nam est certum quod iste non ha-
Z *bet titulum, sed tantum depositum*, arg. l. commendata ff. de verb. sign. *& eorum* quæ dicit gl. in c. si constiterit, de accus. *Item quia iste non poßidet* vt l. licet §. 1. ff. de postul. l. rei cōmodatæ ff. commodati, in arg. *ergò &c: & sic credo pronuntiasse Rotam, tamen crederem hoc verum si hoc molestaretur per habentem titulum ipsius beneficij de nouo, vel alias: quia ille dicitur verus prælatus vt dicit gloss.* in c. nemo de elect. lib. VI. *& non commendatarius vt dicit illa glo. Sed si alius etiam commendatarius molestaret eum, crederem habere locum istam regulam: quia in pari caussa &c:* de reg. iur lib. VI. *& crederem quod licet dicatur quod commendatarius non poßideat, vt dixi, tamen hoc verùm quando dominus verus deposuit, secus si iudex: quia tunc poßidet, sicut dicimus de sequestro, vt not.* in dicta l. licet, & facit lex interdum ff. de
aa acquir. pos. *sed sic est in casu nostro. ergò &c: nescio tamen an Auditores moderni reciperent hoc; nam dicunt quod non est beneficium commenda, per superius dicta, & quia beneficium debet esse perpetuum.* c. præcepta Iv. distinct. & notatur in cap. veniens de fil. præsb. *sed dico quod satis est perpetuum, quoad vitam obtinens in commendam,* arg. l. 1. ff. pro soc cum gloss. *& fortè non esset magnum hoc tenere pro veritate, & idem quod dico de commenda, dicerem de administratione quæ etiam non dat titulum. vt in alia regula superius latius dixi.*

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A HÆc Regula) Ista INNOCENTII Regula in nulla sui parte est immutata per alios Pontifices, nisi quod Adrianus VI. post verba *absq, simoniaco ingressu* addiderit ista *ex quouis titulo*: idq; ideò, vt ista Regula comprehenderet etiam commendas super quibus antea controuertebatur in Rota, teste Sarniensi *hic in præfat. & in q. 5.* & hæc Reg. celebris est & famosa, vt omnibus 43

omnibus notum est, ideò indiget accuratiori, licet succincta inuestigatione.

B *Quicunq; Ecclesiastica beneficia*) An beneficij appellatione veniant officia 44
quoad effectū huius Regulæ? venire, dummodo sint ecclesiast. (de quibus loquitur cap. *cum accessissent de Constit & in cap. Consulere de Simonia*) adserit hic Gomes. *quæst.6.* nam verbum hoc *beneficium* in materia fauorabili latissimè debet interpretari *c. 1. de Reg. iur. in 6.* adeò etiam vt comprehendat ex opinione 45
quorundam hospitalia, quæ tamen dantur in titulum, & conceduntur ad vitam titulati: nam cum sint eo casu beneficia Ecclesiastica, *Selua de beneficio p. 2. q. 11. nu. 13. in fi: Rebuff. in prpxi tit. de deuolut. nu. 73. & in tract. Nominat. q. 15. nu. 13. Hoijeda de Incomp. in Præfat. nu. 4. in fi.* dubium non est Regulam hanc compre- 46
hēdere, etiā huiusmodi hospitalia, cuius tamen qualitatis probatio incūbit allegāti, *Mohed dec. 18. de Caussa pos & propr.* secus esset si non cōcederentur in titulum, sed tantum in administrationem: quia eo casu non sunt beneficia vt scribit præter alios Hiero. Gonzalez *ad 8. Reg. Cancell.* Flam. Paris. *de Resig. bene. lib. 11. q. 3.* ac proinde sub hac Reg. non comprehenduntur *Gomes. hic q. 7. Mohed. d. decis. 18. de caussa poss. & prop. Simonetta tract. de Reser. ben. q. 7.* Quid de bene- 47
ficio vnito? non comprehendi sub hac Regula, præsertim si vnio sit perpetua, rectè censuit post Gomes. *quæst. 8.* Hiero. Gonzalez *ad d. Reg. 8. gl. 5. §. 7. nu. 9.* nam per vnionem exstinguitur nomen & effectus beneficij *DD. in c. cum accessissent de constit. glo. in clem, per litteras, de præbend.* nec etiam vacare potest cum 48
sit extinctum. *Anto. Faber. lib. 1. definit. Foren. tit. 2. definit. 64.* Ex quibus efficitur Regulam hanc locum non habere in eiusmodi beneficijs, & ita seruare in praxi Cancellariam Romanam omnes adstruunt, atq; ita superioribus annis decidit, Rota *in vna Valentina Parochialis coram R. P. D. Coccino 5. Iulij 1610.* Sic nec Regula hæc tuebitur possessorem duorum curatorum, vt resoluisse sacram 49
congregationem Concilij refert Nauar *cons. 20. de Preb.* quod tamen intellige, dummodo talis possessor nullum habeat titulum, sed se intrusit de facto sine alicuius prouisione in beneficijs, vel fuit declaratus per sententiam priuatus titulo, ita contrariantes opiniones conciliat Gomes. *ad hanc Reg. q. 10. sub finem, ibi: Primus est quando execrabilis &c*: licet extent S. Congregationis Illust. Cardinalium S. Concilij Trid. quibus resoluitur possessorem incompatibilium non defendi dispositione huius Regulæ de Triennali, quas vide apud VVames. *cons. 233. in addit. de Præbend.* & Nicol. Garcia in *tract. de ben. p. 11. c. 5. nu. 379.* & ratio est quia contra Concilij Tridentini decreta non intrat hæc Regula, vt in vna viseten. Canonicatus resoluit Rota *coram R. P. D. Coccino 5. Iulij 1610.* quæ decisio extat apud Farinacium *decis. 310. p. 2. in nouiss.* Insuper non tuebitur hæc Reg. Precistam, qui nominatus est ad primam vacaturam, vel qui acceptauit in casu non concesso *Guiner. ad prag. sanctio tit. de pacif. poss. in pr.* Deniq; non defendet possessorem beneficiorum manualium *Mohedan. decis. 169. Anast. Germon.*

de Indult. Cardinal. §. Regularia numero. 37. Farinacius deciſio. 667. Deniquè nec triennalem reſignatarium, qui non publicauit, quia incurret in pœnam Conſtitutio. Gregorij XIII. de publicandis reſignatio. *Flamin. Pariſ. de reſignatio. benefic. libro. 11. quæſtio. 6.* Poſtremò nec eum qui impetrauit ante tempus veriſimilis notitiæ, vt diximus ad Regulam XXVIII. numer. 17. At quid dicendum in beneficio iuriſpatronatus? Regulæ locum eſſe poſt Gomeſ. *hic* 50
quæſtio. 9. reſpondit Dominus VVameſ. *conſil. 263. tom. 1.* Quid in commenda? pro affirmatiua extat deciſio. 16. Mohedan. *titul. de cauſſ. poſſeſſor. & proprietat.* Aliud in Præceptorijs ad nutum amouibilibus, quia in iſtis Regulæ de Triennali, vt & de annali locum non habebunt *Mohed. deciſ. 10. dict. titul.*

C *Laicus vel ſpurius, vel mulier*) De Laico non eſt dubium: quia Laicus non eſt perſona habilis ad beneficia, *cap. cum adeò de Reſcript. cap. ex litteris de* 51
tranſact. De illegitimis & ſpurijs idem dicendum, ex quo illi omnium iurium ſpiritualium ſint incapaces *cap. ſi gens Anglorum 56. diſtinctio. Rebuff. in praxi titul. de diſpenſat. ſuper defectu natal.* nec videtur obſtare verbum vniuerſale hic poſitum *quicumque:* quia illud reſtringendum videtur ad perſonas habiles 52
Gemma. & Petr. de Anchor. in cap. 2. de præbend. in 6. Contra tamen reſoluit Rota apud Gomeſ. quæ reiecta Alphonſi noſtri opinione cenſuit illegitimos 53
etiam iſta regula defendi, *Gomeſ. hic quæſtio. 2. verſicul. Tamen iſtis.* cum præſumantur diſpenſati; quæ præſumpta diſpenſatio non habet locum contra decretum Concilij Trident. nimirum in illegitimis, qui beneficia obtinent in eccleſijs vbi eorum patres beneficia habent. Nec mouet quod dictum eſt verba vniuerſalia reſtringi ad perſonas habiles: quia vltra reſponſiones quæ poſſunt colligi ex limitationibus per Iaſ. *in leg. fideiuſſor §. Prætor ff. qui ſatiſd. cogant.* limitatur dicta concluſio non habere locum quando lex loquitur taxatiuè excipiens duo genera perſonarum, vt hic, videlicet Intruſorum & Simoniacorum: quia tunc caſus non excepti comprehenduntur ſub Regula *vt in cap. 2. vbi Abb. de Coniug. lepro.* præſertim quando Regula concernit 54
commodum publicum, vt hic, quo caſu non recipit reſtrictionem de habilitate perſonarum *Bart. leg. ſi quis in graui §. vtrum, ibi text. ff. ad Senatuſconſult. Syllan. leg. 1. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* De muliere, dicimus cum 55
Sarnienſi *hic quæſtio. 3.* comprehendi ſub hac Regula eam quæ habet dignitatem, qualis eſt Abbatiſſa, & Prioriſſa perpetua. Nec obſtat quod Regula loquatur de beneficijs, quorum appellatione non venit dignitas *clem. 1. de ſequeſt.* 56
poſſeſſor. & fruct. cap. ad aures vbi Dominic. de Reſcript. & in cap. fine. de Præbend. quia hoc fallit, vbi concurrit mens & ratio eadem diſpoſitionis, maximè in materia fauorabili, qualis eſt hæc, *gloſſ. in clem. Auditor. de Reſcript. & in c. 1. de Reg. iur. in 6.* 57

Abſq;

D *Absq; simoniaco ingressu*) Dubitatur de qua Simonia hæc Regula loquatur, an de reali tantum, an etiam de conuentionali, de mentali enim certum est Regulam hanc non loqui. Prius explicandum est in gratiam iuniorum, quæ dicatur simonia conuentionalis, & quæ Realis: Realis est quando 58 pacto interueniente, pecuniâ vel res aliqua pecunia æstimabilis, seu temporalis 59 confertur pro re spirituali, eritq; completa etiãsi non omnia hinc inde, sed pro parte tantum sunt adimpleta, *Nauar. cons. 6. de Simonia, & in Manuali.* & tales simoniaci sunt ipso facto priuati beneficijs, & incidunt in excommunicationem latæ sententiæ, à qua nisi à S. Pontifice, non possunt absolui, *text. in extrauag. cum detestabile de Simonia in c. cum detestabile ex. de Simonia.* Conuentionalis est, quando tantum est pactum pretium pro re spirituali, nondum tamen ex vtraque parte pactum est adimpletum, puta datum pretium, nondum tamen datum beneficium, aut datum beneficium nondum datum pretium, nam quando ex vtraque parte completa est pactio, Simonia realis est, *Nauar. in Manual. cap. 23. numero 100. & consilio 3. de Simonia.* Et in hac specie Simoniæ conuentionalis controuertunt DD. an sicut pœna realis est priuatio ipso facto beneficij, & excommunicatio latæ sententiæ, ita & in ista. Nauar. *in cap. fin. de Simonia* tenet non incurri dictam pœnam donec detur pretium, Cardinal. Toletus *in summa lib. 5. cap. 94* adstruit incurri, dicitque communem hanc sententiam vbique receptam, quam & probat Ioan. de Anania *in cap. in nobis de Simonia.* Redoanus de Simon. *parte 4. cap. 9. numero 7. 2 & part. 2. cap. 17. numero 24. & capite 11. numero 32.* Rebuff. *in praxi titul. de Simonia in Resignatione, numero 9. text. in capite nobis fuit. de Simonia.* Quæ postrema opinio etiam arridet Gomesio *hic quæstione 12.* nam promissio, inquit, & datio pari passu ambulant, non solum in materia spirituali, sed etiam in alia profana, *text. in leg. fi. Cod. ad leg. Aquil.* & sicut ille qui per simoniam realem acquisiuit beneficium, tenetur illud dimittere: ita ille qui per solam promissionem de dando illud consecutus fuit, *Felij in cap. tua nos & ibi Abb. de Simonia. idem Abb. in capite cum ad nostram de electíon. in 3. not.* Hæc opinio si vera sit haud dubium est, quin Regula nostra procedet etiam in simoniaco conuentionali, qui perinde beneficio dictæ Regulæ non defenderetur, cum ex dictis æquè habeat vitiosum ingressum atque simoniacus realis. *Gomesius dicta quæstione 12. versicul. Quid dicendum?* Limita tamen conclusionem non procedere in simoniaco ignorante: vt quia pater, vel frater, aut con- 60 sanguineus aliquid dedit pro dando beneficio, filio vel fratri aut consanguineo, eo penitus ignaro & nescio, quia talis non conscius

pacti

accusat: quod etiam procedere in crimine confidentiæ decidit Rota *in vna Hispalen. pratensa simonia 7. Februarij 1596. coram Illust. Blanchetto & in vna Lucana coram Illust. & Reuerend. Card. Bononien. 27. Februarij 1606.* quas refert Farinacius *decis. 358. p. 2. in Nouiss.* Nec in ijs probandis admitterentur testes inimici, *textus in c. per tuas c. licet ibi DD. de Simonia.* Nam licet bulla PII V. in *§. cæterum criminosi* admittat testes quoscumq; & exceptiones omnes reijciat, tamen exceptio capitalis inimicitiæ non propterea censetur reiecta, *d. cap. licet, & cap. per tuas, Farinacius d. decis. 358.* Secundò probatur cum res temporalis data est pro re spirituali in vim & executionem præcedentis tractatus, vt multis Rotæ decisionibus modernis docet Farinacius *d. decis. 358. nu. 11. part. 2. in Nouiss.* Tertio probatur ex remissione debiti, probata tamen conuentione præcedenti *Mascard. de Probat. conclus.* MCCCXII. *vol. 2. Farinacius decis. 108. nu. 5. part. 1. in Nouiss.* quæ probatio, vt releuet, talis esse debet, vt probet quicquid factum fuit in executionem præcedentis conuentionis seu tractatus. *Farinacius d. decis. 358. nu. 11.* Sed quid si consignatio facta fuerit incontinenti post resignationem beneficij, an ex ea præsumatur Simonia? Rota *in vna Leodien. Canonicatus coram R.P.D Pirouano 8. Iulij 1612. qua extat apud Farin. decis. 418. nu. 4. p. 1. in Nouiss.* decidit non præsumi, quia actus quamuis eadem die facti, non dicuntur correspectiui ad inferẽdũ simoniam. *Mohed. Decis. 3. de Simonia Put. dec. 17. lib. 1.* Quartò probatur per confessionem illam committentis. *c. presbyter 15. quæst. 5. Roland. à Valle cons. 31. nu. 1. vol. 3.* Quintò per famam, Mascard. *d. conclus.* Rota tamen *d. decis. 358. nu. 8.* decidit simoniam non probari per famam. *Put. decis. 171. num. lib. 2.* Confidentia autem quæ simoniæ species est, nimirum cum quis confidit quod alter acceptans beneficium sibi postea vel alteri cõferat, probatur ijs præsumptionibus quas habes in bulla PII V. & explicatas latè per Flam. Paris. *tract. de confid. quæst. 65. 66. 67. 68. 69. & seq.* Hodie confidentiæ crimen requirit plenam & concludentem probationem & in ea non admittuntur coniecturæ, & præsumptiones, nisi sint tales, quæ necessariò concludant, & conuincant confidentiam, vt dictum fuit *in vna Lucana confidentiæ 27. Februarij 1606. nu. 1. coram Illust. & Reuer. Card. Bononien. qua extat apud Farinac. decis. 108. nu. 1. part. 1. in Nouissimis.*

E *Ex sola electione siue confirmatione*) Idem sentit hic Gomes. quæst. 35. Nam per solam electionem, inquit, sine confirmatione ius in re non tribuitur, nec per eam potest haberi titulus coloratus, quod tamen secus esset si electio facta fuerit ab ijs qui confirmandi haberent potestatem, quia talis electio ius plenum in re & per consequens, titulum coloratum tribuit & habetur eiusmodi electio loco prouisionis per not. Felij *in c. eam te num. 4. in fi. de Rescript.* Sed hodie secus est, attenta Constitutione Iulij III. de data anni 1553. de qua infra, *in verb. Dummodo se non intruserit.* 26

Yy *De trien-*

F *De triennio continuo*) Huc facit dictum Baldi *in c. cum viginti de off. deleg.* vbi scribit quod vbicumque lex designat certum tempus illud debet esse continuum, videlicet de momento ad momentum, maximè in odiosis vt hic, licet in fauorabilibus aliud dicendum esset per not. glo. *in l. opinionem ff. de minor.* & latè *Inno. in clem. fi. de ætat. & qual.* Sed an currat eiusmodi triennium contra minorem? vide Gomes. *hic q. 15.* qui quæstionem hanc soluit eleganti distinctione, quam si vsus postulat vide. 64

G *Mota lis vt dicit &c:*) Iudicialis vel extraiudicialis *Inno. card. & alij DD. in clem. Gratia de Rescript.* sed ex opinione Innoc. & Hostien. *in c. de constitutus 2. de electio.* Pacificus possessor dicitur qui percipit fructus, licet illi moueatur lis super titulo beneficij, quæ sententia hodie explosa est per Rotam, retenta opinione prædicta DD. *in d. cle. Gratia.* à qua quoq; stat noster Glossographus hic, ibi, *quod licet possideat.* Nam talis interruptio requiritur quæ perceptionem fructuum & perturbationem concernat, iuxta ea quæ not. Baldus *in leg. ordinarij 4. col. vers. deinde quero ego de Rei vind. gloss. in l. exstat ff. quod caussa.* Itaq; probo quod postea subijcit Glossographus eum videlicet qui non possidet maiorem partem fructuum, non dici pacificè possidere, etiamsi lis ipsi non moueatur; quia requiritur molestatio iudicialis vel extraiudicialis, vt notaui supra ad Reg. de annali in glo. verbi *non debet.* 65

H *Si non fuit sibi lis mota*) Quid si citatio fuerit nulla, an interrupta censeatur possessio? Pro negatiua plura adducit Gomes. *ad hanc Reg. de Annali q. 45.* ad quam se remittit *in q. 34. de Triennali*: quibus in locis scribit quod non solum citatio nulla non interrũpit pacificam possessionem, sed etiam citatio malè executa: quod limitãdum, nisi citatio nulla fuisset geminata: quia tunc interrumperet pacificam possessionem, *Alex. ad Apostill. Baldi in leg. cum notissimi de Præscript. 30. annorum* allegat glo. *in l. qui bis idem ff. de verb. obligat* vt & quando post decretam citationem, amittit possessor mandatum pro cura, & apud actuarium comparet procurator. nam tunc desinit pacificè possidere, licet non appareat de executione in principalem, *Achilles de Grassis decis. 5. ad hanc Reg.* 66 67 68

I *Videlicet in vacantibus in Curia*) Per obitum scilicet apud S. Sedem Gomesius *hic q. 31. vers. Primum igitur &c*: qui septem priuilegia specialia cumulat huius reseruationis in corpore iuris clausæ, quæ habetur *in c. 2. & cap. præsenti de Prabend. in 6.* & de qua propriè loquitur hæc Regula, vt clarè cum nostro Alphonso ostendit idem Gomes. *d. q. 3. vers. Circa tertium* & Rebuff. *in concordata in forma mandati Apostolici*, & nouissimè Nicol. Garcia *in tract. de benef. part. 5. c. 1. nu. 132.* Ac licet aliæ quoq; reperiantur Reseruationes in corpore iuris clausæ, quas supra tetigi & suo ordine enumerat idem Gomesius *vers. Prima est &c*; tamen hæc Regula de istis non loquitur, sed tantum de Reseruatione, de qua 69 70

qua *in d. c. 2.* vbi dispositioni S. Sedis reseruantur beneficia vacantia per obitum in Curia, quæ reseruatio cęteris dignior, & efficacior est: & propterea nisi de illa fiat specialis, & indiuidua mentio non censetur comprehensa sub quacumq; dispositione Papæ, nisi tamen in gratia motus proprij, quo casu possessorem iuuabit Regula, alias non. *Geminia in d. c. 2. num. 14. Præses Euerardi consil. 237. nu. 4. & seqq. Rota decis. 4. de Præbend. in no. Aen. de Falcon. tract. de Reseru. q. 4. principali effectu 36. per tot., & effectu 43. & Simonetta eod. tract q. 73. num. 1. q. 85. nu. 4.* & hoc quidem in dispositione Papæ. nam si det facultatẽ alicui motu proprio conferendi quæcumque beneficia reseruata, & vbicumque vacantia, adhuc non venient vacantia apud Sedem, vt scribit Geminia. *in d. c. 2. num. 14. vers. sed quid si Papa*: id quod nouissimè GREGORII XIIII. constitutione incip. sanctissimis de anno 1591. extensum etiam est ad Cardinales, vt nulla ijs indulta concessa suffragentur, quoad beneficia vacantia in Curia, nisi sint de beneficijs in suis Ecclesijs titularibus de Vrbe consistentibus, quod & alibi tradit Anast. Germon. Iurisc. Romanus *in suo insigni tract. de Indultis Cardinalium.* Ratio præmissorum est, quia Papa difficilius mouetur ad concedendum gratiam de his beneficijs vacantibus apud Sedem, cum intendat ille semper specialibus, & dilectis personis, veluti suis familiaribus, & ministris in vinea Domini laborantibus prouidere. Ideò solet addi in signatura clausula *præterquam per obitum apud Sedem*: vt notat Rebuff. *in praxi in 3. parte sig. in gl. verbi alia clausula nu. 15.*

Videlicet quando est beneficium deuolutum) Immo beneficia deuoluta non sunt reseruata, cum ea conferat iure communi, quod secus est in reseruatis, vtpote quæ conferat iure plenitudinis potestatis, *lapus alleg. 84. nu. 5. vers. de beneficijs Rota decis. 3 de off. deleg. & decis. 774. nu. 2. part. lib. 3. Aeneas de Falcon. de Reser. 2. q. principali, nu. 12. in fi. Hieron. Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. gl. 11. nu. 60.* deuoluuntur autem beneficia, si eorum collatio non fiat intra sex menses, ad superiorem, idq; gradatim, *c. licet de supplend. neg. prælat. c. 2. de concess. præbend.* idq; non solum in collatione, sed etiam in electione, *Abb. in c. dilectus ibi text. de concess. præb. nu. 2. & alij*; & præsentatione, si patroni sint Ecclesiastici, nam laici quatuor dumtaxat menses habent *c. vnico §. verum de iure patron. in 6. Innoc. d. c. licet Abb. in c. quia diuersitatem nu. 18. & in c. ex parte nu. 13. de Concess. præb.* & dicti sex menses dati ad conferendum sunt à tempore scientiæ vacationis numerandi, *d. c. quia diuersitatem in fi. d. c. licet ibi Innoc. Rebuff. in praxi tit. de deuolut. numero. 10.* & ita resoluit Rota *in vna Placentina Parochialis coram D. Seraphino 28. Iunij 1585. & coram D. Bubalo 24. Martij 1586.* vel à tempore quo scire potuit, & debuit, vt quando Episcopus est in propria Dioceşi &c: *Mascard. de probat. conclus. 879. nu. 10. Abb. in d. c. licet Zerola in praxi Episcop. 2. part. verbo deuolutio §. 2.* & sic resolutum fuit *in vna Burgen. Canonicatus 27. Martij 1583. coram D. Bubalo* & dicti sex menses currunt de momento ad momentum à tem-

pore scientiæ vacationis, ita quod si beneficium vacauit, & fuit nota vacatio, 1. Martij hora 9. vsq; ad primam Septemb. hora 10. per totam, & non post, prouidere poterunt *Mandos. de electio nouorum pralat. part. 1. c. 3. Rota in vna Ciuitatis Castellania 18. Iunij 1557. coram Illust. Quiroga* quam ad longum refert Nicol. Garcia *de benef. part. 10. c. 2. nu. 20.* Idem dicendum in prouisione nulla, puta si prouident intra tempus, sed indignis, seu inhabilibus & incapacibus *c. cum in cunctis §. fi. vbi DD. de electio. c. licet de supplen. neg. pralat. Garcia d. part. 10. c. 3. nu. 2.* adhuc enim locus est deuolutioni. Porrò, duobus modis quis impetrare potest beneficia deuoluta, vel tanquam ad S. Sedem Apostolicam deuoluta, iuxta Lateranen. statuta Concilij, & tunc debet probari deuolutio gradatim iuxta supradicta vel tanquam deuoluta ad inferiores ob negligentiam primi collatoris vel, ob non præsentationem patroni in tempore iuxta Reg. 42. infra: quia Papa potest conferre cum Episcopo, seu Archiepiscopo, aut Capitulo ad quos est facta deuolutio, *Abb. in d. c. quia diuersitatem nu. 5.* & tunc sufficit probare negligentiam *Garcia d. c. 3. nu. 20. & seqq.* vbi subijcit quod collatio facta à secundo collatore, verbi gratia Archiepiscopo ante factam deuolutionem non valet, cum antea is non habeat facultatem conferendi: nec conualescet etiamsi primus non cõferat infra tempus *Felij in c. cum ex officij de Præscript. nu. 37. Rebuff. d. tit. de deuolut. nu. 32,* etiamsi collatio esset facta simpliciter, non dicendo Iure deuoto *Garcia d. c. 3. nu. 32.* Sed an sicut Ordinarijs, ita etiam Nuncijs & Legatis currat semestre istud ad conferendum? Negat Gambarus *de off. & potest Legati lib. 3. nu. 14. & 622.* Nam deuolutio non potest ab eo ferri, nisi ad Papam, cum nulli alij subsit, & deuoluta ad Papam ipse confert. Aduerte etiam quod Legatus de latere concurrit in sua prouincia sicut & Papa in collatione beneficiorum cum quolibet Ordinario, quodq; inter eos sit locus præuentioni *c. si à Sede Apostolica de præb. in 6. glo. & DD. in c. 1. de off. leg.* etiam in mensibus ordinarijs concessis per Reg. Cancell. *Gamb. d. lib. 3. Gomes. de expect. nu. 16,* & fuit resolutum in vna Assasien. beneficij 9. Martij 1587. idq; procedere non obstantibus Concordatis Germaniæ, & Galliæ post Gonzalem. *ad Reg. 8. §. 2. proem. nu. 54.* tradit Nicol. Garcia *de benef. part. 6. c. 3. nu. 42.* 73 74 75

A possessione tantum) Hoc est, hæc Reg. defendit possessorem quo-ad possessionem, etiam malè fidei possessorem *Crescentius decis. 1. de sent. & re iud.* sed non quo-ad titulum, seu proprietatem vt dicit Felij *in c. sicut nu. 31. de sent. & re iud.* Ideòq; nemo impedietur, quo minus in petitorio doceat possessorem triennalem esse intrusum, quod secus est possessorio: quia non auditur opponens aliquid contra possessionem, *Felij d. loco.* Hincque fit vt Ordinarius post triẽnalem possessionem possit amouere possessorem sine tit. & alteri conferre: quia Ordinario non obstat Reg. vt in terminis dicit Felij *d. d. nu. 31. vers. neq; tollitur Ordinarijs &c.* & sic rectè cõcludit hic noster Glossographus, quod Reg. 76 77 78

hæc

hæc non det titulum in beneficio. Igitur defendet Regula tantum possessorem super possessione, non tamen illum qui spolio conuenitur: nam licet Reg. disponat possessores triennales excludere agentes, etiam habentes bonum titulum, non tamen sic accipi debet vt illa exclusio veri tituli, fiat per occupationem & vsurpationem, *arg. l. famosi ff. ad l. Iul. Maiest.* Siquidem vt rectè notat Gomes *quæst. 11.* nulla lex vel statutum eum sensum recipere potest, vt per illud credatur conditor spoliatores in sua occupatione tueri, & eiectos & spoliatos à restitutione excludere *text. & glo. not. in l. si qua loca C. de fund. & salt. rei Dominicæ & in l. auctoritate C. vnde vi.* Postea tamen Auctor noster *in vers. quod ista Reg. daret titulum &c.* videtur ab istis dissentire nihilq; certi resoluere, sed Felij & Gomesij opinio verior est, quam etiam videtur postea sequi *in vers. maxime quia.*

M *Ista Regula daret titulum*) Idem videtur sentire Rebuff. *de Pacif. poss. nu. 7.* Nauar. *cons. 4. nu. 4. & seqq. de eff. iud. ord.* quibus in locis etiã scribit quod triẽnalis possessio pacifica defendit etiam execrabilẽ, etiã non mõstrata dispensatione, dũmodo allegetur (quod & probat Flam Paris. *de Resig. ben. lib. 11. q. 14.*) & non sit intrusus: verũ vt supra diximus *nu. 49.* ab ista opinione recessit Rota. 79

N *Posset petere restitutionem*) Atq; ita censuit Senatus Sabaudiæ apud Ant. Fabrum *lib. 1. defin. Florens. tit. 2. definit 73.* neq; enim hæc Regula tuetur possessorem contra quem agitur spolio, vt infra dicemus. 80

81

O *Tamen si Papa facit*) Tres effectus confirmationis Papalis affert Mand. *ad Reg. de Vnion. & vnion. confirmat. in q. 9. nu 7.* quorum primus est ille quem hic Auctor affert, nimirum vt suppleat defectum eius quod est inualidum *cap. quoties de pact. Farinacius decis. 672. nu. 5. part. 2. in Nouiss.* vbi dicit quod confirmatio valet in vim nouæ concessionis, quando confirmans intendit plus dare quam in confirmato contineatur *& decis. 303.* non tamen in præiudicium tertij, *idem Farinacius decis. 114. nu. 5. c. 1. cum glo. verb. auctoritatem ibi DD. de transact.* Secundus est, vt ipsi facto maiorem præstet auctoritatem *cap. fin. cum glo. vers. auctoritate 11. distinct.* Tertius, quod sine eius licentia non poterit retractari, quod ipse confirmauit *cap. 2. de confir. vtil. & inutil.* & istos tres effectus ponit glo. *in c. fin. Fater 17. q. 4.* Aduerte tamen quod confirmatio non trahitur ad id de quo actus confirmationis non disponit vt resoluit Rota *coram Reu. D. P. Coccino in vna Bremen. Præpositura 4. Iulij 1614.*

82

P *Dummodo se non intruserit*) Intrusus ad effectum huius Regulæ duobus modis dicitur. Primo qui obtinuit prouisionem beneficij reseruati, vel alterius per simoniam, vt in hac Regula dicitur. Secundò, intrusi ad effectum huius Reg. & Reg. de Annali censentur, nec fructus faciunt suos, qui possident beneficia ecclesiastica, vel dignitates, earumúe administrationem accipiunt ante expeditionem litterarum vel cõfirmationẽ obtentam ex constitutionẽ Iulij III. *de data anni 1553. Maij 2. Pontificatus 4.* vide Piacesium in praxi Episcopali

in Proemio nu. 4. & seq. sed hoc cessat in patria Leodiensi, vt dixi ad Reg. III supra. Deniq; intrusus non dicitur promotus ad ordinem in beneficio requisitum *c. licet canon. de electio. in 6.* quem tamen defendet hæc Reg. non etiam si promoueri iussus per sententiam, non est promotus *Gomes. ad hanc Reg. q. 10.* nisi post sententiam manserit in possessione per triennium continuum, nam ex illa triennali possessione præsumitur dispensatus saltem ad tempus, dummodo alleget dispensationem. cæterùm si non alleget, & appareat clarissimè neque promotum, neq; dispensatum, nulla ratio est, vt magis iuuetur Regula, quam vt dispẽsetur de nunquã promouẽdo, Ita decidit Senatus Sabaudiæ apud Ant. Fabrum. *lib. 1. tit. 2. definit. 90.* Sed vtrum intrusus in beneficio reseruato, puta decanatu, & habitus, & reputatus pro Decano, & in possessione existens possit beneficia vacantia ad collationem decani pertinentia conferre? quæstionem hanc discutit Simonetta *de reser. ben. q. 44.* & resoluit pro negatiua motus auctoritate Rotæ *decis. 4. de Præb.* quem sequitur Gonzalez ad Reg. VIII. Cancell. *gl. 45. §. 2. nu. 44. & seqq.* & ratio est quod possessio beneficij reseruati careat omni iuris adminiculo, imò possessionem non habeat, obstante reseruatione, vt dixi ad Reg. VIII.

Q *Censetur intrusus*) Ideò habens coloratum titulum, si vigore illius accepit possessionẽ propria auctoritate, sine licentia superioris, & eam per triennium pacificè continuarit, tutus erit exceptione huius Regulæ; licet quo-ad alios iuris effectus secus sit, Rebuff. *in praxi tit. de modis amittendi benef. nu. 28. Gomes. hic quæst 39. per not. DD. in cap. eum qui, de Prabend in 6.*

Verùm quia Simoniacus hæretico comparatur, an sicut ille non defenditur ope illius Regulæ, ita etiam istũ non defendi respõdit Rebuff. *d. tit. nu. 27.* quicquid dicat hic Alphonsus supra nu. 39. carent enim hæretici omni beneficio, & auxilio iuris *c. si aduersus de hæreticis* Aduerte interim quod aduersus intrusos habemus constitutionem PII IV. de data 1560. Octobris 26. per quam datur Ordinarijs, & delegatis facultas decernendi sequestrum super fructibus, & reditibus beneficiorum constito summariè, & extraiudicialiter beneficium vacasse in mensibus reseruatis, vel alias reseruatum non esse.

Sed nec Regula hæc, vt neq; Regula de Annali defendet eum qui non publicauit resignationem, vt patet ex ipsa GREGORII XIII. cõstitutione notatque D. Azorius *lib. 7. Instit. moral. moral. c. 24. in fi.* vt nec eum qui impetrauit beneficium viuentis iuxta opinionem quorundam apud Mandos. ad Reg. 21. q. 12. & ad Reg. de triennali.

R *Non censetur habere titulum*) Idem in beneficio simoniacè adepto vt habet Regula. Hunc simoniacum non audiri in possessorio adstruit Cassad. *decis. 1. de simonia.* vt nec possessorem contra quem agitur de spolio *Couar. in c. Possessor de Reg.* 83

de Reg. iur. in 6. part. 2. Relect. §. 10. nu. 10. siue spolium, inquit, contigerit per violentiam, siue absque ea contigerit, idque fundatur ex Consilio Basilien. ibi citato. quod & probat noster Sotto supra *nu. 19.* aduerte tamen possidentem beneficium habitum per simoniam se ignorante commissam habere titulum coloratum & gaudere beneficio huius Regulæ. *Lessius de Iust. & iure lib. 2. c. 35. nu. 140.* & ita tenuit Rota in vna ciuitaten. Confidentiæ 25. Ianua. 1593. coram Illust. Mantica. *Garcia tract. de benef. part. 8. cap. 1. nu. 15.* licet non videatur tutus in conscientia nisi petat absolutionem à Papa cum noua prouisione, vt supra diximus *nu. 58.*

S *Antiquas lites penitus exstinguentes*) Quoniam cum auctor noster, 84 tum Iacobus Simonetta & Lud. Gomesus, alijque non pauci ingenia sua multimodis fatigarunt super interpretatione horum verborum, quæ alioqui tantam obscuritatem præferunt, vt Delio aliquo natatore opus habeant, nolo hic ceù octauus sapientum verba pro illorum luce multa afferre: sufficiat tantum lectorem remisisse ad Lud. Gomesium *hic quæst. 6.* quo in loco multorum opinionem affert, & suam tandem ipse promit auctoritatibusque plusculis confirmat.

T *Per sententiam*) Huc refer quæ scripsi *ad Reg. XXVII. de surrog. collitig. in glo. verbi si non sententietur nu. 41.*

V *Titulus coloratus*) Dupliciter potest hic considerari titulus coloratus. 85 Primo modo, quoad effectum istius regulæ, secundo modo quoad effectus iuris communis vt supra in voce *intrusi* diximus. Quoad effectum istius regulæ certa hæc conclusio ponenda est inquit hic Gomes. *quæst. 27. & 28.* quod ille dicitur habere coloratum titulum, qui habet ab eo qui originaliter potest cõferre, eligere, & confirmare, licet ex accidenti sint impediti. Denique omnis ille dicitur habere titulum coloratum qui non excluditur in hac Regula; ideoque illi soli discoloratum titulum ad effectum huius regulæ habere dicuntur, qui habent titulum per simoniam vel de beneficio reseruato reseruatione in corpore iuris clausa: quia isti duo casus excepti In Regula firmant Regulam in contrarium in casibus non exceptis *l. nam quod liquida ff. de penu. leg. Mascard. tract. de probat. vel 3. conclus. 1384. nu. 14.*

Sed an titulus prædecessoris transferatur in successorem? finge quod Titius possedit aliquod beneficium pacificè titulo colorato per biennium, quod post obitum illius confertur Meuio, qui illud etiam possedit pacifice per annum, superuenit Seius qui vult inquietare in petiterio Meuium: qui excipit de hac possessione triennali in se à suo decessore continuata: quæritur quid iuris? Guimer. *ad Pragm. sanctio tit. de Pacif. poss. verbo hactenus possedit.* respondit quod Meuius non iuuabitur possessione sui prædecessoris: quia in titulis beneficiorum,

ticiorum, qui omninò sunt singulares, possessio vnius non iuuat alium, cum in talibus non cadat successio iuris vel facti.

Sed an vitium litigiosi trãseat in tertium qui habet caussam ab aliquo ex collitigantibus ex dispositione huius Regulæ? hanc quæstionem proposui supra *ad Reg. de Surrogandis nu. 35.*

Verùm vt redeam vnde diuerti, aduerte plures alios esse casus, in quibus 86
quis non coloratum titulum habere dicitur, licet non ad effectum istius Reg. Primò, in specie *cap. de mu'tis de prabend. & in extrauag. execrabilis eod. tit.* vt late probat Gomes. *hic quæst. 10. vers. Istis tamen non obstantibus*: quo in loco probat execrabilem, seu possidentem duo beneficia incompatibilia (modo tamen non sit talis declaratus per sententiam, vt idem Gomes. notat *q. 24. vers. non obstat etiam*) nequaquam excludi beneficio istius regulæ: idq; ea ratione quod dispositio istius Regulæ excipit tantum duos casus, in quibus Papa statuit Regulam non habere locum; ergò in alijs non exceptis regula firma manet *d. l. nam quod liquidæ. &c*: quod maximè procedit in eo qui diu possedit incompatibilia, vt puta per decennium, quia tum militat pro eo titulus dispẽsationis præsumptus, *Nauar. cons. 4. de off. ord. & cons. 20. de Præb.* & Regula hæc contenta est titulo præsumpto *Cassad dec. 2. de caussa poss. & propr. nu. 2. & 3. dec. 8. super reg. Cancell. Greg. Tholos. de ben. c. 25. nu. 15. Nauar. cons. 4. tit. de off. ord. nu. 6.* 87
& cons. 20. de præb. Flam. Paris. de resig. lib. 11. q. 14. nu. 27. & lib. 3. q. 6. & lib. 10. nu. 9. etiam non dispensatione mõstrata, modo tamen ea allegetur *Nauar. d. cons.* 88
4. num. 9. Gomes. q. 26. Si tamen constet de aliquo titulo inualido præambulo, 89
tum non iuuabitur beneficio huius Regulæ. nam vbi manifestè probari potest de fundamẽto inualido, huiusmodi titulus non dat colorem *Boerius in dec. Burdig. decis. 24. num. 6.* quia dicitur emanare de facto, & non de iure *Felij in c. in nostra de Rescript. Mascard. d. conclus. nu. 15.* & hoc est perpetuum in beneficialibus, vt vitiosus ingressus nunquam dari debeat, ideò cautius fecerit possessor triennalis, si titulum non exhibeat, alleget tamen coloratum vt omninò iniustam possessionẽ non habuisse videatur. At si titulum exhibeat inualidũ quidem & nullius momenti, sed tamen non vitiosum, magis est, vt locus sit Regulæ extra casus in ea exceptos; siue quod d. Regula nullius veri tituli probationem exigat, siue quod super nullitate & inualiditate tituli videatur possessor tacitè dispensatus ab Episcopo qui certis temporum curriculis omnium beneficiorum in sua Diœcesi constitutorum, & statum, & possessores inquirere ex officio tenetur, atq; ita ex Gomes. *q. 10. in fi.* resoluit Senatus Sabaudiæ *in vna Parochialis Eccles. prid. Kal. Septemb. 1588.* teste Ant. Fabro *in suo C. lib. 1. tit. 2. definit. 5. & definit 56.* In animæ tamen iudicio non erit tutus; imò tenebitur is beneficiũ dimittere quoties sciuerit sibi Canonicum tit. ad id obtinendum deficere Couar. *tom. 1. Relect. in c. Possessor p. 2. §. 10. nu. 10. de reg. iur. in 6.* Secundus casus qui non tribuit

buit titulum coloratum, est in eo qui recipit Episcopatum, *iuxta c. cum in cunctis §. cum verò de electio*. Tertius est in collatione facta à Vicario generali, quæ non est colorata, cum non habeat potestatem conferendi *cap. fin. de off. Vicar. in 6.* Quartus est in collatione facta ab Ordinario, cui erat ab executore inhibitum propter decretum litterarum, de quo per glo, *in c. si soli de de concess. preb. in 6.* quia talis non dicitur habere titulum coloratum, vt tenet Gaspar de Perusio *in tract. de Reseruat.* Quintus casus est quando habens titulum ingreditur possessionem beneficij præter superioris auctoritatem, vt not. Innoc, *in cap. Bona 2. de Post. prælat. & in c. litteris de rest. spol.* etiamsi talis cum titulo habeat executoriales canonizatorias tituli, vt tenet stylus Rotæ, de quo meminit Felij *in c. ad probandum col. 4. de re iud.* Deniq;, titulus coloratus videtur dici posse vbicumq; non inducitur priuatio à iure, etiam quod sit defectus in conferente, *Lapus alleg. 16. an valeat collatio nu. 2. & 3. & alleg. 103. sæpè mihi nu. 2.* Notandum postremò, si negetur possessorem titulum coloratum habere, non probãdum esse per possessorem, sed per actorem, vt notat ex cõmuni DD. opinione Gomes. *hic q. 43.* Atq; hi quidem tituli discolorati obsunt quo-ad dispositionem iuris cõmunis, non etiam quo-ad effectum huius Regulæ. Deniq; aduerte titulum coloratum superuenientem pẽdente triennio non fieri triennalem possessorem *Guimer ad pragm. Sanctio. tit. de Pacif. possess. in pr.*

X *Vel homicida*) Vide supra Regulam proximam in glo. verbi *de beneficio vacante ipso facto.*

Y *De personis habilibus*) Vt communis opinio ita esset, ei tamen aduersatur, vt supra ostendi, in verbo laicus vel spurius, opinio Rotæ, cuius auctoritas maioris est ponderis quam communis DD. opinio, vt scribit Hiero. Guchalon. *ad Reg. Decij Iura sanguinis de reg. iur. nu. 42.*

Z *Tamen contrarium credo verius*) Hanc auctoris nostri opinionem etsi validissimis videatur niti argumentis, eam tamen reijcit Gomes. *hic quæst. 5.* motus diuersis Rotæ præiudicijs, quæ ibi in medium producuntur, tandemq; post variam veri inquisitionem, resolnit Regulam istam etiam locum habere in 29
Commẽdis perpetuis. neq; obstare videtur quod pro contraria sententia affert hic Auctor. scilicet quod Commendatarius non habeat titulum: quia hoc pretendit in Commẽda temporali, in qua non datur plena dispositio, nec conuersio in proprios vsus: aliter atq; in perpetua *Gomes. d. loco vers. dicta igitur omnia Doctorum*: cui adstipulatur Abb. *in c. Cum olim col. pen. de Rerum permut.* Istaq; opinio firmatur per verba quæ Hadrianus VI. huic Reg. adiecit *ex quouis titulo*, quibus verbis dubium non est comprehendi Commendam, siue illa sit propriè titulus, siue impropriè, quod & probauit Rota Mohedani *dec. 16. de caussa poss. & propr.*

ZZ Non

ticiorum, qui omninò ſunt ſingulares, poſſeſſio vnius
talibus non cadat ſucceſsio iuris vel facti.

Sed an vitium litigioſi trãſeat in tertium qui habet
litigantibus ex diſpoſitione huius Regulæ? hanc quæ
Reg. de Surrogandis nu. 35.

Verùm vt redeam vnde diuerti, aduerte plures
quis non coloratum titulum habere dicitur, licet
Primò, in ſpecie *cap. de mu'tis de prabend. & in extra*
te probat Gomeſ. *hic quæſt. 10. verſ. Iſtis tamen non ob*
bat execrabilem, ſeu poſsidentem duo beneficia i
non ſit talis declaratus per ſententiam, vt idem G
ſtat etiam) nequaquam excludi beneficio iſtius
diſpoſitio iſtius Regulæ excipit tantum duos caſ
gulam non habere locum; ergò in alijs non exc
nam quod liquida. &c: quod maximè procedit in
bilia, vt puta per decennium, quia tum militat
ſumptus, *Nauar. conſ. 4. de off. ord. & conſ. 20.*
eſt titulo præſumpto *Caſſad. dec. 2. de cauſſa po*
reg. Cancell. Greg. Tholoſ. de ben. c. 25. nu. 15.
& conſ. 20. de prab. Flam. Pariſ. de reſig. lib. 11. q
nu. 9. etiam non diſpenſatione mõſtrata, mod
4. num. 9. Gomeſ. q. 26. Si tamen conſtet de
tum non iuuabitur beneficio huius Regulæ.
de fundamẽto inualido, huiuſmodi titulus
deciſ. 24. num. 6: quia dicitur emanare de
de Reſcript. Maſcard. d. concluſ. nu. 15. & h
vitioſus ingreſſus nunquam dari debeat,
lis, ſi titulum non exhibeat, alleget tam
ſeſsionẽ non habuiſſe videatur. At ſi tit
lius momenti, ſed tamen non vitioſum
ſus in ea exceptos; ſiue quod d. Regul
ſiue quod ſuper nullitate & inualidit
ſatus ab Epiſcopo qui certis tempor
Diœceſi conſtitutorum, & ſtatum,
atq; ita ex Gomeſ. *q. 10. in fi.* reſol
prid. Kal. Septemb. 1588. teſte Ant.
56. In animæ tamen iudicio non
quoties ſciuerit ſibi Canonicum
Rele [illegible] *ſſor p. 2. §. 10. nu*

...catione: limita, vt ibi.
... non publicāti non pro-
... hæc, nec de Annali.
... publicationis resultans
... i possessione quādo pos-
... on iuuet.
... on publicationis sufficit
... uras, & quæ illæ?
... ur publicatio nisi fiat coram
... ine, vel quando transit in
... m.
... a non publicationis proba-
... o, quod infra tempus datum
... icandum non habuit Resigna
... collationem, sine qua posses-
... d. pisci non potest.
... gnatarius cessionis iuris, an pu-
... care teneatur?
... a an possit derogare, vt quis non
... eatur publicare?
... ossessio quo-ad effectum huius Re
... ulæ includit detentationem.
Quid si resignans moriatur in posses-
sione, & quid in possessione liti-
giosa?
Fructuum perceptio per resignātem
inducit præsumptionem cōfidentiæ,
quę tamen præsumptio tollitur, cum
constat de caussa, ex qua percepti fue
runt.
42. An publicandi onere excusetur quis
quādo resignatio beneficij facta fuit
liberè ad manus Papæ.

Non est beneficium Commenda) Est tamen velut titulus beneficij, vt dicit decisio Rotæ apud Farinacium *decis. 141. nu. 6. part. 1. in Nouiss.* Sed hodie difficultas per nostrum proposita, cessat per clausulam Adriani VI. ibi, *ex quouis titulo*, supra initio positam.

Argumenta in Reg. XXXIIII. INNOCENTII VIII. quæ est XXXVI. PAVLI. V.

1. HAEc Regula obuiat fraudibus hominum.
2. Fraus fit huic Regulæ, quando resignans constituit se possidere nomine resignatarij.
3. Mutata caussa possessionis fraus non præsumitur.
4. Veritas præualet opinioni.
5. Publicatio resignationis qualiter fiat in curia.
6. Possessio ad effectum huius Reg. peti potest coram Notario & testibus.
7. Interpellatio vbi requiritur, sufficit extraiudicialis.
8. Resignans si moriatur in possessione resignatio nulla est, & beneficium vacat per obitum: & quid si non moriatur, sed viuit post tempus hic statutum?
9. Potentia aduerbij *quoque*.
10. Resignatione facta in partibus beneficij reseruati ignorante resignatario qui tempore lapso venit ad curiam, an habeat locum terminus huius Regulæ?
11. Terminus statuti nunquam est peremtorius, si probetur impedimentum.
12. Auctarium huic Reg. datum est per Iulium III.
13. Hæc Regula vt & Iulij III. & Constitutio Pij V. partim immutata, partim abrogata est per Gregoriũ XIII.
14. Constitutio Gregorij XIII. est hodie in viridi obseruantia.
15. Quæ sit differẽtia inter hanc Innocentij Regulam, & Pij V. siue Gregorij XIII. constitutionem: cuius requisita, forma & effectus examinantur, & quæ beneficia sub illius dispositione comprehendantur.
16. Duplex caussã finalis est huius Reg.
17. Omnes omninò adstringũtur ad dispositionem huius Reg. siue Constit. Greg. XIII. quantacumque resignantes dignitate fulgeant, etiam Cardinalatitia.
18. Commendatarij sub hac Regula comprehenduntur.
19. Renunciationes in fauorem non subsistunt coram Ordinarijs, ideo purè & simpliciter fieri debent: & hæc simplex renunciatio caussas requirit.
20. Resignans constituens se nomine resignatarij possidere an ligetur dispositione huius Regulæ?
21. Facta publicatione resignatarius post adeptam possessionem potest resignanti locare fructus beneficij resignati, qui si moritur in possessione tanquam conductor, beneficium non vacat per obitum.
22. Recipiens beneficium si constituat dimittentem vel eius parẽtes ad percipiendum & locandum fructus beneficij resignati, confidentiam committit, limita vt ibi.

23. Gre

23. Gregoriana per æquipollens ad impleri nequit.
24. Publicatio est quoque necessaria in resignationibus coram Ordinarijs, & quidem iuxta formam Constit. Gregorianæ: etiamsi resig. fiat coram Ordinario, & prouisio per Papam.
25. Quo in loco & quo tempore publicatio fieri debeat.
26. A publicatione & pœna Constitut. Gregorianæ qui excusentur.
27. Casus fortuitus, infirmitas, obliuio, paupertas, &c: ignorantia collationis factæ, minor ætas, non excusant à pœna Gregor. constitutionis. Et quid si mors Papæ impediuerit, quo minus litteræ expedirentur?
28. Prorogatio tẽporis publicationis ob iustam caussam, vel restitutio obtenta, Impetranti non prodest, nisi derogatum sit Regulæ XVI. supra.
29. Clausulæ apponi solitæ in restitutione: & intellectus clausulæ *dummodo tempore data præsentium &c.* Vtri incumbat onus probandi non publicationem, an impetranti ob non publicationem, an verò opponenti?
30. Publicatio præsumitur facta tempore oportuno.
31. Negatiua probanda est per eum qui se in ea fundat, siue sit negatiua iuris, siue facti, siue qualitatis.
32. Triennalis possessor non tenetur docere de publicatione: limita, vt ibi. Resignatario non publicãti non prodest Regula hæc, nec de Annali.
33. Præsumptio publicationis resultans ex triennali possessione quãdo possessorem non iuuet.
34. Probatio non publicationis sufficit per coniecturas, & quæ illæ?
35. Non dicitur publicatio nisi fiat coram multitudine, vel quando transit in publicum.
36. Negatiua non publicationis probatur ex eo, quod infra tempus datum ad publicandum non habuit Resignatarius collationem, sine qua possessio adipisci non potest.
37. Resignatarius cessionis iuris, an publicare teneatur?
38. Papa an posSit derogare, vt quis non teneatur publicare?
39. Possessio quo-ad effectum huius Regulæ includit detentationem.
40. Quid si resignans moriatur in possessione, & quid in possessione litigiosa?
41. Fructuum perceptio per resignãtem inducit præsumptionem cõfidentiæ, quę tamen præsumptio tollitur, cum constat de caussa, ex qua percepti fuerunt.
42. An publicandi onere excusetur quis quãdo resignatio beneficij facta fuit liberè ad manus Papæ.

Regula XXXIIII. Innocentii VIII. quæ est Pauli V. Regula. XXXVI.

DE PVBLICANDIS RESIGNATIONIBVS.

ITem idem D. N. ſtatuit, & ordinauit, quod quæcumq; eccleſiaſtica beneficia, ſiue in Rom. Curia, ſiue extra eam reſignata, niſi de illis factæ reſignationes, ſi in Roman. Curia infra ſex menſes, ſi extra dictam Curiam factæ ſint, infra menſem, extunc vbi dicta beneficia conſiſtunt, publicatæ, & poſſeſſio illorum ab eis quos id contingit petita fuerit, ſi reſignantes illa poſtmodum in eorundem reſignatorũ poſſeſſione deceſſerint, non per reſignationem, ſed per obitũ huiuſmodi vacare cenſeantur: collationes quoq; de illis tanquam per reſignationem vacantibus factæ, & inde ſecutæ, nullius ſint roboris, vel momenti.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A HAEc Regula dicit, quod ſi beneficia ſint reſignata ſiue in curia, ſiue extra eam, &
reſignatio non fuerit publicata, ſi ibi fuit facta infra ſex menſes, & extra curiam
ſi ibi facta fuit infra vnum menſem, & poſſeßio petita non fuerit ab eo cui facta fuerit
collatio, quod ſi moriatur in poſſeßione illius, ille qui renunciauit, quod cenſetur vacare
per mortem, & non per reſignationem, & quod collatio ſic facta per reſignationem non
valet h. d.

B. Et certè iſta regula eſt maximè æquitatũ, & eſt certa; quia obuiat hic Papa malitijs 1
& fraudibus Curialium: nam vnus poterat reſignare beneficium ſecretò & poſtea manebat in poſſeßione, & cum impetrabatur per mortem illius, apparebat ille primus qui impetrauerat per reſignationem &c: ideò Papa prouidet circa iſtas fraudes hic & ad
hanc regulam facit l. ſicut §. ſuperuacuum ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol.

Contra iſtam Regulam tamen hodie fit fraus, & vidi de facto, quod ſi vnus renunciat
alteri, & fit ſibi collatio per Ordinarium, vel per Papam, & tenetur ſecretè, tunc ille qui 2
C renunciat ſecretè conſtituit ſe poßidere nomine alterius, quod poteſt fieri in beneficialibus
D ſecundũ vnum intellectum c. cum veniſſent De reſt. ſpol. & tunc ſatisfit huic Regulæ;
tamen ſemper ille poßidet: quia tamen mutata eſt cauſſa poſſeßionis, tunc non præſumitur fraus per l. 1. C. de do. ante nup. ibi Bal. hoc notat ad limitationem d. §. ſuperuacuum 3

peruacuum *& sic fraus quæ probari non potest, prodest facienti* l. si in fraudem. cum glo. C. de leg. & Bal. ibi not. ego allego c. requisisti de test. in fi. cum glo. *quod intelligo verum iure fori, sed non iure poli* arg. c. erubescant. xxxii. dist. 4

E *Et ista Regula facit contra præsumptionem iuris: nam est certum, quod veritas prævalere debet opinioni* c. veritate. cum glo. viii. dist. *tamen hoc verum, nisi Princeps certus de veritate mandet præferri opinionem, vt in casu isto: & potest Princeps facere, vt plenè declarat Bar.* in l. is qui pro empto ff. de vsucap. *& quia hic dicitur de publicatione, tamen quo-ad istam Regulam satis est quod capiatur pro ostensione vel notificatione fienda illi resignanti* facit glo. in l. ii. C. de petit. bon. sub lib. x. c. nulli fas

F xix. dist. *Ideò in Curia si ibi esset renuntians, satis esset quod sibi notificaretur prouisio coram notario & testibus: sed ex supradictis arbitror sufficere, si fiat in Cancellaria, vel in Camera Apostolica,* facit glo. in auth. de non eligendo secundo nuben §. fi. 5 in verbo proclamata *& quod ex ea notat Angelus ibi: & idem credo si non sit præsens renuntians in curia, quod procurator publicet ibi in Cancellaria quando renuntiat*

G *nomine alterius: licet aliqui publicent in Audientia Contradictarum, & sic fit hodie in Audientia contradictarum ex abundanti.*

Item in quantum hic dicitur quod possessio petatur, *crederem fore satisfactum si coram notario & testibus petatur, licet non iudicialiter: quia quando fit mentio de in-* 6 *terpellatione, sufficit vnica extraiudicialis* vt est glo. in c. si Episcopus xviii. dist. 7 & ibi dicit Dominic. facit glo. & ibi Doct. in cap. cum caussa de offic. deleg. & clem. i. de deci.

Item ponderanda sunt verba hic posita inquantum ponunt conditionem, scilicet, si resignantes in possessione moriantur &c: *& postea dicitur quod collatio ipsorum beneficiorum, tanquam per resignationem vacantium, non valeat &c: ex quo sequitur quod cassatur hic illa collatio, vel prouisio Papæ facta per reseruationem, quando re-* 8

H *signans moritur in possessione &c: sed si non moriatur in possessione vel possidet, sed viuit post triennium hic statutum, tunc quia illa conditio est resolutiua, & si non existit, sequitur quod dispositio non habeat locum* arg. l. ii. ff. de in diem addictione l. cedere diem ff. de verb. sign. *& facit quod dicit Old.* in cons. cclxxx. in iii. colum. quod incipit, Allegationes: *& sic sequitur quod si vnus dedit mandatum de resignando in Curia, & procurator resignauit, sed non fuit facta diligentia de qua hic, tunc si ille qui dedit mandatum viuit, quod semper ille cui facta est resignatio, potest expedire bullas & habere possessionem: & ista Regula non obstat; immò iuuat per prædicta: & sic audio sententiatum fuisse in Palatio. & ad hoc facit etiam aduerbium* quoque *hic positum,* 9 *quod copulat, & est similitudinarium extensiuum ad præcedentia; & de eius natura est præcedentium omnium & eorum accedentium repetitionem indicare, vt probat Oldradus* cons. ciii. quod incipit quæsitum est, & alleg. l. in repetendis ff. de leg. iii. & de fund. instru. l. Seiæ §. Gaio. *sed sic ponitur hic, ergò &c.*

I *Omitto ponere hic, si resignatio fuit facta in partibus beneficij reseruati: sed ille in*

 cuius 10

cuius fauorem facta fuit nesciuit tunc, sed tempore aliquo lapso ante mensem sciuit, & venit ad Curiam, an habeat locum terminus huius regulæ? & circa hoc alia sufficiat pro nunc vna doctrina Bal. in c. quoniam de prohib. feu. alien. *per Lor. qui notat ibi quod terminus iuris, vel statuti, nunquam est peremptorius, si legitimum probetur impedimentum, & tale est illud, ergò &c: & allegat ibi multa iura, quæ sufficiant ad alios casus.* 11

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A HAEc Regula) Huic INNOCENTII Regulæ addidit Iulius III. post verba *infra sex menses*, sequentia, *à die datæ supplicationis, non à die præstiti consensus computandos*: & in fine post verba *collationes quoq;* addidit, *& quæuis aliæ dispositiones*. quorsum autem istæ appendiculæ sint huic Regulæ insertæ, in discusione Regulæ dicam. Sed aduerte primùm hanc Regulam eòdem collineare, quo Regula de Infirmis, ne videlicet beneficia fiāt hæreditaria, & ne Ordinarijs & Exspectātibus illudatur: aliæ porrò caussæ finales huius Constitutionis dabuntur infra. Verùm notet lector, tam hanc INNOCENTII Regulam, quam Iulij, & aliorum exinde Pontificum à temporibus GREGORII XIII. ad ætatem vsq; PAVLI V. Pontificis Max. fœliciter hodie regnantis inclusiuè, Regulis Cancellariæ non esse insertam, sed omissam, propterea quòd multifariam, vt postea ostendemus, ea sit immutata vel abrogata per Constitutionem dicti GREGORII XIII. de data 1583. Non. Ianuarij, quæ nunc est in viridi obseruantia, & derogatoria etiam Cōstitutionis PII V. eodem tendentis, vt scriptum reliquit Flam. Paris. *lib. 11. de resig. ben. in fi. præfationis, & q. 11. nu. 49.* estq; hodie adeò vsu passim recepta, vt non possit allegari eam in partibus non fuisse publicatam, vt idem notat Parisius *d. lib. quæst. 9. num. 6.* licet in Hispania, vt nonnulli volunt, quoad resignationes & permutationes coram Ordinarijs factas vsu non receptam dicant, vt notat Nicol. Garcia *tract. de benef. c. 3. §. 4. num. 289. part. 11.* In alijs verò Prouincijs, adeò est recepta, vt non seruata illius forma, resignationes & permutationes siue coram Papa, siue coram Ordinario factæ, nullius sint roboris, beneficiaq; vti reseruata possint à Papa impetrari, *Flam. Paris. d. lib. 11. q. 7. nu. 7. & 37.* 12 13 14

Hoc autem interest inter hanc INNOCENTII Regulam, & GREGORII siue etiā PII. V. constitutionem, *Primò*, quod illa tria copulatiuè requirebat ad effectum vt fingeretur vacare per obitum, videlicet vt non facta sit publicatio, vt capta non sit, vel petita possessio, Item quod resignans in possessione post sex menses decedat, adeò quod quoties non constabat de morte in possessione, non erat 15

erat locus Regulæ vt notat Gomeſ. *ad hanc.* Reg. *q. 15.* cuius tamen opinionem reprobat Auctor Analyt. Comment. ad hanc regulam *nu. 12. & ſeqq.* adſtruens ſufficere ſi conſtet reſignantem poſt tempus hic deſignatum deceſsiſſe in poſſeſsione; Iſtæ autem Conſtitutiones caſum obitus in poſſeſsione ſuſtulerunt, vt patet per verba dictæ Conſtitutionis Pianæ, ***etiamſi reſignantes. vel cedentes extra poſſeſsionem eorundem beneficiorum ciuiliter, vel naturaliter deceſſerint***; & illa Gregorianæ in pr. ibi: ***& poſſeſsione non habita***: quæ exſtant apud Flam. Pariſ. *d. lib. 11. in præfat.*

Secundò hoc intereſt, quod in hac Regula detur tempus ad publicandum in Rom. Curia ſex menſium; extra verò Curiam, vtputa coram Ordinarijs locorum tempus vnius menſis, quod & in dicta Piana Conſtitutione cautum erat: At verò per GREGORII XIII. Conſtitutionem in Rom. Curia dantur ſex; ſi verò extra, nouem menſes: & infra hæc tempora reſignatarius litteras quoque expedire debet, vt latè notat Flam. Pariſ. *de reſig. ben. lib. 11.* In ijs autem rennuciationibus ſeu ſimplicibus, ſeu ex cauſſa permutationis, (nam etiam in his Regula hæc locum habet, vt videre eſt in Conſtit. Gregoriana; atq; ita etiam decidit ampliſsim. ordo Senatorius Sabaudiæ *anno 1595.* teſte Anton. Fabro *lib. 1. defin. foren, tit. 2. definit. 79.*) quæ fiunt etiam extra Curiam, ſed coram Ordinarijs locorum, vel Legatis de latere, vnius menſis ſpatium ijs præſcribitur, vt admittant, reijciant, aut conferant & prouiſus debet publicare inta tres menſes: alioquin collatio erit nulla, & beneficiũ ceſeatur vacare eo ipſo in curia dũtaxat, poſsitq; à quolibet impetrari, teneturq; eo caſu impetrans etiam publicare intra tempora præſcripta, quod notandum eſt, licet de his latè & diſtinctè conſtet per dictam GREGORII conſtitutionem, quæ etiam ſtatuit dictos menſes computandos à data prouiſionis, ſeu conceſsionis gratię, non etiam à die præſtiti conſenſus, vel datæ ſupplicationis, vt habet hæc Regula, ſaltem vt aucta eſt per Iuliũ III & proinde dictũ tẽpus ſtatim à data prouiſionis continuò currit, ſiue reſignatio ſit pura, vel conditionalis, ſiue ſimplex, ſiue in fauorem, ſiue cauſſa permutationis, ſiue aliter, ſiue etiam reſignatio fiat in curia, ſiue extra eam, ſiue apud Legatum, vel Ordinarium, cùm hæc Regula, ſiue etiam dicta Gregoriana conſtitutio in rem ſcripta ſit, ***Zerola in praxi Epiſcopali in verbo Renunciatio.***

Tertiò, per hanc Regulam beneficium in cuius poſſeſsione moriebatur reſignans, vacabat per obitum, vt notat hic noſter Auctor, ***verſ. ex quo ſequitur quod caſſatur &c***: Per Conſtitutiones autem PII V. & GREGORII XIII. non ita: nam eiuſmodi beneficia ſunt Papæ reſeruata, à quo ob non factam publicationem impetrari debent, nec inferior poteſt ſe in collatione beneficiorum ſic vacantium intromittere, & conferendo nulla eſt collatio, ***Rota deciſ. 3. nu. 1.***

de off.

de off. Legat. in no. & decis. 1. de Re permut. Flam. Paris. d. lib. 11. quæst. 7. nu. 34. & seqq. & hoc siue resignatio fiat in Curia, vel extra eam, vt si ille cui collatum beneficium vacans per renunciationem simplicem ab Ordinario non publicet, 11
collatio sit nulla, & beneficium illud pariter sit reseruatum, & de eo non poterit Ordinarius disponere, *Flam. d. q. nu. 40.*

Quartò, hæc Regula computat tempus sex mensium à die datæ supplicationis, vt patet, vel, vt aliqui volebant à die præstiti consensus *Gomes. hic q. 7.* Hæc autem Gregoriana Constitutio à data concessionis gratiæ, vt liquet ex verbis, ***à data concessionis , non etiam à die præstiti consensus numerandos ; Nauar. cons. 36. nu. 4. de Simonia.***

Quintò, dicta Gregorij Constitutio comprehendit etiam resignationes ex causa permutationis vt diximus. Item Commendarum, & Iurispatronatus, 12
vt not. etiam Ill. Card. Seraphinus *in suis decis. decis. 1289.* & Cessiones quorumcumq; iurium, & litis, ac etiam Retrocessiones de quibuscumq; beneficijs Ecclesiasticis. *Flam. Paris. d. lib. 11. q. 5. nu. 54.* siue beneficium sit simplex, dummodo non sit rurale, (quo casu Gregoriana statuit vt in Ecclesia parochiali intra cuius limites beneficium cōsistit publicatio fiat) siue cum dignitate, siue non *Flam. Paris. ad d. lib. q. 3. per tot.* Insuper comprehenduntur sub dispositione huius Constitutionis GREGORII XIII. beneficia Iurispatronatus, vt & beneficia Consistorialia, minora tamen, vt Abbatiæ, & similia, quæ etsi sint Consistorialia, solent tamen prouideri extra Consistorium; secus in cessione Episcopatus, & Archiepiscopatus, & similium, quæ per dictam Constitut. PII V, &
GREGORII XIII. in Consistorio prouidentur *Paris. d. q. 3.* Item beneficia liti- 13
giosa *vt etiam habetur in d. Constit.* Item hospitalia, tam quæ dantur in titulum, quam quæ in administrationem *Paris. d. q. 3. nu. 45. Farinacius dec. 668. in Antiq.* Item Regularia *idem Paris. nu. 86.* & Commendæ, *idem d. lib. 11. q. 5. nu. 32.*
& beneficia Reseruata, *idem d. q. 3. nu. 4.* vt & ea quæ iure deuoluto conferun- 14
tur, quippe beneficia deuoluuntur cum omni onere & qualitate *Seraphinus dec. 1363. nu. 2. & 4. in vna Parochial. Mediolan. de anno 1600. lunæ 19. Maij* Deniq; beneficia etiam Electiua comprehendentur sub dispositione dictæ Constitutionis cum militet eadem ratio *Flam. Paris. lib. 11. de Resig. benef. q. 3. nu. 30.* At verò, hæc nostra INNOCENTII Regula non vsque quaq; definiebat, quæ beneficia venirent sub illius dispositione, quemadmodum constat ex diuersis quæstionibus, in quibus frustra se fatigauit Do. Gomesius, neque non Auctor Analyt.
Comment. *ad hanc Reg.* vbi iste à nu. 47. vsq; ad nu. ferè 100. variè se torquet 15
in quæstione per eum proposita, an hæc videlicet Regula locum habeat in beneficijs resignatis ante contractum matrimonij, vel ingressum religionis, vtputa si talis resignans possessionem post tempus huius Reg. retineret & postea tertius beneficium resignatum impetraret: nam tum eo casu tertius non admittebatur

batur per hanc Regulam iuxta opinionem Gomesij *hic q. 19. & aliorum*: Sed iam aliud dicendum est per prædictam Gregorii Constitutionem, quæ tamen locum non habet in beneficijs vacantibus per adeptionem aliorum iuxta decretum apponi solitum de dimittendo liberè ad manus Sãctissimi intra duos menses, vt fuit resolutum in vna Feltren. parochialis *10. Nouembris 1600. coram D. Lancellotto. Garcia d. §. 4. nu.. 334.*

Sextò, tempore huius Innocentii Regulæ, publicatio fieri poterat in quocumq; loco beneficij resignati, *Gomes. hic quæst. 9. vers. Tamen ex quo textus Geminia cons. 75. in caussa, in fi.* At verò, dicta Constitutio mandat fieri publicationem in Ecclesia beneficij resignati, vel in Cathedrali Ecclesia, vel Metropolitana vel alia superiori Ecclesia, cui beneficium resignatum vel cessum subest, vbi frequens populus ad missarum solemnia conuenerit, siue diebus festiuis siue non, exhibitis litteris Apostolicis, vel earum transumpto authentico, & declaratione qualitatis beneficij, nominisq;, & cognominis resignantis, ac illius in cuius fauorem eiusmodi gratia facta est, ita vt verisimiliter hæc omnia possint ad omniũ notitiam peruenire, dicendo v. g.: Notum sit omnibus quatenus N.
" resignauit ad manus suæ Sanct. beneficium simplex, Ecclesiæ Diui Petri huius
" Ciuitatis, seu beneficium curatum Ecclesiæ loci de N. huius Diœcesis, & de eo
" facta est gratia Meuio vt ex his bullis seu litteris Apostolicis, aut transumpto
" authentico, quas in manus habeo. Nec opus est litteras ipsas legere, nec earum datam *Flam. Paris. lib. 11. q. 6. nu. 41.* debetq; talis publicatio fieri alta, & intelligibili voce, nec in choro tantum, sed in ipsa Ecclesia. vnde publicatio facta in choro coram Canonicis & Præsbyteris duntaxat, est nulla, vt fuit resolutum in vna Tarentinæ Canonicatus *12. Maij 1589. coram D. Orano Flam. Paris. d. q. 6. nu. 18. Nicol. Garcia tract. de ben. part. 11. cap. 3. §. 4. nu. 294.* Insuper affigitur valuis Ecclesiæ diploma quod contineat ea quæ dicta sunt, nimirum resignationem, ac beneficij qualitatem & inuocationem, nominaque, & cognomina resignantis, ac illius in cuius gratiam facta est, eo modo quo dictum in publicatione, licet aliqui velint affigi copiam integram ipsarum litterarum vt ait Flam. Paris. *d. q. 6. nu. 56. & 59.* ideóq; cum requirantur actus publici, non satis erit si resignatarius publicè missus sit in possessionem beneficij (quod tamen censuit sufficere Senatus Sabaudiæ apud Ant. Fabrum *lib. 1. definit. Foren. tit. 2. definit 14. & definit. 59*) cum vltra illud requiratur solemnitas publica, vt supra, *Achilles de Grassis decis. 189. per not. Cassad. decis. 26. super Reg. Flam. Paris. d. lib. 11. q. 6. nu. 7. cum seqq. Rebuff. in praxi ad hanc Reg. glo. 10. verbo Publicata* vbi etiam scribit eum qui vult publicare, & capere possessionem beneficij resignati debere habere Notarium illius Ecclesiæ, in qua beneficium situm est, & ille instrumentum possessionis conscribere debet, qui si recuset, alter Notarius eiusmodi possessionis instrumentum conscribere poterit. Sed istud non requiritur ex

Constitutione Gregoriana, sed sufficit per quemcumq; Notarium publicare, seruatis tamen ijs quæ per illam seruari mandatur. Sunt autem qui tria coniunctim requirãt vt sit locus dictæ Constitutioni. Primò vt non sit facta publicatio intra tempus hic definitum. 2. vt non sit petita possessio. 3. vt resignans decesserit in possessione intra dictum tempus: ex quibus, si vel vnum desit non est locus Regulæ, & beneficium per resignationem, non per obitum vacare intelligitur, tametsi mortuus sit qui resignauit, *Gomes. ad hanc Reg. q. 15. Anto. Faber lib. 1. definit. Foren. tit. 2. definit. 60.* Aduerte tamen quod de stylo solet dari noua
„ prouisio ob non publicationem resignationis cum clausula: Et cõmitatur Or-
„ dinario &c: & cum decreto quod Orator resignationem huiusmodi publicare
„ & alia omnia ad quę ex pręscripto d. Cõstitutionis tenetur facere infra tres men
„ ses proximos debeat & teneatur: & dummodo non sit alteri ius quæsitum nec vllos fructus perceperit. si enim percepisset & hoc non narret, gratia esset nulla, de hac noua prouisione vide Gomesiũ *ad hanc Reg. q. 11.* vbi scribit nouam prouisionem etiam nullam æquipollere publicationi; licet in alia omnia eat Flam. Paris. *d. lib. 11. q. 6. nu. 116.* Sed & dantur prorogationes quarum prima est ad
„ quatuor menses: & sic formatur Supplicatio: Beatissimè Pater Alias beneficio
„ simplici vacante in Ecclesia N. vacante per liberam resignationem N. de illo
„ quod obtinebat in manibus S. V. sponte factam & admissam, deuoto S. V. Ora-
„ tori Petro Apostolica auctoritate prouideri mandatum fuit: Cum autem Pa-
„ ter Sancte dictus Orator certis ex caussis præpeditus resignationem huius-
„ modi iuxta formam constitutionis Gregorii Papæ XIII. prædecessoris
„ vestri de publicandis similibus resignationibus editam infra tempus in ea
„ præfixum publicari facere non speret, supplicat igitur humiliter Sanctitatis
„ vestræ Orator prætactus, quatenus sibi specialem gratiam faciens, nouem men-
„ ses sibi à dicta constitutione præfixos, infra quos adhuc existit, ad alios quatuor
„ menses à fine prętactorum nouem mensium computandos, quibus durantibus
„ resignationibus huiusmodi publicare, ac omnia alia iuxta prætactam constitu-
„ tionem quomodolibet tenetur facere, & adimplere, liberè & licitè valeat,
„ Apostolica authoritate prorogare, extendere, & ampliare dignetur, de gratia
„ speciali, non obstantibus prætacta, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus
„ Apostolicis cæterisq; contrarijs quibuscumq; cum clausulis oportunis &c:
Alia prorogatio datur item ad tres menses, & alia ad duos &c: sed istæ prorogationes censentur factæ cum eisdem qualitatibus & conditionibus quibus primus actus fuit celebratus.

B *Quia obuiat hic Papa*) Romanus *in consil. 433. col. 2. vers. Secundo considero,* scribit duplicẽ esse causam finalem huius Regulę. Prima, vt collator habeat notitiam, ne ex collatione inducantur lites. Secunda, vt fiat nota tertio, & cuicumq; prætendenti interesse. Tertia additur ex Apostill. vt populus agnoscat suum 16

suum pastorem, & obuietur multis fraudibus quæ ex clandestinis resignationibus oriuntur *Flam. Parisf. d. lib. 11. q. 1. per tot.* vbi etiam *nu. 38.* scribit adeò esse fauorabilem hanc Regulam, ac potius GREGORII XIII. Constitutionem, vt omnes omninò quantacumq; dignitate, etiam Cardinalatitia fulgeant, teneantur ad publicationem beneficiorum resignatorum, vt latius exemplificat q. 4. 17
Vnde cum fauorabilis sit, extendetur ad Commendatarios seu Commendas resignantes, *vt supra diximus nu. 15. vers. Quarto hac Regula* siue perpetuæ sint *Gomes. hic q. 4. Io. Franciscus Leonis tract. Thes. Fori Eccles. part. 2. cap. 4. num. 40.* 18
siue temporales, quæ nimirum fiunt fauore personæ cui propter temporariam incapacitatem tantisper commendatur, *Auctor Analytici Commentarij ad hanc Reg. num. 306.* Vbi subijcit in dubio præsumi Commendam perpetuam, & benè: quia ita per abusum fieri solet & abusus imperitorum facit ius *l. 3. in fi. ff. de supell. leg.* id est, communem opinionem rei, cui ius adaptatur, prout ex facto ius oritur. Siue igitur resignans tenebat idem beneficium in Commendam, eo quod aliud incompatibile possidebat in titulum, siue ex eo quod nondum erat in ætate habili, vel nondum in sacris, siue ex eo quod secularis esset, beneficium autem regulare, vel contra, idem est, quod de vero titulario quo-ad hanc Reg. & etiam omnes alios effectus regulariter. Quod autem dictum est de Commenda temporali, debet intelligi de simplici custodia redditioni rationum obnoxia, iuxta cap. *Nemo deinceps de electio in 6.* Secus si ideò temporalis est, quia Papa noluit ei conferre in titulum, donec esset in ætate, vel sacris initiatus, aut Monachismum professus, & ideò interim commendauit, quia semper gratia perpetua est, & data ad hoc vt perpetua sit, & pro vero titulo habetur ex quo perpetua esse potest *text. in l. sufficit ibi Alex. & Ias. de Condict. indeb. l. iurisperitos in pr. de excus. tut. Alex. cons. 213. nu. 6. & cons. 215. nu. 5, lib. 2.* Præterea extenditur d. Constitutio ad vnionem validam beneficij resignati, vt patet ex verbis in pr. *& quacumq; aliæ dispositiones siue temporales, siue perpetuæ* quæ verba *dispositiones perpetuæ* intelliguntur de vnionibus, teste Nicol. Garcia *de Benef. part. 11. c. 3. §. 4. nu. 286.* Extenditur etiam d. Constitutio ad secundum Resignatariũ, siue primus publicauerit, siue non, vt expressè habetur in Constitut. GREGORII *in pr. ibi: pluresq; & quotquot &c.* Flam. Paris. de Resig. *lib. q. 4. nu. 20.* Insuper extenditur d. Constitutio GREGORII XIII. ad Impetrantes beneficia ob non publicationem perindè atq; si obtinuissent per resignationem, vt patet ex illius verbis ibi: ***Et quicumque sic impetrans &c.*** & si plures impetrauerint, is præ omnibus obtinebit, qui primus publicationem suæ impetrationis, fecerit, & possessionem adeptus fuerit, aut petierit, vt habetur in d. Constitutione. Deniq; extenditur seu ampliatur d. Constitutio, vt quoties ex defectu publicationis non factæ iuxta ipsius formam contigerit resignationem esse nullam, non possit resignans repetere beneficium reseruatum, neque agere spolio,

 quia

quia omne ius ab eo cecidit; quamuis alias regulariter vbi ex aliqua caussa resignatio redderetur nulla,& nisi beneficium re ipsa resignatario acquiratur nunquam ab ipso resignante ius abdicetur & ad illud redire posset *Flam. Paris. lib. 1.q.3. Stephanus Quaranta in Summa Bullarij verbo : Beneficiorũ resignatorũ publicatio.*

C *Collatio per Ordinarium*) Non alienum est in gratiam iuniorũ hic subtexere, renunciationẽ in fauorem coram Ordinarijs non subsistere, vt est cõmunis DD. sentẽtia apud Fusc. de visitatione *lib. 2. c. 28. nu. 20.* lateque probat Auctor Analijt. comment. ad Reg. de infirmis *nu. 101. & seq.* ideo debet fieri purè & simpliciter, & hæc simplex renunciatio caussas requirit quæ exstant in cõstit. Pij v. 58. quæ incipit *Quanta Ecclesiæ* quas fusè dilatat Quaranta *in Summa Bullarij verbo Beneficiorum resignationes* : sed ego breuitatis caussa sub compendio referam. sunt igitur istæ: Si resignans sit senex, aut infirmus, vel corpore impeditus, puta morbo qui impedit quem promoueri, vel promotum administrare, aut si sit vitiatus, seu deformatus, vt putà cœcus vtroque oculo; claudus manu, aut pede; mutilatus, gibbosus, aut crimini obnoxius, ob quod nimirum veniret priuandus, aut si sit censuris ecclesiasticis irretitus, aut si non debet aut non potest ecclesiæ seu beneficio inseruire, vt pote propter scandalosam vitam, vel morbum caducum &c: si etiam vnum aliud, vel plura obtinuerit beneficia, si insuper religionem sit ingressurus, vel matrimonium contracturus, si sint inimicitiæ capitales. denique ordinarij admittunt renunciationes beneficiorum in casibus expressis in cap. nisi cum pridem de renunciat. vt statuit eadem Piana constitutio; & sunt istæ: conscientia criminis, debilitas corporis, defectus scientiæ, malitia plebis, scandalum, & personæ irregularitas.

Atque ex his caussis admitti solent renunciationes coram ordinarijs: qui tamen prius ad duo animaduertere debent 1. an renunciantes sint in sacris cõstituti: nam tum renunciationes non admittere debent nisi aliunde habeant vnde commode vitam sustentare queant *Quaranta d. loco, Vers. attamen vt renunciatio.* qua de re latius agam infra *ad Reg. de consensu in resignat. &c:* vbi etiam habes ipsam Pianam Constitutionem. Secundò, vt admittentes ex supradictis caussis non conferant consanguineis, seu affinibus, aut familiaribus resignantis, vel suis, ex eadem Piana Constitutione, quæ, vt inquit Flam. Paris. *lib. 5. de resig. ben. q. vlt.* est nunc in viridi obseruantia, & quotidie practicatur: ideò Lector consulat eundem Flaminium fusissimè & distinctè illam explicantem. Pœna autem dictæ Constit. est suspensio Ordinariorum à collatione, electione, & institutione beneficiorum, donec à S. Pontifice absolutionem obtinuerint, qui verò beneficia contra formam d. Constit. receperint, eadem pœna alligantur, præterquam quod eiusmodi renunciationes nullius sint roboris & effectus, Licet Quaranta *vbi supra*, aliud velit ex Flam. Paris. *lib. 5. de resig. ben. q. vlt. nu. 223.* vbi scribit Ordinarium demum incurrere pœnam suspensionis

in d.

in d. Constit. expressam, si conferat beneficia coram ipsis resignata personis ibi prohibitis; non etiam si conferat ex alijs causis quã ibi relatis: licet eo casu, resignationes sint nullæ propter decretum irritãs, ibi quod si secus & quicquid præter & contra formam &c:

D *Constituit se possidere*) Rebuff. *in praxi ad hanc Reg. in glo. 13. in fi.* inter alias huius Reg. limitationes & hanc nostri Auctoris producit, videlicet nisi 19
resignans constituat se possidere nomine resignatarij, quo casu Reg. ista locum non habebit, *Rota dec. 150. in No.* requiritur tamen, inquit, etiam hoc casu pu- 20
blicatio: alias Regula locum haberet. Cuius doctrina si vera est, quid proderit resignatario secreta resignatio, de qua hic noster Alphonsus? certè crederem illi non prodesse: nam licet ignoranti non currat tempus, nec ignoranti fraus possit adscribi, cesserérq; hoc casu ratio huius Regulæ, tamen quia per eiusmodi secretas renunciationes fieret fraus Regulæ, existimarim cum Rebuffo Regul. istam adhuc locum habere *d. gloss. 13. numero. 29.* quod secus esset si resignans maneret in possessione, & postea resignatarius post adeptam possessionem, & publicationem, resignanti fructus locaret, & is in possessione tanquam condu-
ctor moreretur: quia tùm non vacaret beneficium per obitum, quia resigna- 21
tio fuit publicata, & possessio apprehensa, vnde cessaret hæc Regula, sicut in eo videmus, qui retinet vsumfructum *l. quisquis C. de Donat. Boer. ad consuet. Bitur. tit. de Donatio. §. 1. Rebuff. d. §. 13. nu. 17.* Sed de his post paulò vberius dicemus.

E *Non iure poli*) Quia resignans per resignationem amisit ius percipiendi fructus, cum amiserit beneficium & possessionem *cap. post translationem §. rursus de Renunciat. cap. inter de Prabend.* Ideò PIVS V. *in Constit. 87. qua incip. Intolerabilis*, statuit censeri & præsumi confidentiam, si recipiens beneficium constituerit dimittentem vel eius parentes, aut propinquos, ad percipiendum vel locandum fructus beneficij dimissi, & illi vel illis de fructibus perceptis aut percipien-
dis donationem fecerit. quod & notauit Nauar. *cons. 78. de Simonia* hoc tamen 22
limita, quoties eiusmodi constitutio, remissio, seu precarium ilicò factum fuit post resignationem, secus si postea aliquo tẽpore interiecto, vel ex aliqua causa, nam hoc casu nulla committitur simoniaca cõfidentia, vt fuit resolutum in vna Oriolen. confidentiæ *1. Febr. 1591. coram Bubalo Nicol. Garcia de ben. p. 11. c. 3. §. 2. nu. 198.* qui citat Flam. Paris. *de confidentia q. 27. & 49. & q. 31. nu. 29.* vbi ait, in fortioribus terminis de donatione fructuum facta per resignatarium resignanti, ex ea quidem induci præsumptionem confidentiæ si eiusmodi donatio facta fuerit ilicò, & alia concurrant quæ talem præsumptionem roborent.

F *Coram Notario & testibus*) Tẽpore INNOCENTII VIII. & ante Constitutiones PII V. & GREGORII XIII. dubitabatur, vbi, & quomodo facienda erat publicatio: vnde noster Alphonsus existimauit siue resignatio fieret in Curia, siue non, satis esse factum Regulæ si publicaretur resignatio in Cancellaria,

vel Camera Apostolica, aut Audientia contradictarum vel coram Notario & testibus. Gomesius verò, *ad hanc Reg. q. 9. vers. Tertius casus est.* quem sequitur D. VVames. *cons. 245. nu. 6.* qui scribit sufficere publicationẽ in simplicibus beneficijs curam animarum non requirentibus quomodocumq; hoc est vel coram Notario Cancellariæ & testibus, vel in Audientia contradictarum, vel alias coram Notario & testibus. At nunc cum ex dictis Constitutionibus *Pij* V. & *Gregorij* XIII. habeamus formam publicationis expressam, à qua non licet recedere ne quidem dato æquipollenti *Flam. Paris. d. lib. 11. q. 12. nu. 4.* propter Decretum irritans, non est quod inhæreamus sententię nostri Alphonsi, aut Gomesij, vel Dñi VVamesij. 23

Notandum autem quando resignatio fit extra Curiam coram Ordinarijs locorum, publicationem quoq; necessariam esse iuxta formam in dicta Gregoriana præscriptam, & ante notatam, vt & liquet ex illius verbis, ibi, *de beneficijs autem quæ deinceps &c. Farin. decis. 662. per tot. & 665. in Antiq.* etiamsi resignatio esset facta in manibus ordinarij, & prouisio facta per S. Pontificem 24
Flam. Paris. d. lib. q. 5. nu. 4. & latè probat auctor Analyt. Comment ad hanc Regul. quæst. 12. num. 255. & seqq. quod & probauit Rota *in vna Aretinæ præbendæ 27. Febr. 1595. coram D. Pampilio.* imò etiamsi resignatio esset nulla & inualida, vt in d. constit. habetur, & fuit dictum in vna Lugdunen. Canonicatus *8. Iunij 1598. coram D. Litta.* nisi nulla esset ex defectu consensus: tunc enim non intraret vacatio ex d. Constit. ob non publicationem, vt fuit dictum in vna Hispalen. & Corduben præstimoniorum *14. Iunij 1600. coram Illust. Lancellotto Nicol. Garcia tract. de ben. p. 11. c. 3. §. 4. nu. 277.* In Hispanijs verò, nõ intrat dispositio huius Regulæ in resignationibus & permutationibus corã Ordinarijs, vt notat idem Garcia *d. §. 4. nu. 289.*

Item notandum, publicationem debere fieri in Ecclesia beneficij resignati, idq; intra missarum solemnia vt diximus. Excusatur tamen quis à publicatione & pœna dictæ Gregorianæ ob iustam caussam metus, belli puta imminentis, 25
pestis, hostium, ob aduersarij vel tertij aut iudicis factum, quo casu restitutioni in integrum locus tantum erit, aliudve iustum impedimentum, *Gomes. hic q. 13. Rom. cons. 433. incip. Quod primum in pr. Card. Tuscus pract. conclus. tom. 6. conclus. 101. nu. 5.* his quippe casibus sufficiet publicare in loco viciniori, ita vt verisimiliter ad notitiã Ordinarij & aliorum peruenire poterit, necessitas enim excusat à formali satisfactione verborum ex quo menti Regulæ satisfit, *Lud. Rom. d. cons. 433. per textum in clem. caussa §. verum de electio. Felij. in c. cum dilecta col. 32. vers. limita 7. de Rescript.* Vnde non excusabitur quis ob casum fortuitum, infirmitatem, obliuionem, metum reuerentialem, paupertatem, multitudinem negotiorum, *Flam. Paris. d. lib. 11. q. 13. per. tot.* nec deniq; ob ignorantiam pupillaris ætatis, vt disertè probat Auctor Analyt. Comment. *ad hanc* 26 27
Reg.

Reg. nu. 237. & seqq. Flam. *d. tract. lib. 11. q. 4. nu. 33. & Rebuff. in addit. ad hanc Reg.* & Stephanus Quaranta *in summa Bullarij verbo Ben. resig. publicatio vers. Tertio amplia*: tum quia resignatio non acceptata, & publicata resoluitur, vt idem scribit *nu. 238.* tum quia est quod resignatarius sibi imputet, cur intra sex vel nouem menses non obtinuerit bullas, & non publicauit suam prouisionem, vnde cum per eum steterit, sibi imputet *l. in inte ff. de Reg. iur. Rebuff. in praxi ad hanc Reg. glo. 12.* Quod fallit si prouisus per resignationem non potuerit facere expedire bullas suæ prouisionis ad nanciscendam intra sex menses possessioné, quia Papa mortuus esset, & sedes vacaret longo tempore, tum enim tépus non curreret, nec beneficium dicetur vacare per obitum, licet resignans moriatur possessor *arg. c. significante de Pignor. not. in c. accedens de procur. gl. in c. cum bellicam 34. q. 2. gl. in c. Pastoralis 7. q. 1. Stephanus Quaranta in summa Bullarij verbo ben. resig. publicatio.* vbi dicit communem & de stylo Curiæ receptam esse conclusionem. neq; de isto impedimento faciéda est protestatio, quia vbi vrget necessitas, sine ipsa excusatur impeditus, *glo. in verbo protestari tit. de Pacificis poss. in pragm. sanctio. post bart. in l. Senatus ff. de off. præsid. Abb. in c. plerumq; de Rescript. Ruzeus tract. iuris Regal. 4. priuileg. in fi.* licet aliud velle videatur Rebuff. *ad hanc Reg. gloss. 12.* suadetq; vt in tali euentu, mortis videlicet Papæ vt iterum resignetur coram Ordinario, qui conferet isti resignatario non valenti obtinere bullas, & ex collatione accipiet possessionem, & sic resignans non morietur in possessione, & ista secunda resignatio in hoc valebit, vt resignans suæ cedat possessioni.

Interea aduerte, si ob iustam caussam, puta metus, infirmitatis, vel aliam, vt supra, aut ex alijs causis (quas tamen verificare non tenetur impetrans, *vt notat Flam. d. q. 7. lib. 11.*) prorogatum esset tempus publicationis, vel aduersus illud restitutio obtenta, eiusmodi gratia pro nihilo esset impetranti, nisi derogatum esset Regulæ de iure quæsito non tollendo, *vt fuit resolutum in vna Astoricen. 29. Maij 1590.* Ideòq; in restitutione apponi semper solet ista restrictiua: Et dummodo tempore datæ præsentium non sit alicui ob lapsum tempus huiusmodi in » dicto beneficio specialiter ius quæsitum, & dicta publicatio intra quatuor men- » ses proximos fiat, & cum expresione quod Orator ex dicto beneficio nullos » fructus percepit. Pro eo verò qui obtinuit prorogationem & petit aliam, datur hæc clausula: Et cum decreto quod Orator resignationem prætactam pu- » blicare, & alia in dicta constitutione contenta adimplere omninò teneatur in- » tra tres menses proximos, alias præsens gratia nulla sit eo ipso, & dummodo » ob lapsum dictorum mésium prorogatorum non sit hactenus alicui in dicta Ec- » clesia specialiter ius quæsitum. Et aduerte quod ista clausula *Dummodo tempore* » *præsentium &c:* non inducit conditionem suspensiuam executionis gratiæ, sed præseruat tantum ius alterius, vt si de eo constet, gratia pro non facta habeatur *Card. Seraphinus decis. 1494. nu. 12.* & in tantum præseruat ius alterius vt etiam

præseruat

nitiuæ habeat, vel grauamen ſit tale, quod in appellatione à diffinitiua non valeat reparari: alioquin appellationes & comiſſiones in poſterum, & quicquid inde ſecutum fuerit, nullius ſint roboris vel momenti, commiſſionibus appellationum iam iudicibus præſentatis & exhibitis in ſuo robore permanſuris, in quibus latis ſuper eiſdem ſententijs ſecundò vel alias vlterius ab eis non liceat appellare: appellantes verò & appellationes etiam ab interlocutorijs & grauamine huiuſmodi, ſuo vel alterius nomine proſequentes, ſi ſuccubuerint vltra expenſas, & damna, ad quæ reſarcienda de iure condemnatus compellitur, xx. florenis auri pœna mulctentur.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista Regula dicit quod in Romana Curia nullus poteſt appellare ante diffinitiuam ſententiam, nec eius appellatio debet admitti niſi appelletur ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, vel à grauamine non concernente negotium principale, quod non poſſet per appellationem à diffinitiua ſententia reparari: & quod ſi appelletur, non committatur cauſſa appellationis, niſi exprimatur vnus modus prædictorum, alias appellatio, & commiſſio ſint nullæ, & quidquid inde ſecutum fuerit, tamen de cõmiſſionibus præteritis, de quibus eſt ſententiatum nihil diſponit, de quibus à ſententijs iam latis non poſſet appellari amplius, ſi non ſunt grauamina vel ſententiæ de quibus ſupra, & ſi aliquis aliter appellauerit, ſi ſuccubuerit, vltra expenſas & damna debet mulctari pœna xx. *ducatorum, h. d.*

Et iſta regula habet in ſe æquitatem, licet ſit contra ius canonicum, c. ſuper eo. lib.
6. de app. *concordat tamen cum iure ciuili, etiam in caſibus hic expreſſis, vt quia grauа-* 1
A *men non poteſt reparari in diffinitiua, vt ſi iudex mandet aliquem torqueri* vt l. 11. ff de
ap. recipien. & ibi Bart. *vel ſi ſententia vim haberet diffinitiuæ, vt vult glo.* in au-
then. habita C. ne fil. pro pat. *& eodem modo pono exemplum hic, & in ſimilibus. &*
iſta Regula ſæpè deducitur ad iudicium. & eſt clara, præterquam ibi in quibus latis
ſuper eiſdem ſententijs ſecundo vel alterius ab eis non liceat ap- 2
pellare. *Hic auderem dicere cum iuriſconſulto* in l. Dominicus ff. de teſt. *quod aut ego non intelligo te, aut ſtulta eſt ſententia tua. quis enim dubitat quod etiam ab interlocutoria, vel grauamine non poteſt vtroq; iure tertio appellari?* c. directè, de ap. & cap. ſua eod. tit. & C. ne liceat tertio appellare per totum, *ſi hoc eſt verum, quid dicit iſte compilator in præſentia Papæ, quod ſi ſententiatum eſt ſecundo vel vlterius, non liceat appellare amplius, & ſic ſi vlterius, id eſt tertio, eſt ſententiatum, in quo deſeruit iſta regula? & ideò credebam quod eſt hic mendoſa littera, quæ debet dici ſecundo vel alius*

& tunc sequatur, vlterius non liceat ab eis appellare &c: sed ego habeo duos libros apud me, vbi sunt prædicta verba & etiam in libro regularum Sixti, *sed si non sit illud verbum* alias *debet hic subaudiri* arg. l. verbum volo C. de fideicom. *sicut verbum* quondam *subaudiatur ad orationem legalem vt est glo.* in l. libertum Cod. de nupt. *quam commendat ibi Bald.*

Sed de cauda huius Regulæ non me intromitto: quia istos viginti duca. nunquam vidi solui in curia: sed si soluerentur, cui deberent solui, & ad cuius instantiam? dixi aliquid supra in Regula XXXII. *& notandum tamen est hic, quod ipsa Regula non habeat locum* 3
B *extra curiam id est, extra muros Vrbis, vel Curia, per verba posita hic in princ. & non dico curiam hic extendi ad duas diætas* secundum c. præsenti de præb. lib. VI. per ibi not. per Doct.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *Concordat tamen cum ciuili*) Quo iure non appellatur ab Interlocutoria nisi tale grauamen contineat, quod per appellationem à diffinitiua reparari nequeat *tex. in l. ante sententiæ C. Quor. appellat. non recip. bart. in l. post sententiam nu. 3. C. de sent & interlocut. omn. iud. & in l. ante sententiam nu. 12. & 26. de appellat. recip.* quo in loco scribit toties ab Interlocutoria appellari posse, quoties per appellationem à diffinitiua grauamen ita perfectè reparari non potest,, quin aliquale præiudicium faciat, adde Francum *in c. cum cessante nu. 9. cum seq. de appellat* Gonzalem *ad Reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. in Annot. cont. nullitates &c: nu. 175. cum seqq.* vbi exactè docent quando seu quibus in casibus interlocutoria habeat vim diffinitiuæ, & ex quibus id cognosci posit, vide quoq; hac de re Vestrium in Praxi *lib. 3. c. 10. nu. 6.* Guidonē Papæ *dec. 75. ar. 30. in summa C. de appell. §. appellare quis potest.* Sed & nouissimo S. Concilio Decreto statutum est, non licere appellare, nisi post sententiam diffinitiuam & interlocutoriam quæ vim diffinitiuæ habeat *sess. 24. de Reform. cap. 20.* 4 5

Porrò inoleuit ille vsus, vt in appellatione ab interlocutoria caussa grauaminis inseratur, vt post Bartol. *in leg. ait prætor §. permittitur ff. de minor.* scribit 6
D. Marchesanus *tract. commissionum p. 2. commis. 1. nu. 46.* quod secus est in appellatione à diffinitiua, in qua nulla requiritur caussæ expresio, vt not. Bart. *in l. 1. §. fin. in pr. ff. de appellat.* Paulus Piasecius *in praxi Episcop. p. 2. c. 5. nu. 102.* sed an in simplici & mera interlocutoria appellans saltem de nullitate agere posit? consule *Guidonem* Papæ *decis. 436. nu. 80.* 7

B *Non habet locum extra Curiam*) Hodie ex dispositione Concilij Trident. sess. 24. cap. 20. in recipienda appellatione ab interlocutoria ius ciuile vt diximus sequendum est: quod & sequitur Camera imperij, teste Gail. *in obseruat.* 8

seruat.lib.1. obseruat.129. Plura ad hanc Reg vide Rebuff. ad Concord. Franciæ Rub. de Friuolis appellat.

Argumenta in Reg. XXXVI. INNOCENTII VIII. *quæ est* PAVLI V. XXXVII.

1. IN caussa beneficiali etiam post conclusionem in caussa possunt produci testes & instrumenta.
2. Etiam in caussa profana, de æquitate Rotæ post cõclusionem in caussa possunt produci testes, & instrumenta.
3. Vt in caussa benefic. produci posint testes & instrumenta post conclusionem, expresse eidebet derogari.
4. Cautela contra hanc Regulam.
5. In arbitrarijs bonum est habere iudicem fauorabilem.
6. Regulæ sequentes concernunt expeditiones litterarum.
7. Papa non præsumitur velle alteri ius quæsitum tollere.
8. Post conclusionem in caussa probationes & instrumenta produci non possunt.
9. Facta conclusione, dicitur liquere de caussa.
10. Limitationes Regulæ *Post conclusionem in caussa &c.*
11. Hæc Regula est vltima Regularum iudicialium.

Regula XXXVI. INNOCENTII *VIII.* *quæ est* XXXVIII. PAVLI V.

NON STETVR COMMISSIONI POST CONCLVSIONEM.

ITem statuit, & ordinauit, quod in Commissionibus de Iustitia etiam Consistorialibus per eam, seu de eius mandato, vel auctoritate, in caussis in quibus conclusum existat in posterum concedendis, etiamsi in eis de conclusione huiusmodi implicitè, vel explicitè mentio facta fuerit, nihil censeatur esse concessum, nisi per concessionem Commissionis huiusmodi conclusioni derogetur expresè.

GLOSSE

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista Regula dicit quod in commißionibus iustitia, etiam consistorialibus, si expreßè non derogetur conclusioni, quod nihil valent, etiamsi implicitè fiat mentio de conclusione
A *h. d. Et est regula satis aqua, & est vnus effectus conclusionis in caussa etiam beneficiali quasi hodie non prosit, quia etiam post conclusionem possunt produci testes & instrumenta vt dicit decisio Rota v. quia non requiritur conclusio in caussa beneficiali* cle. sæpè cum 1
B glo. §. fi. de verb. sig. *quamquam de aequitate Rota etiam in caussa profana post conclusionem possunt admitti testes & instrumentum vt dicit decisio* clx in fi. quæ incipit 2
Item latis tribus sententijs contra c. cum dilectus de fide instr. *& hoc ex aequitate c. pastoralis in fin. de caussa poss. hic tamen est vnus effectus conclusionis etiam in caussa beneficiali, alios non numero hic, sed in alia fortè regula nominabo. vnum tamen volo* 3
dicere quod istud nomen conclusio, non reperitur in textu de iure ciuili vt dicit Bal. in c. cum in iure de off. deleg. *sed renuntiatio sic.*

Hodie tamen fit cautela contra hanc Regulam in Curia, quod etiam si sit conclusum, ille qui vult habere commißionem aliquam in caussa beneficiali, vel alia, producit certas 4
materias de nouo, vel aliquos testes, & tunc per admißionem videtur tacitè rupta conclusio, vt dicit decisio Rota, & Siculus in d. c. cum dilectus, *& tunc postquam est rupta conclusio, præsentatur commißio, & valet, & sic oportet in istis habere Iudicem fauorabilem, cum ipse poßit non admittere si velit*, arg. iurium superius allegatorum, *tamen* 5
si admittit valet, arg. d.c. pastoral. de caussa poss. *ideò in arbitrarijs est bonum habere Iudicem fauorabilem vt dicit glo.* in Regula in iudicijs de Reg. iur. lib. VI. in fi.

Istas alias Regulas sequentes quia concernunt Abbreuiatores, quomodo debent expedire bullas, & quas, & circa stylum suum, & circa stylum Cancellariæ: item de potestate Vicecancellarij, non glossabo ad longum, ideò non me extendam in eis, quia esset ponere falcem in messem alienam, tamen succinctè aliquid dicam. 6

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A **S***atis aequa*) Planè: nam alias Papa ius alteri quæsitum ex conclusione tolleret, id quod velle nunquam præsumitur *c. ex p. 2. in fin. et c. super eo de off. deleg. c. ex multiplici in verbo vnde quia non fuit nostra intentionis, de Dec. c. quamuis de Rescript. in 6. Lud Rom. cons. 176. in fi.* qua de re latius diximus supra ad Reg. de non tollendo ius quæsitum. 7

B *De aequitate Rota*) Cui aduersatur dispositio iuris canonici *in c. cum dilectus de fide instru. c. Auditis de Procur.* per quos text. Felij. *Innocentius*, & alij, pro

Regula

1599. D. Sacratus vir quoq; multiformi doctrina præditus. & *Senat. Sabaud. teste Ant. Fab. lib. 1. defin. Forens. tit. 2. definit. 80.* vbi fuit decisum in resignatione beneficij facta ex caussa permutationis, licet admissa esset ab Ordinario, vel à Papa si tamen resignans in beneficij possessione manserit post publicatam intra tempus constitutum, resignationem, noua prouisione non indigere, si in ea possessione per continuum triennium steterit: sed hoc intellige nisi constet, de non publicatione, vt prædixi, quo casu, noua erit opus prouisione; soletq; eo casu apponi clausula: *Et committatur Ordinario &c: & cum decreto quod d. Orator resignationem huiusmodi publicare, & alia omnia, ad quæ ex præscripto dictæ constitutionis tenetur facere infra tres menses proximos debeat & teneatur.* quod iterũ intellige dummodo non sit alteri ius quæsitum: quod semper intelligitur etiamsi in gratia non apponatur, vt diximus supra ad Reg. de non tollendo ius quæsitum. nu. 15. Restitutionem tamen ad publicandum non esse publicandam tenuit Rota in vna Oxomen. coram. R.P. D Robusterio 2. Decemb. 1585 vt nec prorogationem teste Flam. Paris. *de Resig. lib. 11. q. 7. nu. 71.* 33

Deniq; quod diximus ex triennali possessione inferri & præsumi publicationem, limita primò non procedere, quando sumus in spolio: nam tunc neque triennalis hunc effectum produceret, vt præsumatur publicatio, *Paris. d. q. nu. 31. Nicol. Garcia d. c. 3. §. 4. nu. 315. Stephanus Quaranta in summa Bullarij verbo Benef. resig. publicatio.* Limita secundò, non procedere quoties superior vellet videre publicationem, tunc tenetur resignatarius illam ei exhibere, *Idem Paris. numero 34.*

Secunda conclusio sit, Impetrantem beneficium vacans ob non factam publicationem à resignatario, teneri docere de non publicatione *Stephanus Quarant. in summa Bullarij, verbo Benef. resig. publicatio, vers. aduemente tamen casu.*

Hæc autem probatio sufficiet per coniecturas, vt si Impetrans probaret fuisse relaxatas litteras resignationis in fine termini dati ad publicandum, vt impossibile sit litteras transmissas potuisse esse ad locum, vbi erat facienda publicatio *arg. l. filium 1. de his qui sunt sui vel alieni iur. Paris. d. q. nu. 56. Hercul. tract. de Negatiua nu. 60. & 328. Quaranta vbi supra vers. Modus autem probandi.* Deinde per testes per quos affirmatiua sciri potuit, verbi gratia, per Canonicos & alios clericos qui solent in Ecclesia diebus festis diuinis interesse, *Bar. l. non aliter ibi text. C. de Aduoc. diuers. iud. Abb. Felij. & alij in c. tertio loco de Probat. latè Hercul. in tract. de Probat. negat. nu. 162. Panor. cons. 99. lib. 1. gl. in cle. 1. verbo Publicè de sepult Barbat. in c. si quis contra de foro comp.* vbi tenent non dici publicatum nisi coram multitudine, vel nisi transierit in publicam notitiã, vsq; adeò vt etiamsi alias esset notorium seu notoria resignatio alijs quam Canonicis & alijs missæ solemnibus interessentibus, non propterea Impetrans liber esset ab onere probandi vt scriptum reliquit Auctor Analyt. Comment. *ad hanc Reg. nu. 262. & seq* 34 35

Barbat. & Panor. dictis locis. Postremò negatiua non publicationis probatur ex eo quod infra tempus datum ad publicandum non habuit resignatarius collatio- 36
nem, sine qua possessio adipisci non potest. nam Constitutio intelligitur de valida possessione, & apprehensione possessionis, sine qua collatio nulla est *c. 2. ne. sede vacante c. pastoralis de Priuileg. & ita fuit resolutum coram D. Orano in caussa Iacen. portionis 14. Maij 1595. & coram D. Pamphilio in caussa Leodien. Canonicatus 23. Maij 1597.* in qua fuit resolutum intrare vacationem ex d. Constitutione, si non est petita possessio infra tempus d. Constitutionis, etiam quod resignatio alias fuerit nulla. *Garcia d. c. 3. §. 4. nu. 319.*

Sed quid in cessione iuris? v.g. aliquis resignat beneficiũ bullis non expeditis & sic possessione non habita, quod potest, *per not. Flam. Paris. de Resig. ben. lib. 11. q. 24. per tot.* an ipsius resignatarius publicare teneatur? teneri satis euincunt 37
verba Constit *Gregorij* XIII. de Publicandis, ibi *Necnon litis & iurium quorumcumq; cessiones &c:*

An autem Papa possit derogare, vt quis non teneatur publicare resignatio-
tionem vel cessionem? Dubium non est quin possit, quia eius est tollere, cuius 38
concedere *l. vlt. C. de legib.* Sed non solet nisi in gratiam Magnatũ, vel ex fauore singulari & exorbitanti: & in tali casu apponitur clausula hæc:

„ Et cum opportuno Decreto siue Indulto quod tam A. quam B. prætacti præ-
„ sentem cõfirmationem, cessionem, illius admissionem, surrogationem, colla-
„ tionem etiam prouisionem prædictam seu illam concessionem, aliaq; præmis-
„ sa iuxta Constitut. Fœl. record. *Gregorij* pp. XIII. prædecessoris vestri super
„ modo & forma publicãdi resignationes beneficiorum Ecclesiasticorum & simi-
„ les cessiones publicare aut publicari facere, aliaq; in dicta Constitutione con-
„ tenta adimplere minimè teneatur, nec tamen Ecclesia prætacta ob non publi-
„ cationem huiusmodi vacet, nec vacare dici possit, minimèq; tam A. quam B.
„ aliquam inhabilitatem, aliasve pęnas in dicta Constitutione contentas vel alias
„ desuper quomodolibet inflictas vllatenus incurrant, nec incurrisse censeantur.
„ Ita quod eidem B. suam antiquam & pristinam possessionem dictæ ecclesię abs-
„ que aliarum litterarum super præsentibus facienda expeditione continuare &
„ retinere, ac in ea permanere liberè & licitè, nonobstantibus eadem Constitu-
„ tione & Constit. Iulij PP III. & prædecessoris vestri de non retinenda posses-
„ sione beneficiorum Ecclesiasticorum litteris non confectis, quibus hac vacante
„ specialiter & expressè ac sufficienter derogare, & sub qua etiam præsentes mi-
„ nimè cõprehensas esse, nec fore decernere, & declarare placeat latissimè exten.
„ & quoad decretum & Indultum huiusmodi sola præsentium signatura sufficiat,
„ & vbiq; fidem faciat, & in iudicio & extra, Regula contraria non obstante. Ve-
„ rùm, vt dixi, non nisi magno cum fauore & paucis speranda hæc gratia conce-
„ detur. At prorogatio passim conceditur, vt diximus, vt & restitutio.

In Au-

G *In Audientia Contradictarum*) Vide Roman. *Conſ. 337. num. 7. verſ. Sed Regula.* Card. Tuſchum *Pract. concluſ. tom. 6. concluſ. 101. nu. 7.*

H *Quando reſignans moritur in poſſeßione*) Hæc verba includunt etiam detentationem, vt Rota tenuit *in vna Albulen. Præſtimoniorum apud Achillem de Graßis ſuper hac Reg. deciſ. 4. nu. 392.* 39

Sed quid ſi reſignans moriatur in poſſeſsione litigioſa? diſtinguendum, vt 40
ſi reſignans de facto incumbebat poſſeſsioni etiam fiduciariæ, quam recredentiam vocant, & moriatur non facta publicatione per reſignatarium, locus ſit huic Regulæ, alias iuri communi, *Auctor Analyt. Comment. ad hanc Regul. q. 24.* Intereà aduerte, quod licet fructuum perceptio per reſignantem poſt reſignationem inducat præſumptionem confidentiæ, *vt fuit reſolutum in vna Conſentina confidentiæ 4. Feb. 1591. coram R. P. D. Orano poſita per Farinacium deciſ. 102.* nihilominus purgatur hæc præſumptio cõſtito de cauſſa ex qua percepti fuerunt: nam cõtra quatuor cõiecturas datas à PIO V. admittitur probatio in contrariũ & ita cõmuniter practicatur, *Nicol. Garcia tract. de ben. part. 11. c. 3. §. 2. nu. 197.*

I *Omitto hic ponere*) Conſimilem Hypotheſim format Auctor Analyt. Comment. *ad hanc Reg. nu. 237.* finge Epiſcopum, beneficij reſignatione admiſ- 41
ſa, contuliſſe illud abſenti, cui non innotuit niſi poſt duos aut octo mẽſes, tuncq; acceptauit, ſed poſt alios 15. dies reſignans in poſſeſsione deceſsit antequam reſignatarius publicaſſet, qui mox poſt obitũ veniens, vult prouiſum per obitũ excludere, an ſit locus huic Regulæ? pro affirmatiua, videlicet quod beneficiũ, vacet per obitum, & quod nullo modo profit publicare poſt obitum tempore lapſo ſecutum, reſpondit Auctor Analyt. Comment. *nu. 238.* nec obſtat iuſta ignorantia abſentis, & ceſsionem, & collationem ſibi factam ignorantis: tum quia certat de lucro; hæc autem Reg. ſiue Greg. Cõſtitutio, lata eſt ad obuiandum fraudibus & litibus, & multiplicibus damnis Reip. & ſic damnum collatarij ſeu prouiſi cedere debet damno Reip. *l. actione §. labeo ff. pro ſocio Nouel. de non alien. §. quia verſ.* tum quia, cum hæc Reg. lata ſit in rem, reſignatarius ab initio nihil prorſus iuris acquirit, niſi cum onere reali reſolubilitatis per hanc Reg. & ipſa reſignatio ab initio habet hunc ſtatum implicitum in hoc caſu, quo ſecuto nullo damno cenſetur is affici, cuius ius reſoluitur, ſed iure communi, ſecundum rei naturam vti, *l. vlt. vbi Alex. & DD. alij ff. ſi ex. noxal. cauſſa agat.* 42
Sed quid ſi reſignatio fuit facta liberè in manibus Papæ, an reſignatarius adſtringatur onere huius Regulæ? pro negatiua reſoluit Rota in vna Feltren. Parochialis coram R. P. D. Lancellotto, cuius meminit Farinacius *part. 1. deciſ. nouiß. deciſ. 296. nu. 4. in fi. in Nouiß.*

Regula tradunt,, post conclusionem in caussa probationes facti & instrumenta produci non posse, quod & probat Ias. *in Repet. l. admonendi nu. 50. cum seq. ff. de Iureiur. Socyn. reg. 84. DD. in c. pastoralis, verbo conclusum, de caussa poss. & propr.* 8
maximè in causis profanis & ordinarijs, vt scribit Ant. Grauat. ad Vestrium. Ratio est, quia facta cōclusione dicitur liquere de caussa, *gl. in c. significauerint in* 9
verbo liquere de testibus. prædicta autem conclusio quot patiatur limitationes, 10
vide apud Mathesil. *singul. 54.* Gail. *lib. 1. obseruat. obser. 107. nnmer. 5. & seqq.* Vestrium *in praxi lib. 4. c. 4. nu. 25.*

C *Istas Regulas sequentes*) Et sic ista Regula est vltima iudicialium, & vix practicatur, inquit Gomes. *hic*, propter facilem conclusionis derogationem.

Argumenta in Reg. XXXVII. Innocentii VIII. *quæ est* Pavli V. XXXIX.

I. Per appositionem manus Papæ beneficium amouibile fit perpetuum & irreuocabile.
2. Papa non censetur derogare iuri antiquo & religioni.
3. Non obstante collatione Papæ monachus potest à suo Prælato ex caussa remoueri à beneficio.
4. Cautela contra hanc Reg.
5. Gesta contra mandati formam sunt nulla.
6. Papa maiorem potestatem sibi reseruat quam confert.
7. Curæ pretium esset si Papa certas regulas faceret concernentes litterarum expeditiones per suam Cameram.
8. Secretarius Papæ an poterit solus bullam corrigere postquam expedita est.
9. Non creditur in prçiudicium alterius attestanti sibi quid mandatum à Papa viuæ vocis oraculo.
10. Motus proprij Papæ tollit tantum subreptiones.
11. Monachus habens prioratum à Papa tenetur renunciare ad mandatum Abbatis si Papa non dixerit quod non remoueretur.
12. Beneficium manuale consuetudine factum perpetuum Monacho per Papam collatum non potest amoueri ad nutum superioris.

Regula XXXVII. INNOCENTII *VIII.* *quæ est* XXXVIII. PAVLI V.

DE LITTERIS RELIGIOSORVM EXPEDIENDIS.

ITem voluit, & ordinauit, quod si aliqui religiosi petant aliquod beneficium ad nutum reuocabile cum clausula, quod exinde pro solo nutu Abbatis vel Superioris non possint amoueri litteræ quoad clausulam ipsam nullatenus expediātur, nisi idem D.N. ponat in signatura quod nō possint amoueri, vel ad partem clausulam ipsam concedat.

GLOSSEMA ALPHONSI.

IN ista Regula dicitur quod si monachus impetret beneficium suæ religionis quod quidem possit Abbas vel superior suus ad nutum remouere ab habēte quando sibi placet, & petit Monachus quod non possit ad nutum superioris amoueri, quod Abbreuiatores non ponant istam clausulam, nisi in supplicatione ponat Papa in signatura quod non possit amoueri, vel in clausulis infra in supplicatione positis hoc petatur, & Papa dicat simpliciter, fiat vt petitur: hoc dicit. & ratio dubitandi videbatur, quod licet beneficium sit ad nutum reuocabile: tamen quia Papa apposuit manus, videbatur, quod foret irreuocabile argum. cap. vt nostrum de app. & cap. 1. vt ecclesiastica beneficia: *&* 1
ideò videbatur quod etiam Abbreuiatores & Vicecancellarius possint expedire bullas; ex quo in supplicatione hoc petatur, & Papa simpliciter concessit. Sed ratio decisionis est, quod Papa non vult præiudicare religioni & antiquo iuri: nam monachus est stricti iuris, ex quo posuit hominem supra se, vt dicit glossa in cap. si verè XVI. quæstione 2
in fin. *ideò non vult Papa quod indirectè monachus ab obedientia Abbatis sit exemptus, vnde licet Papa conferat alicui beneficium, non propterea sequitur quod à suo Prælato non possit ex caussa priuari illo beneficio, quia reatus omnem excludit honorem* l. moueor 3
Cod. si ser. expor. *& hoc vult Bald.* in cap. illud. de ma. & obed. alias deberet dicere in c. per tuas eod. tit. vbi bonus text. & gloss. de hoc & ibi Doctor. in cap. cum in distribuendis de temp. ord. & ibi Io. Andr. *Item, licet Bald.* in d. cap. *dicat, quod si monachus habet Prioratum à Papa, quod non tenetur renunciare ad mandatum Abbatis, & alleg. Ioan. Andr.* in cap. cum inter, de electio. *& credo quod debuit*

debuit allegasse in dicto cap. cum in distribuendis : tamen hoc verum, quando Papa dice-
A ret quod non remoueretur, alias secus : faciat gloss. iuncto text. in cle. prima de supp.
negligentia prælatorum.

Et ex ista regula, iuncta illa supra XXV. patet quod Auditor coram quo producitur ta-
lis bulla expedita, quod visa supplicatione, vbi non sunt verba Papæ hic posita, potest re-
mittere bullas corrigendas ad Cancellariam, & tunc corrigerentur illæ bul-
læ per illam Regulam : tamen cautela est hodie contra istam regulam, quod expedian- 4
tur bullæ per Cameram, & tunc quia Papa apposuit manus, non se potest Cancellaria
intromittere, argument. dictorum iurium, & sic practicatur hodie, tam in Rota
quam in Cancellaria. licet dicatur hic quod nullatenus exprimantur, & sic videtur quod
factum contra formam mandati sit nullum, leg. diligenter ff. mandati & cap. cum
dilecta de rescript. tamen hoc habet locum in expedita bulla per Cancellariam, quia 5
ista est regula Cancellariæ & non Cameræ, vbi maiorem Papa penes se potestatem re-
seruauit, quam hic tradidit in cap. dudum & cap. quamuis Ioan. II. de præben.
lib. VI. Ideò esset bonum, vtile & sanctum, quod faceret etiam aliquas constitu- 6
tiones Papa, quoad Cameram, etiam secretam, sicut quoad Cancellariam, maximè 7
circa expeditiones bullarum, quæ etiam expediuntur sine supplicationibus quotidie : ideò
in talibus bullis si posset haberi vna commissio, quod corrigerentur secundum teno-
rem supplicationis, benè esset, sin autem oportet quod habeat patientiam Abbas. Et 8
non credo quod Secretarius solus posset corrigere bullas etiam in registro bullarum post-
B quam bullæ sint expeditæ, quia Papa apposuit manus vt dixi, etiamsi dicat hoc fa-
ctum de mandato Papæ viuæ vocis oraculo sibi facto, quia sibi non crederetur etiam
Cardinali & in præiudicium alterius, etiam in curia, sufficiat gloss. not. de 9
sentent. excommun. cap. sicut & ego allego aliam in cap. nuper eodem titul.
& hoc vult Ioan. Andr. in cap. quod super his, de fide instrument. de quo sa-
tis dixi in quæstionibus Cardinalium, & pro nunc sufficiant hæc : & credo quod
etiam Cancellaria seruaret hanc regulam, licet supplicatio sit signata motu
proprio, maximè si esset facta vna Regula quod motus proprius tantum tollat sub- 10
reptiones, & non operatur alium effectum, pro quo facit gloss. in clem. si Ro-
manus de præbend. & credo quod ista non sit danda : ideò si Auditor mitteret
bullam ad Cancellariam, vt dixi, dubito an posset facere, & an Cancellaria deberet obe-
dire ipsi, quia dicetur sibi quo iure defendis villas &c. VIII. dist. quo iure, nec vidi
fieri tempore meo.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *QVod non remoueretur*) Adstipulatur Rebuff. *in addit. ad hanc Reg. per not. Archid. in c. præsenti de off. ord. in 6.* vel nisi beneficium alias manuale factum esset perpetuum consuetudine vel præscriptione, vt fieri potest, *Milis in repert. verbo religiosus non potest consentire nu. 9. Gambar. tract. de off. leg. lib. 4. c. 1° nu. 19. text. in cap. cum de ben. 5. de præb. in 6.* maximè si eiusmodi consuetudo, vel præscriptio processerit à tempore, quo sciente & patiente illo qui ius remouendi prętendit, fuit aliquis prouisus in titulum perpetuum, & talis prouisio habuit effectum *Gonzales ad Reg. 8. Cancell. glo 5. § 6. nu. 34. & seqq.* 11

B *Non credo quod secretarius*) Vide hac de re Vestrium *in praxi lib. 1. c. 7.* vbi latè de officio & potestate Secretarij Apostolici.

Argumenta in Reg. XXXVIII. Innocentij VIII. *quæ est* XI. Pauli V.

1. HAEc Regula conformis est iuri communi.
2. Cautela contra hanc Regulam.
3. Camera Apostolica rarò seruat Reg. hanc, vt & aliquot sequentes..
4. Clausulæ istius Reg. etiamsi non apponantur, pro appositis tamen de iure habentur.
5. An hæc Reg. sit de dandis.
6. Compermutans si non habuerit ius in beneficio renunciato, an alter possit redire ad suum beneficium, sine noua collatione?
7. Cautela pro compermutante vbi constat alterum nullum ius habuisse in beneficio.
 Clem. Auditor de Rescript. an habeat locum extra Curiam?
8. Ampliorem Iurisdictionem habet extra Curiam Delegatus, quam Auditores.
9. Clausulæ istius Regul. de iure insunt cōtract. permutationum, ideò si non apponantur, non vitiant Regulam.
10. De iure permutatio non subsistit nisi beneficia sint permutātibus propria.
11. Compermutās potest redire ad suum beneficium sine noua collatione, con sensu tamen superioris accedente, si alter nihil iuris habebat in beneficio permutato.
12. Renunciatio ex caussa permutationis veram inducit vacationem.
13. Permutatione effectum non secuta, quando liceat auctoritate propria regredi ad beneficium.
14. Ius non abdicatur à resignante vel compermutante, nisi resignatarius, vel

vel compermutans acceptet.

15. Possesio beneficij non simpliciter cessa, sed in fauorem, non abdicat ius à cedente, nisi probetur ab eo captam fuisse, ad cuius fauorem cessa fuit.

Regula XXXVIII. Innocentii *VIII.* *quæ est* Pavli v. *Regula.* xl.

DE CLAVSVLA PONENDA IN LITTERIS PERMVTATIONVM BENEFICIORVM.

ITem si committatur alicui beneficij resignationis receptio, ponatur clausula, Attentè quod prouideas &c: etsi ex caussa permutationis resignationes fiant, ponatur clausula quod Neutri permutãtium ius acquiratur, nisi quilibet ipsorum ius habuerit in beneficio per ipsum resignato.

GLOSSEMA ALPHONSI.

I*Sta Regula dicit quod si committatur alicui quod recipiat resignationem alicuius beneficij, debet Abbreuiator ponere in Bulla*, Attentè quoq; prouideas, quod in renunciatione prædicta, vis, metus, ac aliqua simoniaca prauitas non interueniat &c: *& hoc est quando simpliciter debet fieri renunciatio : sed si committatur sibi quod recipiat ex caussa permutationis, tunc debet poni clausula ista*, quod neutri permutantium ius acquiratur, nisi in quantum quilibet ipsorum ius habuerit &c: *hoc dicit. Et de prima clausula oportet diuinare quid velit dicere, sed referas te ad copistas Abbreuiatorum : nihilominus tamen illa est quam dixi, & fundatur in cap. super hoc de renunc. & de secunda clausula est aequa ista regula, quia solet, ex caussa permutationis in supplicatione illa clausula* vel alio quouis modo vacauerit &c: *nam tunc si ponatur ista clausula de qua in Regula nihil prodest illa clausula*, vel alio quouis modo vacauerit: *quod est vtile ad limitationem glos. & doct.* in c. susceptum de rescript. lib. vi. *& ad limitationem decisionis Rotæ quam superius allegaui.* 1

Item non posset dici tunc quod quando Papa confirmat id quod alias de se est nullum videtur aliquid facere de nouo si facit ex certa scientia vt dicit glos. not. in c. placuit xvi. q. vi. *tamen quando ponitur ista clausula hic expressa, secus esset : quia non videtur Papa facere ex certa scientia : ideò cautela posset esse contra istam Regulam, quod si uis transire bullas cum clausula* vel alio quouis modo ex ipsius vel alterius &c: *sine* 2

ista clausula, facias expediri per Cameram, vbi raro seruantur ista Regula. & credo quod 3
non sit danda ista regula: quia non concernit nisi expeditionem Bullarum, etsi non ponan-
tur ista clausula, tamen intelliguntur de iure, maximè illa secunda, quia nemo potest plus
A *iuris in alterum transferre, quam sibi competere dignoscatur,* c. nemo de reg. iur. lib. 4
VI. c. quod autem, de iure patr. *Ideò Auditor caussa præter hoc non debet mittere*
bullas ad Cancellariam si non est ista clausula in eis. Item quia non est danda ista regula
vt dixi. Cogitãdum tamen est quando danda est Regula vel non: quia si habet decretum, 5
irritans est danda: alias secus: Ita dixit mihi Iacobus de Rizonib. Abbreuiator bene
stylatus & doctus.

Et per hanc clausulam positam in bullis permutationum vidi dubitari in Curia, si com-
permutans non habet ius in beneficio renunciato per se, & de hoc apparet per sententiam, 6
an alius potest redire ad beneficium suum propria auctoritate absq́; noua collatione? &
certè videbatur quod sic: quia ipse cui est facta collatio ex caussa permutationis nullum
ius habet in beneficio per hanc clausulam, & facit ad hoc text. notab. in c. si beneficia
de præb. lib. VI. *& hoc vult Io. And.* in capitulo. vnico, de rerum permut. lib. VI.
quem sequitur Fredericus in tract. permut. in VIII. q. *& etiam ibi Doctores loquuntur*
quando ista clausula non ponitur, ergò à fortiori quando ponitur ista clausula huius Regu-
B *la: sed certè licet videatur ipsa veritas, tamen communiter tenetur contrarium,* in d-
ctis locis & decis. Rotæ CCCXXV. quæ incipit. Item si intelligimus & CCCL
quæ incipit item si apponatur spoliato, *& pro hac ratione videtur facere, quia li-*
cet ille non habuerit ius in beneficio, quod obtinuit caussa permutationis, per hanc clau-
C *sulam, & per iura superius allegata, tamen ille qui renunciauit, etiam non habet ius in*
eo, facit c. I. de rer. permu. lib. VI. & glo. in c. si propter tua debita de rescrip.
eodem lib. *& sic potest dicere ille qui possidet, quod quoad eum, liberè possidet* l. fi. C.
de rei vend. & l. loci §. competit ff. si seruitus vendic. *Opinio tamen contraria vi-*
detur valde aqua arg. cle. auditor de rescript. & d. c. si beneficia. *Tamen cautela*
est quod habeat ille commissionem in Curia, quod constito de non iure compermutantis, 7
committatur Auditori, quod canonizet primum titulum, &c. & sic fuit practicatum in
Rota vt dixit mihi Salmeron. & etiam credo quod per rescriptum potest fieri commissio
ad partes per conquestum isto modo, quod iste iudex pronuntiet illud beneficium esse de-
bitum illi compermutanti propter fraudem, & tunc potest sibi de illo prouidere arg. cle.
auditor de rescript. *per rationem scilicet vt circuitus euitetur, licet glo. II. ibi dicat*
quod illa cle. non habeat locum extra curiam. & hoc tenet Cardin. ibi *sed Io. de ligna*
videtur dicere oppositum, ibi, *& hoc maximè, si collatio spectabat ad Papam, vt vult gl.*
in fi. ibi *& Siculus* in c. super de off. deleg. *& hoc videtur verius: quia extra Curiam*
à fortiori debet euitari circuitus, quàm in Curia, ergò &c: Item quia ampliorem iurisdi-
ctionem habet Legatus extra curiam, quam Auditores in Curia propter præsentiam &c: 8

COM-

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *Tamen intelliguntur*) Sunt enim clausulæ quæ de iure insunt, ideò si non apponantur, non vitiant gratiam, quia Papa præsumitur habere notitiã de cõsuetis apponi *Cresc. dec. 14. de Præb.* maximè si secunda clausula non apponatur: cum de iure permutatio non subsistat nisi permutãtibus beneficia sint propria, *text. in c. 1. & ibi DD. in verbo sua beneficia de Rer. permut. in 6. Fred. de Senis tract. de permut q. 10.* vbi scribit quod quãdo vnus ex permutãtibus habet ius in beneficio, alter verò nõ, quod permutatio ipso iure nõ subsistat, cum ad hoc vt permutatio valeat, iura velint vt beneficia sint permutantibus propria *c. vt venerabilis de exceptio DD. in d. c. 1.* Hinc placuit Curiæ Burdigalensium teste Paponio *lib. 2. tit. de Resignat. arresto 16.* permutationem cum Meuio factam à Titio, cuius iam ante beneficium per Sempronium certo modo erat impetratum, non sustitisse, nec Meuij resignationem exinde secutam in præiudicium dictæ impetrationis valuisse. 9 10

B *Communiter tenetur in contrarium*) Eidem opinioni & ego subscribo, motus auctoritate Rotæ *in vna Gerundinen. Præstimonij 5. Iulij 1593. coram Litta. & in vna Conchen. apud Achillem de Grassis decis. 403. Aufrerij ad decis. Capellæ Tholos. 260. in fi. Marian. Socini cons. 168. in pr.* vbi scribit hanc sententiam magis esse communem & in praxi receptam, qua de re latius scripsi in tract. de permut. benef. *p. 3. cap.* IX. *nu. 3.* & ratio est, quia per resignationem etiam ex caussa permutationis inducitur vera vacatio vtriusq; beneficij compermutati & permutatione expedita neuter permutantium habet ius in suo pristino beneficio, dictis iuribus quibus, adde Rotam Besignet. *decis. 3. vtrum permutantes, de de rer. permut.* 11

C *Qui renunciauit etiam non habet ius.*) Non: cum renunciatio ex caussa permutationis veram inducat vacationem, & sic tituli extinctionem *Vvames. consil. 237. num. 10. vel 1. & cons. 251. vol 1. Marian. Socinus cons. 168. in pr. Achill. de Graß. decis. 403. nu. 4.* atq; ita, vel opus est noua collatione *DD. supra citati* vel saltẽ cõsensu, seu authoritate superioris, qui est ad instar collationis in eiusmodi regressu, siue reuersione, *Redoanus tract. de Simonia p. 2. c. 10. nu. 28. Staph. de litt. grat. tit. de var. mod. vacat §. 1. nu. 14.* id quod pluribus ostendi in d. meo tract. de permut. ben. *c. 9. p. 3.* Verùm, quæ ibi & supra scripsi, sic velim interpretari, vt tum demum non liceat propriâ authoritate regredi ad beneficium à se ex caussa permutationis dimissum, si collatio & acquisitio sic vacantis beneficij facta sit, & resignatarius seu compermutans illius possesionem acceperit, 12 13

nimirum

nimirum quia tunc resignatio plenum effectum sortita est, & vacationis modus sublatus est: ita vt superueniente caussa resoluente effectum permutationis, non restituatur beneficium sine noua collatione, vel sine aliqua Iudicis præcedente sententiâ declaratoriâ, vt apertè ostendit Rebuff. *ad hanc Reg. de Publ. resig. nu. 31.* & Socinus *cons. 168. in fi.* quod secus esset, si res adhuc esset integra, & nuda dumtaxat resignatio, quam secuta non fuisset collatio, aut permutantis acceptatio, quæ nisi interueniat, abdicatur ius à resignante seu compermutante *c. si tibi absenti, de præb. in 6. Lucius lib. 2. placit. Curiæ Parisien. placit. 7. tit. 4. vbi in terminis,* 14
adde Card. Seraphinum *dec. 773. num. 1. & 12.* inquiens possessionem beneficij 15
non simpliciter cessam, sed in fauorem, non abdicare ius à cedente, nisi probetur ab eo captam fuisse, ad cuius fauorem cessa fuit. & supradicta distinctio placuit D. Vvames. *cons. 341. in fi. vol. 2.* & puto equidem esse æquissimam, & vnà mecum Claris. D. Io. And. Opicinus eques auratus & in Romana Curia Aduocatus percelebris, & ingenij amoeni, atq; sagacissimi. An autem interim resignanti cedant fructus, dicam infra ad Reg. XLIIII. de Consensu in resignat. nu. 12.

Argumenta in *Reg.* XXXIX. INNOCENTII VIII. *quæ est* XXXVI. PAVLI. V.

1. Papa ponendo clausulam supplentes omnem defectum, quos defectus supplere videatur.
2. Non sufficit quoad effectum huius Regulę supplicationem signatam per *Concessum.* vel *fiat,* nisi addatur, *vt petitur.*
3. Motus praprius, quos tollat defectus.

Regula XXXIX. Innocentij VIII *quæ est* XLI. Pauli V.

DE SVPPLENDIS DEFECTIBVS.

ITem voluitquod si petantur suppleri defectus in genere nullatenus littera desuper concedatur, nisi in petitione desuper huiusmodi defectus exprimantur, vel per *fiat vt petitur* supplicatio signata fuerit.

GLOSSE.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista Regula dicit quod si in supplicatione petantur suppleri defectus, aut contractus vel processus &c: in genere, non debet poni ista clausula in genere, nisi in petitione exprimantur isti defectus, vel nisi supplicatio sit signata hoc modo, fiat vt petitur: *quia tunc omnia petita veniunt etiam in genere, hoc dicit.*

Et est aqua ista regula, quia alias est altercatio inter Doctores, si Papa confirmat cum clausula supplētes de plenitudine potestatis defectus, si qui interuenerint *&c: quos defectus Papa videtur supplere. & communiter tenetur quod refertur ad defectus quoad solemnitatem iuris, sed non quoad defectus personarum, puta legitimatis vel irregularitatis, nec quoad defectus iuris naturalis, scilicet consensus*, vt tenet specul. tit. de legato §. nunc ostendendum & Host. in c. 1. de transla. & Abb. ibi & in c. inter dilect. in VIII. col. de fide instru. qui etiam refert & sequitur istos Doct. *sed Papa vult hic quod etiam quoad defectus iuridicos non ponatur ista clausula; si tamen vis quod ponatur, vadas ad Cameram, & ibi soluens vnam taxam vltra debitum, & habebis, & proderit tibi quoad ignorantes.* 1

A

Et not. quod non sufficeret signatura per concessum, *etiamsi dicat hic*, concessum vt petitur *&c: item non sufficeret quod sit signata per Papam isto modo scilicet* fiat, *nam si non additur* vt petitur, *nihil fit, per ista verba hic posita, à quibus non est recedendum* l. non aliter & l. ille aut ille ff. de lega III. *sed quoad signaturam per* concessum *contrarium vidi in curia, pro quo facit regula*, *Potest quis per alium 68. de reg. iur. lib.* VI. *tamen in hoc casu dubium esset, an haberet locum ista regula.* 2

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *Quoad defectus iuris naturalis*) Adstipulatur Gomesius *ad Reg. de non iudicando iuxta form. supplic. q. 16.* vbi scribit quando Papa apponit clausulam in commissione *supplentes &c*: eum censeri tollere defectus iuris positiui, puta contra solemnitates à iure requisitas, non etiam defectus iuris naturalis, qualis est partis citatio, vel cōsensus &c. *Io. And. & Abb. in c. per venerabilem, Qui filij sunt legitimi*, vbi dicunt quod Papa non potest inducere matrimonium supplendo consensum, cum ille sit de iure naturali, vt & partis citatio: quinimò ne quidem tolluntur defectus iuris positiui per Papam, nisi supplicatio signata sit per *fiat vt petitur* vt hic in Regul. dicitur, vel nisi defectus exprimantur, quorum expresio adeò est necessaria, quod etiamsi dispensatio concessa fuerit motu proprio, nihilo magis releuet *And. Sicu. in c. ab excommunicato* 5

col. 2. de Rescript. tametsi ex opinione Gomesij *loco dicto* prædicta And. Sicu. doctrina dubitabilis videatur, nisi illa intelligatur procedere in defectibus personarum, quia in defectu solemnitatis actuum non videretur vera, eò quia talis defectus etiam in genere per clausulam motu proprio, & ex certa scientia purgatur, vt probat Alex. *cons. 79. col. 5. vers. circa sextum lib. 1.* Plura de tollendis & sanandis varijs defectibus vide apud Gomes. *d. loco.*

Argumenta in Regul. xl. INNOCENTII VIII. *quæ est* xlii. PAVLI. V.

1. Papa derogando iuri patronatus laicorum non censetur derogare iuri patronatus Ducũ, Marchionũ &c: nisi hoc expresse dicatur.
2. Nullum tempus statutum est ad instituendum quem in beneficio.
3. Superior potest assignare tempus inferiori infra quod instituat, alias deuoluetur collatio ad eum.
4. Patrono non præsentante infra tempus, nec Episcopo infra sex menses instituente, collatio deuoluitur ad Archiepis. & ab illo ad Papam.
5. Papa potest derogare Iuri patronatus laicorum.
6. Legatus etiam à latere non potest derogare iuri patronatus laicorum:
7. Quid in iure patronatus laici & clerici conjunctim?
8. Dispositio generalis Papæ non comprehendit Réges, & Principes.
9. An hæc regula sit de dandis.
10. Regulæ quę habent decretum irritās solent dari.
11. Omnes ecclesiæ Cathedrales Hispaniæ, siue etiam Castellæ, & Galliæ, sunt de iurepatronatus Regis nec Papa confert.
12. Papa reseruat sibi institutionem in dictis ecclesiis.
13. Papa potest sibi legem imponere.
14. An Rex Franciæ habeat ius patronatus in Episcopatibus sui regni?
15. Hæc Regula aucta est per Iulium III. & Clementem octauum: & in quo.
16. Patrono non præsentante intra tempus, ius deuoluitur ad superiorem.
17. Specificè & determinatè tantum Papa derogare potest Iuri patronatus Illustrium personarum: quod ampliatur multis modis.
18. Præsentationis definitio: estque duplex.
19. Patronus ecclesiasticus habet sex menses ad præsentandum à die notitiæ vacationis.
20. Patronus ecclesiasticus quis?
21. Patronus laicus quatuor menses habet ad præsentandum.
22. Quid intersit inter Patronum Ecclesiasticum & Laicum.
23. Papa non solet derogare iuri patronatus Regum & Principum, & si derogaret, non attenderetur in Hispania.
24. Legatus de latere an conferat beneficia

ficia iurispatronatus ecclesiastici.

25. Papa simpliciter conferens censetur iuri patronatus clericorum deroga-re, si illud sit solum præscriptione, vel priuilegio acquisitum.

26. Reseruationes Apostolicæ non compræhendunt beneficia Iurispatronatus laicorum, quoad præsentationem tollendam.

27. Patronus Ecclesiasticus non variat post electionem, etiamsi à principio indignum præsentauerit.

28. Nominatio simoniaca, illiusque acceptatio nulla est.

29 Laicus potest præsētare accumulādo.

30. Patronus Ecclesiasticus indignum præsentando, priuatur iure præsentandi.

31. Papa potest derogare iuri patronatus mixto.

32. Legatus à latere potest conferre ecclesiam spectantem ad patronum ecclesiasticum, secus si ad laicum, limita vt ibi.

33. Forma dandi Regulas Cancellariæ.

34. Collatio beneficij iuris patronatus laici valet, sciente patrono post quatuor menses.

Regula xl. Innocentij VIII *quæ est* xlii. Pauli V.

DE DEROGATIONE IVRISPATRONATVS.

ITem voluit quod super quouis ecclesiastico beneficio de iure patronatus laicorum non expediantur litteræ, nisi ponatur expresse, quod tale beneficium tanto tempore vacauerit, quod eius collatio est ad Sedem Apostolicam legitimè deuoluta *, vel ad id patronorum accedat assensus. & si per ipsum iuri patronatus huiusmodi derogare contigerit *, si ius huiusmodi ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, uel alium Principem pertineat, & de hoc in litteris prouisionis vel mandati de prouidendo de dicto beneficio, mentio facta non fuerit, non censetur iuri huiusmodi fore quomodolibet derogatum.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *ISta Regula dicit quod si impetretur beneficium iurispatronatus laicorum & supplicatio sit signata, tamen bullæ non debent expediri nisi cum illa clausula,* quod tanto tempore vacauerit beneficium, quod eius collatio sit ad Sedem Apostolicam

 legitimè

legitimè deuoluta: *vel alia clausula*, quod Papa prouidet impetranti, dum tamen ad id patronorum accedat assensus. *Si tamen Papa deregat iuri patronatus laicorum quoad beneficium impetratum, tunc non censetur derogare iuri patronatus Regis, Ducis, vel Marchionis, vel alterius Principis, nisi hoc expressè dicatur in derogatione, hoc dicit notanter ista regula. Sed certè quod dicit primum ista regula*, videlicet si tanto tempore vacauerit &c: *pro nunc nescio intelligere hoc, nisi vno modo vt dicam. Nam de iure nullum tempus est statutum ad instituendum, nam institutio est ad præsentationem patroni, & collatio sine præsentatione, & sic loquitur totus titulus de Instit. & quod hoc sit verum quod nullum tempus est statutum ad institutionem, sufficiat decisio* ROTA CCX. quæ incipit: Item secundum omnes Dominos, & hoc etiam dicit Abb. cap. II. de concess. præbend. *imò Superior potest assignare tempus inferiori, etiam breue infra quod instituat, alias deuoluetur collatio ad eum*, vt dicit Abb. supra & sentit decis. supradicta. *Sed si hoc est verum, quomodo collatio debet deuolui ad Papam si nullum tempus est statutum à iure? sed debet intelligi quod patronus non præsentauit infra tempus: & tunc iam non dicitur institutio, sed collatio, & Episcopus ad quem pertinebat institutio non contulit infra sex menses, & tunc non deuoluitur ad Archiepiscopum, & de Archiepiscopo ad Papam*, d. capit. secundo de concess. præb. *& tunc nullum præiudicium fit patrono laico: vel si fortè pertinebat institutio ad inferiorem prælatum Episcopo: & tunc per negligentiam patroni deuoluitur collatio ad Episcopum*, vt dicit glos. singularis in clem. I. de suppel. negl. prælat. quam not. Abb. in dicto cap. 2. *& tunc per negligentiam ipsius Episcopi &c: deuoluitur prout supra dixi; alias non posset hic intelligi nisi in mera collatione, & non in institutione, quæ non deuoluitur si patronus non fuit negligens per prædicta iura & per iura vulgaria.* 1 2 3 4

Quoad secundam clausulam hic positam videlicet dum tamen consensus patroni accedat &c: *hoc est certum quod Papa potest derogare iuri patronatus laicorum*, vt notatur in c. dilectus de offic. leg. & c. cum dilectus de iure pat. & facit glo. & ibi Domi. in c. II. de præbend. lib. VI. *Tamen in dubio non videtur derogare iuri ipsius* cap. super eo. de offic. deleg. cum alijs multis *& ideò se iustificat hic satis: sed ego intellexi quod fuit expedita vna bulla hic in Curia per Cameram sine supplicatione in qua Papa derogabat iuri patronatus laicorum* vt dicit gl. & malè: *De legato verò, etiam de latere, quod non possit derogare iuri patronatus laicorum non est dubitandum* per d. c. dilectus de offic. leg. & c. cum dilectus de iure patron. 5 6

Vidi tamen dubitari in curia, an posset derogari iuri patronatus laici & clerici coniunctim, & in legatione Domini Vlipbonen ego respondi quod non: & allegabam Abb. in d. c. dilectus in fin. col. qui refert Gasparem de Al. pro & contra & allegat Abb. gl. in c. vnico de iure pat. lib. VI. hæc tamen q. non venit coram legato: *sed alij tenebant contrarium. & hoc facit pro caussa Prioratus Eulginen. diœc. maximè quia ibi legatus non derogauit iuri pa. laici & clerici: & si fecisset nihil valuisset, per prædicta.* 7

Circa tertium est notandum, quod quantumcunque sit dispositio generalis non videtur 8

comprehendere

comprehendere Reges & alios magnos principes, & ad hoc sufficiat c. fi. de off. de-
leg. lib. vi. et cap. ne aliquid de priui. lib. eo de quo dixi satis in quæstionibus
Cardinalium in xvii. quæstio. & per prædicta iura & per iura vulgaria, & hæc
pro nunc.

E *Et circa istam vltimam partem, credo quod esset danda ista Regula: quia con-*
cernit iustitiam. Item quia continet quasi decretum irritans ibi, non cen- 9
seatur iuri huiusmodi quomodolibet derogatum &c: facit quod di-
cit Anton. in clem. i. super glo. in verbo nullatenus de sequestr.

Et quando habet decretum irritans solet dari, vt dixit mihi Iacob. de Rizoni- 10
bus Abbreuiator, bonus canonista. sed cautela posset esse circa vtraq; quod transiret
bulla per Cameram cum vna taxa vlteriori, & ista regula non obstaret: quia est re-
gula Cancellaria, & non Camera, vt dixi supra in xxxvi. regula: Non stet
commissioni &c.

Et per finem huius regula posset dici quod ex quo omnes Ecclesia Cathedrales
Hispania, id est Castella & Gallia pertineant ad ius patronatus Regis Castella per 11
F text. singul. in cap. cum longè lxiii. distinctio. & in cap. de hoc §. fin. cum
glo. de simonia, *quod prouisio facta per Papam de Ecclesia Cathedrali sine præsenta-*
G *tione, vel consensu regis, non valeat: & hoc etiam fundare possem etiam de iure com-*
muni cap. decernimus xvi. quæst. vii. *ex quo etiam sequitur quod si aliter*
fiat, Rex potest resistere prouisioni Papa aliter facta, de quo allego in similibus
Innoc. in cap. quod sicut de electio. & ibi Doctor. & in cap. super his de accu-
sat. & Doctores maximè Abb. in cap. i. & cap. cum terra & cap. cum inter vni-
uersas de elect. & non curo allegare Domi. in c cum certa de elect. *& non ob-*
stat quod Papa supra in ii. regula reseruat omnes Cathedrales Ecclesias sibi &c: quia
potest dici quia non intelligitur de illis, vbi Reges habent ius patronatus, ex quo Papa non
facit mentionem iuris patronatus Regum per hanc Regulam. Verum est tamen quod 12
si pertineat ad ius patronatus, quod Papa videtur reseruare quoad se illud quod pertinet
ad inferiores prælatos scilicet quod non instituatur:
Item quod non eligant Canonici, & quod Archiepiscopus non confirmet, sed non derogat
iuripatronatus Regum, per supradicta, & ad hoc facit l. i. §. Pomponius ff. quod
cum falso tut. iuncto c. si eo tempore de elect. lib. vi. *quia ista possunt diuidi: ideò*
valet reseruatio quoad partem, & quoad aliam partem non. Ex quo sequitur quod Rex
Castella debet præsentare Episcopos Papa, & non Archiepiscopis suis, tamen Papa tene-
tur prouidere præsentato per Regem, alias potest dici, salua auctoritate Sedis Apostoli-
ca, quod non valet eius prouisio, per supradicta, & per hanc regulam: nam Papa potest
sibiipsi imponere legem per clausulam derogatoriam, si non facit mentionem de illa clau- 13
sula, hoc est quod dicit Bal. in præl. feu. in xiii. col. quem sic intelligo: *& allegat*
Io. Mo. in c. i. de constit. lib. vi. *& pro hoc facit pragmatica Francia*, iuncto c. ha-

 buit,

buit. alias est §. XVI. q. I. *sed de Rege Franciæ non est textus expressè in Episcopatibus:* 14
nec etiam de alijs Regibus, sed de Regibus Hispaniæ sic, vt dicit: & dictum Archidiaconi in c. lectis LXIII. dist. *quod sequitur Bald.* in proemio decretalium in IIII. col. & in capitulo quanto de iudic. *loquitur de iure patronatus quod capitur pro protectione quam habet quilibet Rex in Ecclesijs Cathedralibus sui Regni, ratione solij, & non aliter.* 15

COMMENTARIA. IO. A CHOKIER.

A ISta Regula) Hodie auctior est facta hæc *Innocentij* Regula per alios Pontifices: nam Iulius III. post verba *legitimè est deuoluta*, addidit, *vel quia tempus patronis laicis ad præsentandum à iure præfixum lapsum existat.* quod est quatuor mensium à vacatione beneficij; *c. vnico, de Iurepatr. in 6.* CLEMENS verò VIII. post verba *derogare contigerit*, addidit: *Iurispatronatus huiusmodi mentio dispositiuè ac specificè & determinatè, non autem conditionaliter fiat.* Hasq; ampliationes probauit quoq; PAVLVS V. ter maximus Pontifex, vt in ipsius Regulis apparet. sed quorsum addita prima sit, non satis video, nec ipse Rebuffus: cum satis constet, quod etiam citra eam ius deuoluatur ad superiorem, quando intra tempus præstitutum patronus non præsentauit, *iuxta clem. vnicam vbi glo. Cardin. de supple. neg. prælator.* nisi dicas, vt inquit Rebuffus, *in praxi in tertia p. signaturæ verbo Nec non*; quod elapso tempore præsentationis non est deuolutum ius ad Papam, sed ad Episcopum, vel alium instituentem; quod si instituens non conferat, deuoluitur ad alium, donec ad Papam deuolutum fuerit. secunda verò clausula addita est, vt magis seruaretur illæsum ius patronatus illustrium personarum: vnde si non sit ei specificè & determinatè derogatum, eiusmodi prouisio erit nulla, *vt in simili notat* Innocent. *in c. quod sicut de electio.* quia alias non censeretur iuri Regis, vel Principis derogatum *Felij. in tract. quando litteræ Apost. noceant patronis ecclesiarum nu. 1. Lessius de Iust. & iure lib. 2. c. 34. dubit. 9. nu. 36.* ea enim quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta *l. Item apud §. ait prætor, de Iniur.* licet ante tempora Iulij III. conditionaliter derogabatur, non autem præcisè, seu specificè, & subsistebat prouisio, sed nunc requiritur specifica derogatio: quod procedit, etiamsi Papa mandaret prouideri de beneficio ad cuiuscúq; dispositionem pertinente, quia non comprehendet dispositionem spectantem ad præsentationé laicorú *Couar. pract. q. c. 36. nu. 2. Felij d. tract. nu. 2.* vbi etiã vlterius ampliat, etiãsi Papa scriberet proprio motu: imò etiãsi in litteris diceretur quod prouideatur Titio de beneficio, quod spectaret ad alicuius præsentationẽ: quia non intelligeretur ius patronatus laicum comprehensum sub eiusmodi dispositione 16 17

positione, & etiamsi diceretur ad præsentationem quorumcumque, maximè si hanc Regulam attendamus, quæ dat formam dispositioni Papæ: quæ etiam extenditur ad permutationes quæ fiunt in Rom. Cur. quia non valent non facta mentione iuris patronatus laicorum, vt diximus in tract. de permut. ben. *p. 1. c. 18. & seq.* Denique ampliatur etiamsi ius patronatus competat ex priuilegio Papæ, & non ex fundatione& etiam in beneficijs reseruatis, vt sigillatim de his scribit Felij. *in d. tract. nu. 3. 4. 5. 6. & seqq.* Potest enim Papa concedere ex priuilegio vt quis efficiatur patronus alicuius Ecclesiæ, Paulus *de Cittadinis de Iurepatronatus, vers. Pro sexta caussa.*

B *Patronus non præsentauit infra tempus*) Præsentationem definit Panor. 18
in cap. ea noscitur, de his quæ fiunt à Prelat. vt sit personæ alicuius per patronum Episcopo, vel alteri ad quem institutio pertinet legitimè facta exhibitio: eaq; duplex est: quædam enim fit à Patrono ecclesiastico, & hic habet sex menses ad 19
præsentandū à die notitiæ vacationis cōputandos *d. c. vnico de Iurepat. in 6. Rota* 20
decis. 566. in antiq. Dicitur autem patronus ecclesiasticus is qui ex bonis Ecclesiæ fundauit Ecclesiam, vel habet ius illud ratione Ecclesiæ, vt tradit gl. *in cle. vlt. de Iurepat.* Abb. *c. illud de Iurepat.* Rochus de Curte *de Iurepat. q. 4.* Paulus de Cittadinis *in eod. tract. de Iurepat. q. 4.* Flam. Parif. *tract. de resig. ben. lib. 2. q. 4. nu. 40.* & tantum temporis quoq; habebit ad præsentandum laicus, si ius patronatus sit mixtum, puta, quando duo sunt patroni quorum alter laicus, alter Capitulum, & Decanus, vel Pastor: nam tunc laicus propter societatem habebit sex menses vt not. Io. And. & Archid. & Lessius *de Iust. & iure lib. 2. c. 34. dub. 6.* 21
quando autem fit præsentatio à patrono laico solū, tum quatuor habet menses ad præsentandum *d. c. vnico*, diciturq; patronus laicus quando Ecclesiam fundauit ex suo patrimonio, vel ius habuit ab eo qui eam de patrimonio, & bonis patrimonialibus construxerat *c. cum dilectus de iurepat. Flam. Parif. d. loco.*

Hoc autem interest inter vtrumq;. Primò, vt prouisio facta per Papam de 22
beneficio iurispatronatus laici sit nulla, nisi vel lapsum sit tempus à iure præfixum ad præsentandum, vel patronorum accesserit consensus, deinde nisi expresse in litteris per clausulam derogatoriam exprimatur vt diximus, & notant DD. *in c. 3. de preb. in 6. arg. c. super eo de off. deleg.* Nec sufficit vt in litteris collationis dicatur, Conferimus Petro hoc beneficium ad cuiuscumq; præsentationem, vel collationem pertineat: sed expresse vt diximus debet derogare patronatui laico, vt testatur Rotæ decisio 331. & docet Couar. *pract. q. c. 36. nu. 2.* quod & probat Leo Lessius *tract. de Iust. & iure d. c. 34. dub. 8. nu. 36.* eoq; casu Papa potest conferre absque vllo patronorum consensu vt fuit resolutum in vna litteren. beneficij *13. Nouemb. 1615. coram R. P. D. Verospio quæ extat apud Farinacium dec. 688. p. 1. in Nouiss.* Quod si sit ius patronatus Regum, vel Principum id ipsum debet exprimi determinatè, vt habetur in Reg. Clementis VIII.

quamquam

quamquam huic non soleat Papa derogare etiamsi vacent eiusmodi beneficia in 23
Curia, teste Flam. Parif. *d. q. 4. nu. 47.* & si derogaret non attenderetur in Hispania vt not. Couar. *pract. q. c. 36. nu. 6.* In beneficio autem Iurispatronatus Ec- 24
clesiastici valebit prouisio Papæ, etiam non facta illius mentione vel derogatione, sed Papa imò & Legatus iure suo conferunt, etiam sine patronorum consensu *d. c. cum dilectus. Selua de beneficio in 3. p. q. 11. nu. 29. Rebuff. in praxi in 3. p. sig. verbo, cum derogatione*: nam per simplicem Collationem factam à Papa censetur iuripatronatus clericorum derogatum *Flam. Parif. d. q. 4. nu. 28. Lessius d.* 25
c. 34. dub. 8. nu. 38. & 48. vbi etiam subijcit, quod Papa potest etiam derogare iuri patronatus laicorum sine expressa clausula, si illud sit solum priuilegio, vel præscriptione acquisitum, modo tamen non constet à laico esse fundatum, imò etiam Legatus poterit tale beneficium sine præsentatione conferre, & est communis DD. sententia teste Couar. *pract. q. c. 35. nu. 5.*

Et quibus infertur reseruationes Apostolicas beneficiorum quæ fiunt propter crimen, vel quia contingit beneficia vacare apud Sedem Apostolicam, vel 26
ob aliam rationem ex iuris communis, vel Regularum Cancell. dispositione non comprehendere beneficia Iuris patronatus laicorum, quoad eorum persentationem tollendam; benè tamen quoad Institutioné, quæ Prælatis cõpetit: hæc enim tunc petenda est à S. Pontifice, vt hic noster docet Alphonsus *in fi. vers. Verum est tamen*, & Leo Lessius *d. c. 34. dub. 9. nu. 37.* vbi hoc intelligit cum Couar. *d. c. 36. nu. 5.* de Episcopatibus, Abbatijs, Prioratibus, Decanatibus, & alijs dignitatibus quæ S. Pontifici per Reg. 2. & 3. cessantibus Cõcord. reseruantur: non autem de beneficijs minoribus, quorum præsentatio ad laicos pertinet: hæc enim quòd sint Iurispatronatus laicorum ab omnibus reseruationibus esse exempta etiam quoad institutionem à Prælatis faciendam, docet *Lessius d. loco.*

Secundò, hoc interest inter patronum Ecclesiasticum, & patronum laicum, vt ille non variet post electionem alium præsentãdo, etiamsi à principio indig- 27
num præsentauerit: quia habetur pro electione, & confert ius præsentato, *Paulus de Cittadinis tract. de Iurepat. art. 3. p. 6. in pr.* (quod fallit, nisi simoniacè nominauerit: nam nedum nominatio simoniaca est nulla: sed etiam acceptatio, prouisio, & præsentatio inde prouenientes dicuntur simoniacæ *Mohed. dec. 4.* 28
de iurepat.) Laicus verò potest accumulare præsentando *Zabar. in Cle. vnica 13.*
q. de Iurepat. Innoc. in c. præposuit de filijs presbyt. & in c. cum autem de Iurepatron. 29
Rocbus de Curte de Iurepat. in verbo honorificum q. 35. & seq. Abb. in cap. quod autem de Iurepatronat.

Tertiò, patronus Ecclesiasticus prouidet vacantem Ecclesiam, non etiam laicus, qui solum habet illius tutelam & defensionem *glo. in cap. Cum vos, quam Panor. ibi dicit se alibi nescire meliorem in verbo Oeconamas in fi. de offic. ord.*

Quartò, patronus ecclesiasticus scienter indignum præsentando, priuatur iure 30

iure præsentandi; secus est autem in laico *gloss. in cap. Cum vos de offic. ord. & ibi Ioan. And.*

C *Papa non potest derogare*) Hodie derogatur in totum in casibus infra scriptis. Primò in vacatione per obitum apud Sedem. Secundò, in vacatione per resignationē ex caussa permutationis. Tertiò, quādo beneficiū vel ius patronatus est litigiosum. Quartò, quando Patroni in præsentatione commiserunt simoniam. Quintò, quando prouisio est pro filio patroni vel pro Compatrono. Sextò, quando Iuspatronatus est mixtum, *Mohed. dec. 156. in fi.* quia in tali mixtura eminet qualitas patronatus laicalis, *Fely in tract. quando litt. Apost. noceant patronis Ecclesiast. Flam. Paris. de resig. ben. lib. 2. q. 4. Nicol. Garcia de ben.* 31
p. 5. c. 1. §. 11. nu. 583.

Verùm aduerte, quod in noua prouisione beneficij Iurispatronatus laicorum, quo cauetur ne quis illud obtinere posit, nisi Præsbyter existat, adijci solet clausula sequens: Et dummodo prouisiones sint in hoc concordes, & quod durante minorennitate donec Orator Sacerdos fiat, beneficium prætactum debitis non fraudetur obsequijs, sed in reliquis fundatio seruetur: & si Orator adueniente legitima ætate non se fecerit ad dictos ordines promoueri, beneficium prætactum vacet eoipso, & Orator ad restitutionem fructuum interim perceptorum teneatur: & committatur in forma dignum nouissimā, & verificato imprimis dicto Iurepatronatu ex fundatione vel dotatione coram loci Ordinario. Nota insuper quod concesso Iurepatronatus cum clausula quod non possit derogari &c. non censetur derogatum per simplicem derogationem ex defectu intentionis concedentis, vt resoluit Rota *in vna Lucana Canonicatus 14. Maij 1590. coram R. P. D. Bubalo*, quæ extat apud Farinacium *dec. 4. num 7. p. 2. in Nouiss.* Deniq; quomodo probetur Ius patronatus siue laicum, siue Ecclesiasticum, hic non dico: quia non est huius loci, adeatur Mascardus *tract. de Probat. vol. 2.* Menoch. *de Præsumpt.* Farinacius *dec. 360. & 374. 548. & 235. p. 2. in Nouiss.* Rochus de Curte, Lambertinus, & Paulus de Cittadinis, & alij qui scripserunt de Iurepatronatus ex professo.

D *De Legato verò*) Hinc etiam collige, quod Iuspatronatus Ecclesiasticorum non ita latè pateat, vt Iuspatronatus laicorum. Nam potest legatus de latere conferre ecclesiam spectantem ad patronum ecclesiasticum; quod aliud est 32
in ecclesia ad patronum laicum spectante, quia non potest tunc talis legatus, vel prælatus, talem ecclesiam conferre *vt not. in c. cum dilectus de Iurepat. Nicol. Garcia de ben. p. 5. c. 3. nu. 63. qui multos citat*, quod limita nisi competat ius laico præsentandi ex consuetudine vel priuilegio *Fred. de Senis cons. 65. Staphil de litter. grat. tit. de modo & forma præsent. vers. quarto venditione:* quia valent litteræ apost. non facientes de eo mentionem: nam cessat ratio de retrahendo à fundatione

ex quo præsupponitur quod patroni ex præscriptione non fundauerint *Cardinal. consil. 61. incip. vacante, Garcia dict. cap. 3. numero 72.*

E *Quod esset danda*) Vt istud tyrones intelligant, repetant quæ scripsi supra *ad Reg. 28. de regulis Cancell. producendis* Formam verò dationis Regularum Cancellariæ ponit Hieronij. Paulus *in lib. cui titulum fecit Prouinciale ecclesiarum siue Practica Cancellariæ* quem librum à S. Apostolica approbatum scribit Card. *in clem. 2. §. Irritum in 3. q. de electio.* 33 34

F *Ius patronatus Regis Castellæ*) Idem sentit Flam. Paris. *de Resig. lib. 2. q. 4. nu. 42.* Porrò de iurepatro. Regum Castellæ siue Hispaniæ, vide Gregor. Lopez *in c. cum longè 63. dist. & lib. 1. tit. 6. lib. 1. Recopilationis vbi Azuedo*, Palacios Rubios *in c. per vestras de donat. inter vir & vxor & in libello de beneficijs in Curia vacantibus §. 8.* Couar. *in Reg. Possessor 2. p. §. 10. nu. 5. & 6.* Spino *de Testam. gl. 4. nu. 13.* Bobadillum *in sua Politica lib. 2. c. 18. num. 215.* & alios relatos per Nicol. Garciam *de ben. p. 5. c. 1. §. 4. nu. 214.*

De iure patronatus autem Regum Galliæ vide Carolum de Grassal. *lib. 2. Regalium Fräciæ, iure tertio*, Aegidium le Maistre *in suis dec.* Guiliel. Bened. *in Reper. c. Raynutius, de testam. verbo. Et vxorem nomine Adalasiam nu. 78.*

Porrò prædicti Reges habent ius præsentandi Episcopos Papæ, à quo facienda est prouisio, vt notat hic Glossographus & Garcia d. loco. Huicq; iuri patronatus Regibus competenti nunquam per Papam derogatur vt diximus etiã si beneficia apud Sedem vacent, vt præter alios scribit Rebuff. *in praxi in 3. p. signatura verbo iure patronatus nu. 64.* & Flam. Paris. *lib. 2. de Resig. q. 4. nu. 47.* Nec obstat quod Reg. 2. supra reseruat Cathedrales: quia non intelligitur de illis vbi Reges habent ius patronatus, vt rectè præter nostrum Glossographum notat Palacios Rubios *in d. libello de benef. in Curia vacant. §. 11.* & Couar. *pract. quæst. cap. 36. nu. 2. & 6.*

G *Sine consensu Regis non valeat*) Limita singulariter, nisi Rex vel patronus de quibus impetrans non fecit mentionem, scientes hoc, taceant per quatuor menses: quia collatio remanet valida, & nequeunt amplius opponere. Ita Felij. *in d. tract. quando littera Apost. noc. patron. Eccles.* qui citat Cardinal. *in Clem. 1. col. 15. vers. sed post longam. de Supple. neg. prælat.* alias limitationes vide apud eundem Felij. *d. tract. nu. 11. & seqq.* vide etiam Farinacium *decis. 686.* vbi ponit sex casus quibus deuolutio iuris patronatus locum habet.

Argu-

Argumenta in *Regul.* xli. INNOCENTII VIII. *quæ est* xliii. PAVLI. V.

1. INeongruum est beneficium regulare dare clerico in commendam.
2. Talis præsumitur respōsio qualis fuit petitio.
3. In prouisionibus commendarum, debet adesse signatura *fiat vt petitur de commenda*; alioquin non subsistunt, limita vt ibi.
4. Secūda iussio habetur pro certa sciētia & pro proprio motu.
5. Papa si prouideat proprio motu, censetur derogare huic Regulæ.
6. Camera expediret eiusmodi litteras, secus Cancellaria.
7. Alius quam Papa beneficia regularia seculari commendare non potest.
8. Episcopus, nec etiam Imperator, vigore facultatis illi datæ de conferendis ben. secularibus & Regularibus, conferre potest regularia secularibus vel è contra, quod limita vt ibi.
9. Dispositio concilij Trident. de conferendis benef. regularibus personis secularibus.
   Decretū Cong. Card. interp. Cōcilij.
10. Quid iuris si prouisus contra formā huius Reg. spolietur?
11. Concilium Trident. expresse dispoinit non esse conferenda benef. regularia alijs quā regularibus professis.
12. Papa commendans ad vitam moriente commendatario remanet beneficium affectum.
31. Ordinarius an prouideat de Cōmen.

Regula xli. Innocentij viii *quæ est* xliii. Pauli v.

DE COMMENDIS.

ITem voluit quod nulli seculari de regulari, nec religioso de seculari, beneficijs, de commenda detur, nisi in signatura super petitione Commendæ huiusmodi, de Cōmenda ipsa mentio fiat.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A ISta Regula dicit quod Cancellaria non debet dare commendam alicuius beneficij religiosorum clerico seculari, nec beneficij secularis religioso, etiam si ostendatur supplica-

tio signata per Papam, nisi in signatura fiat mentio de commenda, hoc dicit.

Et est aqua ista regula: quia incongruum est quod beneficium Regulare detur in com- 1
B *mendam clerico, nec contra*, arg. c. Deus qui, de vita & honest. cler. & cap. innouamus XVI. q. I. *tamen ratio dubitandi fuit quia ex quo in corpore supplicationis hoc petebatur, & signatura fuit indistincta, quod debeat venire illud quod petebatur: quia talis præsumitur esse responsio, qualis fuit petitio*, text. cum glo. in c. inter dilectos 2
de fide instr. *ergo si petebatur monasterium in commendam, & Papa dicat, fiat vt petitur, videbatur venire: tamen Papa ligat sibi manus hic, quod non veniat, nisi dicta signatura fiat vt petitur de commenda, & pro primo*, faciat decisio. Rotæ LXVI. quæ incipit. Item si petatur quod caussa commissa & LXXVI. quæ incipit. 3
Item si petatur committi hanc caussam. *Tamen intelligo Regulam quo-ad Cancellariam, sed Camera bene expediret per prædicta. Item intelligo hoc verum, nisi etiam in clausulis infra supplicationem positis iterum petatur; quia si Papa etiam ibi dicat* fiat, *vt supra, illa secunda iussio habetur pro certa scientia, & pro motu* 4
proprio leg. nec damnosa & ibi not. Bald. Cod de precib. Imperator. offe. *& si Papa faceret ex certa scientia, & ex hoc constaret, videretur derogare huic* 5
Regulæ argument. leg. quidam consulebat ff. de regul. iuncta clement. I. vt lite pendente in fin. *& ideò Cancellaria deberet expedire, sed dubito an hoc tempore faceret, ideò cautela est quod vadas ad Cameram si habeas talem signaturam contra hanc Regulam, hoc pro nunc. Regula autem ista non debet esse de dandis: sed bene credo quod Camera transiret per iura supradicta.* 6

COMMENTARIA. IO. A CHOKIER.

A *Supplicatio signata per Papam*) Nec enim alius præter ipsum potest sic 7
commēdare, *c. cum singula de præb. in 6. Ant. Faber lib. 1. defini. Forens. tit. 2. definit. 9* Nisi illam potestatem alteri delegauerit, vt plerumq; Cardinalibus indulgere solet, & legatis à latere; alias non, *Faber d. loco* vnde prohibetur Episcopo commendare regularia secularibus, & secularia regularibus *Rebuff. in praxi tit. de deuolut. nu. 83* Sic nec Imperator vigore facultatis illi datæ conferendi beneficia secularia & regularia, poterit conferre regularia secularibus, vel è contra, sed conferre habebit secularia secularibus, & regularia regularibus *Achilles de Grassis decis. 9. de Restit spol.* quod nota ad vlteriorem explicationem eorum quæ nuper scripsi ad Preces Primarias Cæsaris, *Sectio. 2. verbo Secularibus*: posset tamen Imperator in eiusmodi euentu, vel Episcopus, in defectum clericorum Regularium, vel è contra, conferre Regularia secularibus, & secularia 8
regularibus

regularibus: quia tunc necessitas non habet legem *text. Inter c. quatuor §. sed si seculares de Relig domi. Hoieda de Incomp. ben. 2. p. c. 9. nu. 15. Gonzales ad Regul. 8. Cancellariæ glo 8. nu. 43. Si tamen &c.* Denique possent conferri ab Ordinarijs collatoribus clericis secularibus, qui habitum illius religionis vbi consistit beneficium suscipere, & professionem admittere promiserint, vt statuit Concil. Trid. *in c. 10. sess. 14. de Reformat. ibi: Regularia beneficia in titulum regularibus professis prouideri cõsueta.* Circa quod decretum S. Congregatio Illust. Cardinalium Interpretum dedit hanc declarationem 12. Decembr. 1585. 9
» Præter Papam Ordinarij Collatores possunt conferre Regularia beneficia in
» titulum Regularibus professis prouideri consueta, etiam secularibus, qui illius
» Ordinis habitum omninò suscipere, & professionem emittere teneantur: quia
» hoc caput loquitur generaliter, & intelligit de Ordinarijs: nam quando vult intelligere de Papa, illum nominat. Et de habitu illud est ita strictè obseruatum
» vt etiam cum Papa prouidet, adijciatur clausula sequens: Et cum decreto quod
» infra sex menses à data præsentium computandos habitum suscipere, & statim
» anno probationis elapso professionem Regularum antedictarum emittere omninò teneatur, alioqui præsens gratia nulla sit eo ipso.

Interea aduerte si Regularis habuit beneficiũ seculare à Papa aut Episcopo, vel Imperatore, & spolietur, licet sit Inhabilis respectu tituli, competet tamen illi possessorium, & consequenter facit fructus suos: quia potuit esse dispensatus vel præscribere, non quidem titulum, quia titulus beneficialis non acquiritur præscriptione *c. 1. de Reg. iur. in 6.* sed ipsa beneficij natura, faciendo de seculari monasticum, & è contra *Ita Felij. in c. in nostra nu. 44. de Rescript. cui adde Achill. de Grassis d. dec. 8. d. tit. vbi ait 40. annos præscribi mutationem status.* 10

B *Incongruum est)* Ideò Concilium Trid. *d. Sess. 14. c. 10.* expressè statuit, ne beneficia regularia in titulum Regularibus professis prouideri consueta, non alijs quam religiosis illius ordinis conferantur: quod & repetitur in *Sess. 24. c. 21.* Quod adeò obseruatur in Gallia vt religioso S. Laurentij, Ordinis S. Benedicti, conuolanti ad Monasterium S. Iacobi eiusdem ordinis, non possit prouideri de beneficio regulari dependente à dicto monasterio S. Iacobi, etiamsi in illo actu habitet *arg. l. est verum C. de Incol. lib. 10. & l. Cum neq; eod. tit. l. Libertus §. sola ff. ad municip. Paponius in arrestis Curiæ parisien. tit. lib. 2. tit. 4. arresto 7.* Si tamen Papa commendet ad vitam eiusmodi beneficia, & commendatarius moriatur, talia beneficia remanent affecta per illam commẽdam postquam Papa apposuit manus in illa, adeò quod nullus inferior pro ea vice posset illa conferre, seu de illo se intromittere, *Rebuff. in praxi in forma signaturæ simpl. prouisionis verbo affectum.* Hodie tamen de stylo Curiæ, quod nota, Ordinarius potest prouidere de beneficio quod fuerat commendatum per Papam cessante 11 12

 Commenda,

ta cuiquam videatur fieri posse præiudicium, litteræ, super ipsa prima data nullatenus expediātur, nisi reformationes huiusmodi per verba *Fiat* & sub prima data signatæ fuerint.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista Regula dicit quod si aliqua reformatio fiat super prima impetratione beneficiorum vacantium, vel vacaturorum, & petatur in supplicatione sub prima data, quod nullo modo detur in expeditione, si posset fieri aliquod præiudicium tertio, nisi signatura dicat quod sic fiat, & sub prima data, h. d. Et ratio dubitandi fuit, quia quicquid dicitur in A *prima dispositione, videtur cum eisdem clausulis & substantijs dictum in reformatione, & è conuerso*, casus est in l. talis scriptura iuncta l. seq. ff. de leg. 1. *ergò sic videbatur* 1
B *hic. Sed ratio decidendi est, quia Papa non vult quod alicui fiat præiudicium, puta quod* 2 *fortè medio tempore alius impetrauit, ideò non debet fieri sibi præiudicium* c. quamuis de rescript. lib. vi. l. nec auus C. de eman. lib. *sed si petatur in supplicatione, & signatura fiat simpliciter in alijs quam beneficialibus, tunc cancellaria deberet dare per hāc regulam, quæ tantum loquitur de beneficijs vacantibus &c. quia est pœnalis, ex quo annullat* vt dicit glos. in c. decet de immu. ecc. lib. vi. *ergò debet restringi* c. in pœnis de reg. iu. lib. vi. *Et credo quod ista regula deberet dari per verbum* nullatenus expediantur *hic positum, quod videtur annullare ipso facto* glo. est sing in cle. 1. de sequestr. pos. & ibi Ant. not. *Et licet regula cum verbo annullans non solet dari, tamen ista quia est æqua deberet dari saltem ex commissione Papæ, si non sufficeret petitio* 3 *facta Vicecancellario, & credo quod etiam Camera non daret sub data reformationis* 4 *sine ista signatura hic posita: ideò consulendum esset habenti pecunias, quod primam supplicationem expediret sub prima data, & secundam reformationem sub secunda data, propter multa quæ non possunt breuiter dici.*

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *In prima dispositione*) Vnde si prima supplicatio sit signata motu proprio, & deinde fiat reformatio illius quæ signetur per concessum, vt petitur, 5 vel simpliciter, intelligetur hæc secunda concessio etiam motu proprio, licet non fuerit expressum: quia fit relatio ad primam, secundum quam vltima intelligitur, & ista bulla expedietur motu proprio referens se ad primam signaturam, *Rebuff. in praxi in forma noua prouisionis §. interdum opposita num. 9. per textum in l. asse toto ff. de hæred. instit. adde Franc. Marcum decis. 429. part. 1.* Porrò quando Notarius vel datarius possit corrigere datam vel impetrationem, & in quibus,

quibus, vide per Bart. & Decium *in l. si Librarius ff. de Reg. iur.* Panor. Imò & Felij. *in cap. ex litteris de fide instrum.*

B *Papa non vult*) Etiamsi in gratia sit adiecta clausula *motus proprij*, vel *non obstan. &c*: quæ quidem non videntur sic ampliare gratiam, vt auferant ius alteri, vt scribit Gemin. *in c. quamuis 15. nu. 4. de Rescript.* nisi Papa expresè dicat, *Rota decis. 19. Crescent. decis. 5. de concess. præb.* 6

Argumenta in Regul. XLIII Innocentij VIII, *quæ est* XLIIII. Pauli V.

1. Quid distet renunciatio à cessione?
2. Verbum *Nullatenus*, annullat actū ipso iure perinde ac clausula irritās.
3. An Camera admitteret resignationem non seruata forma huius regulæ.
4. Curia de qua in Regula quo pacto accipiatur.
5. Cancellaria non solebat admittere procuratorem ad renūciandum post annum, sed Camera secus.
6. Consensus pensionarij de quo in Reg. vt intelligatur, vt & nu. 9.
7. In Curia sufficit consensus procuratoris pensionarij.
8. Hæc Reg. inuenta est ad fraudes tollendas.
10. Consensus debet præstari per resignantem, aut procuratorem ad hoc specialiter constitutum.
11. Consensus quando extendi debeat. Constitutio Clementis VIII. de extend. consensibus non est in vsu. Ibid.
12. Consensus præstari potest etiam post obitum resignantis, quod extenditur, etiamsi probaretur constituentem mutasse voluntatem, nisi tamen eiusmodi voluntatis mutatio fuerit intimata procuratori constituto, vel ipsi Resignatario.
13. Consensus non potest post obitum præstari, quando Resignans porrexit supplicationem, & postea constituit procuratorem ad consentiendum resignationi: nam si moriatur Resignās, procurator post eius mortem, non potest præstare consensum:
14. Resignans à quo tempore desinat facere fructus suos.
15. Resignatio conditionalis non abdicat ius nisi adimpletis cōditionibus.
16. Ius non abdicatur à resignante nisi beneficium acquiratur resignatario, quod intellige, vt ibi.
17. Quamdiu quis sustinetur in officio potest administrare & conferre.
18. In resignatione conditionali possessio demum transit à resignante in resignatarium siue compermutantem, quando resignatio seu compermutatio suum sortita est effectum.
19. Permutatione non sortita effectum an permutans propria auctoritate redire posit ad suum beneficium.
20. Ius & titulus beneficii non censetur à resignante abdicatus, donec possessio &

fessio & titulus sit resignatario quæsitus: & interim possessio semper remanet penes resignantem.

21. Auctior facta est hæc Regula per nouissimos Pontifices, & in quo.

22. Vter. resignatariorum sit præferendus? an posterior in cõsensu, an vero anterior in cõsensu, sed in data prior.

23. Resignanti liberum est pœnitere antequam præstetur consensus in Cancellaria vel camera.

24. Licet ex parua data videatur datus consensus adeo vt post obitum resignantis possit præstari consensus formalis, nihilominus resignans potest adhuc pœnitere.

25. Res adhuc dicitur integra post paruam datam.

26. Locus est pœnitentiæ donec & quousque datus sit formalis consensus in Camera vel Cancellaria.

27. Si resignans moriatur post signatam supplicationum ante præstitum consensum in Camera vel Cancellaria, beneficium vacat per obitum & non per resignationem.

28. Procurator constitutus ad resignandum potest reuocari à domino etiam supplicatione signata & dato paruo consensu, intimando reuocationem in Camera vel Cancellaria.

29. Quid si in reuocatione commissus sit aliquis error?

30. Quid de reuocatione mandati procuræ per litteras?

31. Resignatio requirit speciale mandatum, quod fallit, quando procurator cum generali mandato esset constitutus ad transigendum in casu decis. 11. Crescentij de Procur.

32. Appellatione beneficij venient etiã dignitates & Personatus ad effectum huius Regulæ: non tamen Episcopatus.

33. Consensus etiam induci potest per solam supplicationis porrectionem ex sententia Mohedani.

34. Data supplicationis attenditur & retrotrahitur.

35. Litteris non expeditis nihil prodest resignatio ad effectum capiendæ possessionis.

36. Capiens possessionem ex sola supplicatione signata, dicitur intrusus, & amittit ius in beneficio si quod habet.

37. Differentia inter renuntiationem, & resignationem.

38. Hodie admittitur cessio iuris quod quis habet ex supplicatione signata & registrata etiam in fauorem, & litteris non expeditis.

39. Præsentis in Curia resignantis requiritur consensus, non autem procuratoris, & quid in resignationibus Cardinalium?

40. Vltra consensum resignantium vel cedentium in beneficijs Iurispatronatus, requiritur consensus patronorum, & quomodo præstetur huiusmodi cõsensus, & quid in beneficijs electiuis? quid in ijs quæ sunt ad denominationem Cardinalium?

41. Consensus formalis solet præstari in Camera vel Cancellaria.

42. Consensum hodie præstare non est necesse intra tempus cõstitutum per Clementem VII.

43. Rotæ decisio de præstandis consensibus.

44. Consensus præstitus à procuratore etiam post quatuor menses à morte resignantis vacat, quod fallit vt hic.

45. Consensum imponentis pensionem

Regula xliii. Innocentij viii. *quæ est* xliiii. Pauli v.

DE CONSENSV IN RESIGNATIONIBVS & pensionibus.

ITem voluit & ordinauit quod super resignatione cuiuscumq; beneficij, Ecclesiastici seu cessione iuris in eo quam in manibus suis, vel in Cancellaria Apostolica fieri contigerit, Apostolicæ litteræ nullatenus expediantur, nisi resignans vel cedens si præsens in Romana Curia fuerit personaliter, alioqui per procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter cõstitutum expeditioni huiusmodi in eadem Cancellaria expresse consenserit & iurauerit, vt est moris, * nec litteræ resignationis, vel assignationis etiam motu proprio cuiusuis pensionis annuæ super alicuius beneficij fructibus expediri possint, nisi de consensu illius qui dictam pensionem persoluere tunc habebit.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *ISta Regula dicit quod resignatio beneficij quæ fit in manibus Domini nostri Papæ, vel in Cancellaria Apostolica, non expediatur cum apostolicis litteris, nisi resignans, vel*
B *cedens iuri, si præsens fuerit in Ro. Curia personaliter, alias per procuratorem suum ad*
Cd *hoc specialiter constitutum, videlicet ad resignandum tale beneficium, consenserit expeditioni huiusmodi in Cancellaria: & iuret quod non interuenerit fraus, dolus, vis, metus*
E *nec aliqua simonia, nec litteræ pensionis, vel assignationis pensionis etiam motu proprio impositæ expediantur, nisi de consensu illius qui talem pensionem imponit, hoc dicit. & est* 1
æqua ista regula propter fraudes quæ fiebant in Curia, quas ad longum referre laboriosum
F *esset, plusquam subtile; & nota differentiam hic inter renunciationem & cessionem: nam resignatio est quando quis possidet beneficium, sed cessio iuris quod habet in eodem, & nescio pro nunc fundare iure hoc: & credo quod renunciatio vel resignatio aliquando ponitur pro cessione & è contra,* vt patet in tit. de Renunciat iuncto c. veniens et c. sane. eod. tit. et c. solicitè de restit. spol. & cap. accepta eod. tit. & l. postquam liti C. de pact. & cap. cum prædam eo. lib.

Item ponderandum est istud verbum nullatenus expediantur *hic positum, quod an-*
G *nullat actum ipso iure, vt dicit glo.* in verbo nullatenus in cle. I. de sequestr. poss. 2
& fru. *& ibi dicit Ant. quod idem est dicere* nullatenus fiat, *vel* omninò, *& similia verba, quam dicere* si secus actum fuerit decernimus irritum & inane, *& hoc etiam not. Domi.* in c. Romana §. sententias de app. lib. VI. ex dicto Io. And. ibi. *Ex quo sequitur quod resignatio aliter facta, vel saltem expeditio non valet per prædicta. Et ex hoc sequitur quod etiam in Camera non debet talis expeditio fieri, sed quia regula loquitur de consensu habendo in Cancellaria, dubito an Camera admitte-* 3
ret, & credo quod sic.

H *Item in quantum Regula ista loquitur de præsenti in Curia, debet hic capi Curia pro muris tantum Ciuitatis, vel ad plus pro præsenti in suburbijs, & non debet intelligi Cu-* 4
ria pro duabus dietis arg. c. præsenti §. loca de præbend. lib. VI. *per locum à speciali, & Cancellaria non solebat admittere procuratorem ad renunciandum post annum, &*
I *fundatur eius æquitas in c. super hoc, de Renunciat. & cap. quia non est verisimile de præ-* 5
sumpt. & Camera tamen sic.

Item in quantum in fine dicitur de consensu imponentis pensionem *non debet in-*
K *telligi si præsens est per se: sufficit enim per procuratorem, vt superius dicitur. nam illa* 6
oratio superius dicta, est perfecta, & ista etiam de per se: ideò ibi scriptum hic repeti non debet nec hic ibi, facit, quod dicit Bart in l. talis scriptura ff. de leg. I. *ideò credo,* 7
quod in impetratione pensionis, satis est, quod etiam præsens in Curia consentiat per procuratorem specialem, ad hoc facit Regula, quod quis potest per alium de reg. iur. lib. VI. *& non scio si Cancellaria hoc admitteret, propter pertinaciam Abbreuiatorum, sed de Camera certus sum. Et ista regula est de dandis ex quo habet decretum irritans,* 8
L *vt superius dixi, & in Regula supra proxima.*

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *ISta Regula*) Hæc Regula fuit edita ad tollendas fraudes, quę possent ori- 9
ri, vt notat noster Alphōsus: quia posset quis nomine alterius porrigere supplicationē resignationis & alium priuare beneficijs *Sarn. de publ. resig. q. 7. nu. 3. & 4.* Nam consensus per supplicationem sufficiebat de iure communi *Cassad. decis. 1. de Reg. Mohed. decis. 5.* Igitur ad tollendas fraudes, cautum est requiri consensum præstitum per se, vel per procuratorem specialiter ad hoc solum 10
constitutum. *Sarn. d. q. 7. Boer. decis. 345. num. 5.* Isq; consensus extendi debet pro expeditionibus litterarum per Notarios Cameræ, vel Cancellariæ in libris 11
solitis, *Flam. Paris. de resig. ben. lib. 8. q. 8. num. 126. & seq.* & quidem intra tres menses in materijs Franciæ, & in alijs infra 15. dies, à die præstationis istorum consensuum, siue à die missę supplicationis per datarium ad Registrum vel summistam, computandos, ex constit. Clementis VII. 19. incip. *Sanctiss. in Christo Pater, & D. N.* quæ tamen Constitutio non est in vsu, vt infra ostendam

Cæterum,

Cæterùm, consensus perficiens resignationem, nedum viuo resignante præstari potest, sed etiam post mortem illius, dúmodo supplicatio fuerit per procuratorem viuo resignante porrecta, & signata, & datata, super quo est extrauagans Alex. VI. & Leonis X. apud Flam. Paris. *lib. 9. q. 24. nu. 14. & 15.* & est communis conclusio, quam amplia procedere, etiamsi probaretur constituentem ante eius mortem mutasse voluntatem: nam si illa voluntas reuocata, non fuit intimata, iuxta clem. *1. de Renunciat.* potest procurator eo mortuo præstare consensum formalem in Camera, vel Cancellaria, *Flam. Paris. lib. 9. q. 25. nu. 12. & d. q. 24. nu. 24.* vbi etiam *nu. 26.* dicit, & rectè, non obstare d. dec. Cassad. *nu. 2.* quia illa intelligenda est de reuocatione valida cum intimatione facta, vel resignatario, vel ipsi procuratori, vel Notarijs Cameræ, vel Cancellariæ *Fl. Paris. dict. lib. 9. q. 26. & 27.* Limita dictam conclusionem, vt non procedat, quoties principalis porrexit supplicationem, & postea constituit procuratorem ad consentiendum resignationi: Nam si moriatur principalis iste procurator post eius mortem, non potest præstare consensum, quia respectu ipsius procuratoris res non est integra, cum nihil fecerit, & per consequens expirat mandatum. 12 13

Aduerte interim, quod à die præstiti consensus desinat resignans fructus facere, & incipiunt deberi resignatario, quia per consensum abdicatur omne ius, dominium, & possessio beneficij à resignante, *Gonzalez ad Reg. VIII. Cancellar. glo. 15. §. 2. nu. 41. & seqq. Flam. Paris. de Resig. lib. 1. q. 6. num. 38.* licet Garcias *tract. de ben. p. 2. c. 1. nu. 126.* velit fructus beneficij resignati cedere resignatario statim à die datæ; secutus opinionem Gomesij *ad Reg. de publicandis quæstio. 7. num. 2. & aliorum*, idque etiamsi resignans non habuerit notitiam admissionis resignationis. 14

Et hæc quidem vera sunt in simplicibus beneficijs, & curatis; nam in Canonicatibus, & præbendis Hispaniæ, & totius ferè Europæ (qui aliquando valent ter mille aureos, vt sunt Canonicatus Toletani, & Hispalenses in Hispania, fructus non exprimuntur, nisi ad XXIIII. duc. exceptis tamen Canonicatibus, & præbendis S. Petri, & S. Ioannis Laternensis de Vrbe, qui solent exprim. ad 50.) aliud dicendum est: quia tamdiu resignans lucrabitur fructus, quamdiu licitè insistit possessioni, & resignatarius non intimat suo resignanti litteras suas: & ratio rationis est, quia fructus isti consistunt in distributionibus quotidianis qui non debentur, nisi residentibus, & diuinis interessentibus, ideóq; æquum est resignantem eos lucrari, qui adhuc residet in canonicatu, quæ opinio non displicet Nicol. Garciæ *tract. de ben. p. 2. c. 1. nu. 169.*

Verùm aliam egò pono distinctioné, nimirú inter resignationem simplicem, & conditionalé qualis est quæ fit ex caussa permutationis, videlicet quod simpliciter resignans statim abdicat ius à se, & remanet absq; titulo: in resignatione verò conditionali, non abdicat, ius nisi adimpletis conditionibus, *Mob. dec. 2. de* 15

Renunciat. Flam. Parisf. lib. 1. q. 3. nu. 8. 47 & 49. vbi ſcribit non abdicari ius à reſignãte, niſi beneficium reſignatum acquiratur reſignatario in cuius fauorem 16
fuit facta ceſsio: namq; ſemper videtur facta cum conditione, dummodo beneficium quæratur reſignatario *Mohed. deciſ. 58. 83. & 341. Collect. in c. Iniuſtum nu. 2. de Rer. permut. Anaſt Germon. tract. de Indult. Card. §. necnon quarumcumq; nu. 23.* quod verum eſt quando permutans ſeu cedens poſt ceſsionem incumbit adhuc poſſeſsioni corporaliter *Illuſt. Card. Seraphinus deciſ. 773. nu. 1. & 12.* quo caſu reſignans, cedens, aut compermutans poterit fructus percipere & beneficia ſpectantia ad collationem illius beneficij conferre: quamdiu enim ſuſtinetur in officio, adminiſtrare poteſt & cõferre *Rebuff. in tract. Nominat. q. 14. nu. 157. Flam.* 17
Periſ. lib. 1. q. 7. Hinc fit, vt in reſignatione conditionali, poſſeſsio demũ tranſeat à reſignante in reſignatarium ſeu compermutantem, quando effectum ſortita 18
eſt reſignatio ſeu permutatio: ſi enim non ſequatur, videtur reſolui poſſeſsio ipſo iure in ipſum reſignantem, ex cauſſa permutationis. Ita in terminis Rota *Rota deciſ. 67. Nota quod reſignans, in Antiq.* quod multo magis procedit quando facto compermutantis alter adipiſci non poteſt poſſeſsionem beneficij compermutati: adeò vt is poſsit reuerti ad beneficium à ſe dimiſſum, etiam propria 19
auctoritate, vt multi volunt quos refert. D. Vvameſius *conſ. 341. nu. 8. in fi. de Rer. permut. vol. 2.* maximè ſi beneficij reſignati vel permutati non fuerit capta poſſeſsio; quippe tum reſignatio hæc conditionalis non eſt ſortita effectum, nec vacationis modus ſublatus, quod ſecus eſt vbi reſignatarius reſignati beneficij accepit poſſeſsionem, namq; abſq; noua collatione, reſignans non poteſt redire propria auctoritate ad ſuum beneficium, *Rebuff. ad Reg. de Publicãdu reſig. nu. 31.* Sed & hanc noſtram diſtinctionem probauit & confirmauit Clariſſ. Ictus Ioan. Andreas Opicinus, multæ & variæ vir eruditionis, & in alma Vrbe Aduocatus celeberrimus, hac potiſsimum ratione, quod nondum completa & perfecta reſignatione per dimiſsionem poſſeſsionis, ius & poſſeſsio illa primæua necdum eradicata, adhuc remaneant in reſignante ad quemcumq; effectum poſſeſsionis etiam redintegrandæ: quia donec poſſeſsio & titulus ſit verè reſignatario quæſitus, non cenſetur à reſignante ablatus & ante acquiſitionem reſignatarij in reſignationibus in fauorem certæ perſonæ (qualis eſt ea quæ fit ex cauſſa permutationis) 20 adhuc reſignãs dicitur poſsidere, & titulum coloratũ habere, præſertim cõtra tertium; cum multa interuenire poſsint quo minus beneficium quæratur reſignatario *Achilles de Graſſis deciſ. 10. nu. 4. de reſtit. ſpol. Put. deciſ. 158. nu. 4. lib. 3.* Ideòq; poſſeſsio ſemper manere dicitur penes reſignantem qui non videtur depoſuiſſe animum poſsidendi, donec cum effectu acquiratur reſignatario, maximè ſi ſemper, etiam poſt, de facto incubuit poſſeſsioni, vt reſoluit Rota *apud Card. Seraphinum dec. 773. nu. 12. & 14.*

Præambulis hiſce quæſtionibus ita expeditis, redeo ad noſtram Regulam, in qua

qua notes, post *Innocētium* VIII. alios postea Pōtifices ad nostra vsq; tēpora post verba, *vt est moris*, clausulam hanc addidisse: *& si ipsum resignantem, seu* 21 *cedentem pluries super vno, & eodem beneficio in fauorem diuersarum personarum successiuè consentire contigerit, voluit Sanct. sua, quod primus consensus tenere debeat, & alij posteriores consensus, ac litteræ illorum protextu, etiam sub priori data, expeditæ, pro tempore, nullius sint roboris vel momenti.* Quæ quidem clausula eò adiecta fuit, quò omnis dubitandi ansa tolleretur super prælatione diuersorum resignatariorum, quibus ab vno, eodemque, præuio illius consensu, beneficium resignatum erat, dubitabatur enim vter præferri deberet, an is cui præstitus erat consensus postremò, an verò ille, qui licet in data esset posterior, tamen prius habuit con- 22 sensum? in quo diuersi diuersa sentiebant teste Crescentio *decis. 1. de concess. præbend.* Sed tandem placuit Pontificibus, qui Innocentium secuti sunt, anteriorem in consensu, licet in data posteriorem præferendum, vt habet iam dicta clausula. Cuius ratio est, quod cum resignanti liceat pœnitere antequam prętetur consensus in Cancellaria, vel Camera, *Flam. de resig. lib. 1. q. 12. & lib. 9. q. 25. nu. 4. Mohed. decis. 4. de simonia*, potuit idem resignans secundo loco re- 23 signare, quod cum fecerit, & consensum super secunda primo præstiterit, statim secunda resignatio est perfecta, & resignatarius secundus acquirit ius, ideòq; posterior consensus, ac litteræ illius prætextu, etiam sub priori data expeditæ, nullius erunt roboris vel momenti, vt hic statuitur. Secundò, quod cum ex primo consensu sit abdicatum omne ius à resignante, iuxta cōmunes conclusiones, sequitur quod alij consensus nullius sint roboris, & momenti, tanquam dati ab eo, qui nullum ius habebat: nemo enim potest dare, quod non habet, *Flam. Paris. de resig. ben lib. 8. q. 1. nu. 110.* Porrò, quod dixi resignantem posse 24 pœnitere, & reuocare resignationem ante præstitum per ipsum, vel eius procuratorem consensum in Cancellaria, vel Camera, amplia hoc procedere etiāsi supplicatio fuerit signata & datata, & etiam post paruam datam & præstitum paruum consensum intimando in Camera, vel Cancellaria dictam reuocatiocationem *Flam. Paris. d. q. 12. nu. 40. & seqq.* Nam quamuis ex paruæ datæ an- 25 notatione post porrectionem supplicationis videatur datus consensus dans robur & valorem gratiæ (adeò vt post mortem resignantis possit præstari consensus formalis in Camera vel Cancelleria *Flam. Paris. de Resig. ben. lib. 1. q. 12. nu. 33.*) Nihilominus vera est sententia posse resignantem etiam post paruam datam pœnitere: quia parua data describitur à Notarijs, & vt plurimum remanet penes Impetrantes seu illorum procuratores, quibus licet eas lacerare, & pro arbitrio retinere, & supplicatio datatur per Datarium, & tamen non

Datarius

Datarius & Notarij, sed Pontifex beneficia concedit. Vnde res adhuc dicitur integra post paruam datam, seu paruũ consensum,& per consequens licita erit poenitentia *Flam. d. q. 12. nu. 37. & 42.* quod ampliatur procedere etiamsi in suprascriptione supplicationis dicatur resignantem dedisse consensum:nam donec & quousq; non est datus formalis consensus, qui est cum expressè datur in Camera vel Cancellaria, & extenditur à Notario, licitum est de stylo Curiæ recedere, *Caputaquen. decis. 217. part. 1. nu. 8. Flam. Paris. lib. 8. q. 8. nu. 40. & 43.* & idem dicendum in permutationibus beneficiorum, vt latius ostendi in tract. de Permut. benef. 26 27

Ex quo infertur 1. quod talis resignans vel permutans potest poenitere,& retinere beneficium si vult, aut resignare in fauorem alterius porrigendo aliam supplicationem,& super ea consensum præstando in Cancellaria vel Camera,& iste obtinebit beneficium *Mobed. decis. 189. de Renunciat. Flam d. q. 12. num. 50.* Secundò infertur quod si resignans moriatur post signatam supplicationem ante præstitum consensum in Camera vel Cancellaria beneficium vacat per obitum & non per resignationem *Put. decis. 92. nu. 6. lib. 2. Flam. d. q. 12. num. 54.* Tertiò, vt etiam post solutam compositionem possit resignans poenitere, ante tamen præstitũ cõsensum in Camera vel Cancellaria. *Mobed. d. dec. 189.* Quartò infertur quod si quis constituit procuratorem ad resignandum & iste porrexit supplicationem quæ fuit signata & postea præstitit paruum consensum, poterit nihilominus Dominus reuocare procuratorem intimando in Camera vel Cancellaria dictam reuocationem,& licet nihil de reuocatione consensus exprimat, id tamen sufficiet, etiamsi reuocatio consensus esset nulliter facta, dummodo constet de mente reuocantis *Flam. Paris. d. q. 12. nu. 47. vbi scribit communem.* Hæc enim est practica inquit Mobed. *decis. 5. de Renunciat.* vt signata supplicatione, de qua requiritur consensus in Cancellaria seu Camera si subest aliquis defectus propter quem actus ipso iure est nullus, tunc fit reformatio ad primam supplicationẽ,vel noua prouisio tollẽs defectũ,& pro expeditione cõsensus primus sufficit. Nec obstat Regula de Extendẽdis cõsensibus: quia loquitur de consensu qui præstatur in Camera seu Cãcellaria pro expeditione litterarũ non de consensu perficiente resignationẽ:& cum cõsensus pro expeditione sit pręstitus iterũ non est præstãdus: quia esset quid non necessariũ & superfluum *Mob. d. dec.* 28 29

Sed dubitatur, an si Dominus certiorem reddiderit procuratorem per litteras, vt existat, donec & quousq; alias à se recipiat, possit nihilominus dictus procurator interim resignare, & præstare consensum? non posse respondit Flam. Paris. *d. lib. 9. q. 28.* sunt enim huiusmodi litteræ loco intimationis reuocationis mandati per not. Ias. *in l. centesimum §. si ita stipulatus numero. 14. ff. de verb. oblig.* quod ampliatur etiamsi illæ litteræ peruenerint ad manus procuratoris post supplicationem signatam, & datatam, nam per receptionem litterarum 30

litterarum, non poteſt vlterius procedere, nec ad præſtandum conſenſum deuenire *Flam. d. queſt. 28.*

B *Ad hoc ſpecialiter conſtitutum*) Eſt enim reſignatio ſiue ceſsio donatio, quæ requirit ſpeciale mandatum *l. filiusfamilias ff. de donat. Card. in Clem. 1. in opp. de renunciat. Flam. Pariſ. de Reſig. ben. lib. queſt. 6. in fi.* ſi tamen vigore reſignationis vel ceſsionis data eſſet compenſatio æquiualens, tum videretur poſſe expediri reſignationem vigore mandati generalis *Creſcent. deciſ. 11. de Procur.* 31

C *Tale beneficium*) Appellatione beneficij hic venient dignitates & perſonatus *Card. Tuſchus Pract. concluſ. iuris tom. 6. concluſ. 99. in fin.* non tamen Epiſcopatus, *Flam. Pariſ. de Reſig. ben. lib. 8. q. 5. nu. 6. 49. & ſeqq.* Et ratio eſt: quia ceſſat fraus huius Conſtitutionis: Nam renunciationes Epiſcopatuum fiunt in Conſiſtorio præſentibus Cardinalibus, vt ibidem dicit Flaminius, & ſubdit alias rationes, quas vide. 32

D *Conſenſerit*) Conſenſum etiam induci per ſolam ſupplicationis porrectionem per Dominum vel procuratorem non obſtante etiam clauſula de extendendo infra quindecim dies, ſcribit Mohedanus *deciſ. 5. de Renunciat.* & Caſſad. *deciſ. 4. de Renunciat.* quod intellige quoad valorem gratiæ, non autem vt ſatisfaciat huic Regulæ, quæ vult litteras non eſſe expediendas, niſi reſignans per ſe vel procuratorem expeditioni huiuſmodi in Cancellaria conſenſerit; attenditur autem data ſupplicationis, quæ data ponitur in litteris in quarum tergo apponitur conſenſus de ſtylo Cancellariæ, Ideò in bullis poni videmus, *Hodie in manibus noſtris reſignauit &c: Flam Pariſ. de Reſig. ben. lib. 8. q. 8. nu. 28. & 111.* Et ſic conſenſus retrotrahitur ad tempus datæ, etiamſi ſit præſtitus multo tempore poſt, *Fl. Pariſ. d. q. 8.* Hinc infertur quod ſi quis porrexit ſupplicationem, quæ fuit ſignata, & poſtea fecit aliam reſignationem, ſi deinde conſentit primæ ſupplicationi ſignatæ, conſenſus retrotrahitur ad diem datæ ipſius prouiſionis, per conſequens tenet prima reſignatio *Caſſad. d. deciſ. 1. de Renunciat. Flam. Pariſ. d. q. 8. num. 113,* ſignanter attenta ſupraſcripta Regulæ clauſula, *Et ſi ipſum reſignantem ſeu cedentem pluries &c.* 33 34

E *Nec litteras*) Quibus alioqui non expeditis non prodeſt reſignatio: cum non poſsit capi poſſeſsio, & multo minus fructus ſine litteris, vt eſt cautum in conſtit. 83. Iulij III. quæ hodie ad vnguem obſeruatur, teſte Flam. Pariſ. *d. q. 8. nu. 1.* Imò capiẽs poſſeſsionem ex ſola ſupplicatione ſignata, dicitur intruſus, omneq; ius, quod in beneficio habet, amittit, & de cætero ad illud obtinendum inhabilis redditur. *Mandoſ. ad Reg. de non iudicand. iuxt. form. ſup. q. 3. nu. 4.* Plura hac de re vide Nicolaum Garciam *tract. de benef. part. 4. cap. 1. numer. 47. & ſeqq. Flam. d. q. 8.* 35 36

F *Et nota differentiam inter reunnciationem & cessionem*) Fl. Paris. *lib. 1. Resig. ben. q. 1. nu. 70.* nullam constituit differentiam inter renunciationem, 37
cessionem,& resignationem; licet *lib. 2. q. 24. vers. & hac conclus.* scribat de stylo Cãcellariæ cessionem dici, cum quis resignat ius quod habet ex supplicatione signata, & registrata,& admittitur, eiusmodi cessio etiam in fauorem, *Seraph dec.* 38
182. Mandos. in praxi sign. grat. tit. Resignationes col. 3. vers. beneficij obtenti, vbi dicit resignationem seu cessionem admitti his verbis, scilicet, *possessione habita vel non habita, ac forsan litteris non expeditis resignare proponat prout resignat, & cedit. Flam d. loco.* vbi *nu. 2.* subijcit, quod hodie solet narrari quod litteræ non sint expeditæ,& non de facili, inquit, admitteretur huiusmodi resignatio ad fauorẽ, nisi cum magna intercessione: ego tamen vidi concedi.

G *Annullat actum ipso iure*) Et sic requiritur quod præsens in Curia personaliter prestet consensum, ideòq; non poterit constituere procuratorem, 39
Abb. in c. vlt. de iuram. calum. Flam. Paris. lib. 8. de resig. ben. q. 8. num. 22. etiamsi sit in magna dignitate, etiam Cardinalatus. Vnde videmus Cardinales quando resignant, quod præstant consensum per scedulam, quam mittunt Notarijs, vel ipsi Notarij accedunt ad eorum palatia ad recipiendum consensum, vt inquit Nauarrus *in c. accepta oppos 7. nu. 27. de restit. spol.* quod limita non procedere in Camera; Nam qnando præstatur ibi consensus Notarij Cameræ admittunt procuratores etiam præsentium *Flam. Paris. lib. 9. de resig. questio. 12. & lib. 8. quæst. 8. num. 23.*

Cæterùm, aduerte quod licet, ad effectum perficiendæ resignationis requiratur consensus resignantis vel cedentis; sunt tamen aliqua beneficia quæ aliorum adhuc requirũt cõsensum pro validitate resignationis, vt sunt beneficia Iurispatronatus, in quibus requiritur vltra cõsensũ resignãtis & admisiionẽ Papæ etiã patroni, siue laici, siue clerici. *DD. in c. vlt. de renunciat. Rochus de Curte in tract. de Iurepat. verbo, honorificũ, col. 3. Couar. pract. q. c. 36. nu. 9.* quomodo autem præstetur eiusmodi cõsensus, notat Fl. Paris. *de resig. ben. lib 8. q. 10. nu. 4. & 5.* vbi scribit quod huiusmodi consensus potest præstari ante prouisionem, in prouisione, & post prouisionem. Secundò beneficia electiua, in quibus debent consentire ij qui ius eligendi habent, *Zabarella in cle. vnica num. 18. de Renunciat. Flam. Paris. d. q. 10. num. 11.* Tertio beneficia quæ sunt ad denominationem alicuius Cardinalis, nam in his consensum ipsius requiri scribit idem Flam. *d. q. nu. 14.* Sed in alijs beneficijs quæ non sunt ad denominationem Cardinalium, an requiratur eorum consensus si illa per eorum familiares resignentur? idem Paris. *d. q. 10. nu. 28.* scribit non requiri, idq; diuersis Rotæ decisionibus, quas apud eum videto. 40

H *Credo quod sit*) Omninò: nam recepta praxis & stylus Cu. Romanæ est 41
quod

quod ſoleat præſtari conſenſus in Camera vel in Cancellaria, *Mobed. decif. 5. nu. 1. de renunciat. Put. decis. 111. lib. 3 Flam. Pariſ. de reſig. ben. lib. 8. q. 8.* & ſi alibi quis conſentiat, nulliter conſentit, quia paria ſunt non præſtare conſenſum, & præſtare abſq; ſolemnitate requiſita *Put. decif. 360. nu. 6. lib. 2.* Ideòq; nouo conſenſu in tali euentu opus erit. *Pariſ. de reſig. ben. d. lib. 8. q. 8. nu. 11.* ſed hoc intelligunt, dummodo prçſtetur conſenſus intra tempus definitum per Conſtitutionem Clementis VII. vt ſupra, ſed malè, quia iam dicta cõſtitutio exoleuit, 42
vt reſoluit Rota, *in vna Couchen. beneficij 14. Nouembris 1611. coram R. P. D. Damaſceno*, quæ extat apud Farinacium *decif. 356. part. 1. in Nouißimis*, quæ quia elegans eſt, & creberrimo vſu venire poteſt hic inſerendam cenſui, & talis eſt:

" Dubitaui, an Conſtitutiones felicis recordationis Clementis VII. & aliorum
" Anteceſſorum de extendendis conſenſibus in libris Cameræ infra 15. dies à die
" miſſæ obſtarent Gregorio, qui illas non obſeruauit, & quia Gregorius pro ſui
" defenſione faciebat totum fundamentum in non vſu prædictarum Conſtitutio-
" num, difficultas fuit reſtricta ad duo. Primum an probaretur dictus non vſus.
" Secundum an probatus releuaret.
" Quo ad primum, fuit dictum, conſtare de non vſu ex plurimis conſenſibus
" ſpacio ſeptuaginta annorum præſtitis poſt quindecim dies à die miſſæ, quorum
" copia fuit data pro parte Gregorij, nec non etiam ex teſtibus Curialibus, &
" practicis pro eius parte examinatis, & ex fide ſeptem Notariorum Cameræ,
" hoc idem atteſtantium, & vlterius ex decif. Oradini in cauſſa Barchinonen. Ca-
" nonicatus 10. Octobris 1594. 24. Maij 1568. hoc idem per teſtes vſq; tunc exa-
" minatos affirmantibus.
" Quibus non obſtare viſum fuit, quod multi conſenſus fuerint etiam præſtiti
" intra quindecim dies, vnde infertur iſtum vſum tanquam difformem non ſuf-
" fragari ex allegatis, quia fuit reſponſum, Conſtitutiones habere duas partes;
" primam, quod conſenſus debeant extendi infra quindecim dies, alteram quod
" illis non extenſis reſignatio ſit nulla, & beneficium moriente reſignante vacet
" per obitum. Prima pars admittitur variè obſeruata, ſecunda verò nequaquam,
" cum non probetur, quod non aliquando ob non extenſum conſenſum intra 15.
" dies fuerit annullata reſignatio, ita in propoſito reſpondet. *Dec. conſ. 11. nu. 12.*
" *verſ. & conſiderandum eſt.*
" Vlterius fuit dictum, quando diuerſitas reperitur in actibus, qui ſe compa-
" tiuntur cum conſuetudine, talis diuerſitas non impedit conſuetudinem, ſiue
" deſuetudinem, quia qui poteſt extendere poſt quindecim dies, multo magis
" intra quindecim dies, vnde extenſio facta intra quindecim dies, non attribui-
" tur obſeruantiæ Conſtitutionis, ſed facultati facientis, ita *Dec. poſt Bart. dicto*
" *conſ. 11. nu. 12. verſ. tertio & vltimo. Farnc. de inuent. part. 3. nu. 93.* faciunt tradita *per Alexand. conſ. 108. nu. 15. vol. 2. Anchar. conſil. 339. numero 7. in fin. verſ. ad*

secundam, Cran. conf. 197. nu. 12. vers. optime facit Roland. conf. 13. num. 5. vol. 4. Rota in causa Parmen. status 14. Martij 1580. coram Robusterio relata inter diuer. impress. decis. 294. nu. 6. par. 2.

Non etiam obstare visum fuit, quod in pluribus decisionibus fuerit habita ratio istarum Constitutionum, nempe apud *Verall. in manuscript. 225. lib. 1.* Veronen. Sancti Zenonis coram Aldobrandino, qui postea fuit Clemens Papa VIII de qua inter diuers. impress. decis. 215. par. 1. & in alia Veronen. pensionis 27. Iunij 1590. coram Illustriss. Plato, quia in prædictis decisionibus minimè fuit actum de non vsu prædictarum Constitutionum. Nam decisio Veralli firmat tantum Constitutionem Clem. esse extrauagantem, non autem simplicem regulam Cancellariæ, decis. Clem. Papæ VIII. dictam Constitutionem præsupponendo disputat de intellectu, & ante disputationem super vsu causa fuit concordata, vt fuit repertum in illius adnotationibus, decisio coram Illustr. Plato fuit facta vna parte Informante, & sic nemine opponente de non vsu, propterea quando fuit formaliter actum de vsu, & examinati testes, Rota censuit pro non vsu, & in dicta Barchinonen. Oradini.

Similiter fuit dictum non obstare, quod Constitutiones adhuc obseruentur quo ad multa, nempe in descriptione consensuum in libris Cameræ, adnotatione Missæ super supplicatione, & similibus, quia fuit responsum non esse nouum, quod Constitutio seruetur quo ad aliqua, & quo ad alia abeat in desuetudinem. *Ruin. cons. 55. in fin. lib. 5. Corn. cons. 20. nu. 2. versic. nec etiam obstat. lib. 3. Gabr. cons. 78. nu. nono lib. 2. Aragon decisio. prima.*

Circa secundum, Domini habebant pro indubitato, quod non vsus, siue contrarius vsus populorum sine consensu Papæ nihil potest operari contra validitatem Constitutionum Apostolicarum, ex latè deductis in Romana concordia S. Petri die 13. Nouembris 1609. 11. Ianuarij & 12. Februarij 1610. coram Reu. P. D. Caualerio.

Difficultas erat in hoc casu, quod iste non vsus, siue contrarius vsus fuit obseruatus in ipsamet Cancellaria Apostolica, quæ dicitur organum Papæ. *Cassad. decis. 2. nu. 7. super reg. de vnion. Cas. de Grass. dec. 1. nu. 8. de probat.* vnde inferebatur non solum ad scientiam ipsius Papæ, quæ regulariter infertur ex scientia eius Officialium *Bar. in l. si publicanus §. in omnibus in 1. ff. de public. & vectig. Crauet. de antiq. p. 4. §. absolutis nu. 23. Boer. dec. 254. nu. 19. Alb. cons. 64. nu. 51. cum alijs per Surd. cons. 429. nu. 54.* verum etiam ad consensum, qui colligitur tam ex eo, quod quicquid gessit Cancellaria videtur gestum ab ipsomet Papa, cuius ipsa est organum, ex alleg. supra, & sic ipsemet Papa videtur fuisse, qui legem abrogauit, non subditi, dicitur enim factum Papæ etiamsi ipse gesserit cum alio. *Feder. cons. 117. nu. 2. Vitalin. in cleus. 1. nu. 26. de probat. Gabr. conclus. 2. nu. 12. eod. tit.* Rota in causa Salamantina iurisdictionis 17. Maij 1577. coram bo. me. Cardinali

Cardinali Seraphino relata inter diuers. impress. decis. 171. nu. 2. part. 1. & in causa Oxomen. beneficij 24. Octobris proximi coram me: Quam etiam ex altero, nempe quia iste non est vsus, siue contrarius vsus fuit in Romana Curia, infra parietes Sacri Palatij. Vnde summi Pontifices ob nullam aliam causam videntur tacuisse, quam quia contenti fuerint, prædictas constitutiones in desuetudinem abire. Et per prædictam rationem, quod non vsus, siue contrarius vsus fuerit obseruatus in Cancellaria Apostolica, quæ est organum Papæ, & dictæ constitutiones fuerint abrogatæ, conclusit Rota in decis. Oradini supra allegatis.

Cæterùm, quatenus prædicta possent pati difficultatem circa abrogationem dictarum Constitutionum, considerabant Domini, quod Gregorius non intendit sustinere, quod dictæ constitutiones amplius non ligent, immò offert se paratum illas in futurum semper obseruare, sed dicit se excusandum à pœna dictarum constitutionum, propter iustam caussam quam ex prædictis habuit, credendi, quod non esset amplius in vsu, si quidem communis error excusat à pœna. *Bartol. in l. quis sit. §. apud Labeonem ff. de edil. edic. cum cumulat. per* Rolan. *cons. 96. nu. 6. cum pluribus sequent. lib. 2. Surd. cons. 327. nu. 51.*

Et pœna videtur esse, quod quis per non extensionem consensus in certo tempore amittat ius sibi delatum ex gratia Apostolica, quem consensum resignantis, indubitatum est, tunc temporis adfuisse, pœna enim est amittere ius quæsitum *gl. in c. puellis. verb. nullatenus 36. q. 2. & in c. fi. verb. ex vi, & ibi Abb. nu. 7. in fi. de iur. patron. Rom. cons. 226. in princ. Paris. cons. 5. num. 193. vol. 4. Surd. decis. 7. nu. 13. & 232. nu. 9. ad fi.*

Et ius dicitur quæsitum per solam signaturam Papæ: *Put. decis. 94. nu. 2. par. 2. Caputaq. dec. 301. par. 3.* fuit dictum in caussa Barchinonen. Prioratus 9. Maij 1547. coram Mohedano relata inter diuers. impress. decis. 7. lib. 1. part. 3. in Tuden. beneficij 9. Maij 1578. coram Illustriss. Blancetto. quæ est. 418. num. 3. par. 1. diuers. & in Cusentina pensionis 13. Ianuarij 1599. coram bon. mem. Litta; in Pampilonen. Parochialis 21. Aprilis 1610. coram Domino Attrebaten.

Etenim litterarum expeditio, & extensio consensus, non fit ad substantiam gratiæ, sed ad probationē. *Gemin. cons. 106. nu. 6. vers. in contrarium Rot. dec. 87. nu. 3. de rescript, in antiq. Mohed. decis. 9. vt lit. pend. Verall. dec. 267. par. 1.*

Ex quibus apparet inanes esse constitutiones, quas Flam. Paris. multis verbis discussit in explicatione d. Clementinæ.

1 *Post annum*) Hodie tamen valet cōsensus præstitus à procuratore, etiam 44
post quatuor annos à morte Resignantis, quod fallit si vltra lapsum temporis appareat mutata illius voluntas *Mohed. dec. 31. de Renunciat.* sitq; reuocatio insinuata procuratori vel resignatario, vel si procurator viuo resignante supplicationem non porrexit. *Cassad. decis. 1. de Renunciat. Flam. Paris. de Resig. ben. lib. 9.*

quæst. 24. nu. 9. Quid autem si mandatum fuerit conditionale, videlicet reseruatis sibi fructibus & regressu? an adhuc post mortem resignantis possit procurator consensum præstare? vide Crescentium decis. 9. de Renunciat.

K *De consensu imponentis pensionem.* Sufficit quod eiusmodi consensus præstetur per Resignantem & Resignatarium ex interuallo, non enim requiritur vt vno & eodem tempore interueniat *Flam. Parisi. d. q. 8. nu. 87.* 45

Interim aduerte primò, quod de stylo Cancellariæ non recipiuntur consensus conditionales in reseruationibus pensionum, sed tantum liberi *Illust. Card. Seraphinum dec. 1465. nu. 6.* & expressi, ideò in bullis solet poni, tibi quoad vixeris, vel procuratori tuo ad hoc speciale mandatum à te habenti per N. cuius ad hoc accedit assensus & successores suos Canonicatum prætactum pro tempore quomodolibet obtinentes annis singulis pro vna videlicet in B. Ioannis Baptistæ, & altera medietatibus eiusdem pensionis in Dñi nostri Iesu Christi Natiuitatum festiuitatibus in Ciuitate N. vigore præsentium, nec alias, alioquin præsens reseruatio nulla sit eo ipso, integrè persoluenda, authoritate earundem tenore præsentium reseruamus, constituimus, & assignamus &c: 46

Insuper aduerte, quod solet huic Regulæ derogari primò, quoties confertur beneficium absenti cum reseruatione pensionis *Flam. Parisi. d. q. 8. numer. 117. citatq; Card. Paris. cons. 5. nu. 56. vol. 4. Gigan. de Pens. q. 10. 7. & 11.* Nam Papam posse reseruare pensionem absq; consensu beneficiati communiter est receptum, & pluries fuit resolutum in Rota. quod vidi nuper in vna Canonicatus N. quem Paulus V. grauamit pensione 50. ducatorum in fauorem Præpositi dictæ Ecclesiæ, derogando in eo nominatim huic Regulæ, & Concordatis, & Indulto Episcopi de Data anni 1612. Kalendis Septemb. Secundò, quoties resignatur, vt nostri loquuntur in fauorem minoris absentis: nam tunc derogatur, & Papa contentatur non esse necessarium minoris consensum, & per consequens resignatio non potest annullari ob non præstitum consensum, *vt fuit resolutum in vna Acheront. coram Oradino 4. Maij 1554.* Sed nota de stylo Curiæ quod in resignationibus cum pensionis reseruatione, si fructus non excedant medietatem, apponi solet clausula: ***quorum medietatem pensio ipsa non exdedit***; sin excedant medietatem, ponitur clausula post verba: super dictis N. fructibus, ***ad valorem annuum c. duc. ascenden.*** In resignatione verò Parochialium cum pensione debet exprimi tempus per quod Resignans obtinuit, vt videatur si mereatur pensionem, & si fructus non excedant ducatos cxx. non reseruatur pensio, quia remanere debent c. ducati liberi pro Rectore; & ponitur clausula: ***Et dummodo ex fructibus dictæ Ecclesiæ centum ducati liberi pro illius Rectore pro tempore existente annuatim remaneant,*** qui centum Ducati intelliguntur iuxta valorem Ducatorũ in qualibet regione 47 48 49

ex

ex sententia Sarnen. *ad Reg. de Valore q. 9.* licet clausula: *Dummodo remaneant centum ducati pro Rectore &c*, soleat intelligi de Ducatis de Camera, ex quo fructus narrantur in ducatis de Camera, & illa clausula: de Ducatis similibus. Verbum autem *liberi* in dicta clausula importat, vt nullum sit grauamen & diminutio, *Rota dec. 298. part. 1. diuersor. vide Garciam in tract. de benef. part. 1. c. 5. à nu. 375.* Interea aduerte quod clausula ista: *dummodo remaneat* &c. debent iustificari per pensionarium, etiamsi agatur contra eum, qui consensit pensioni, cum per eam gratia fiat conditionalis. *Farinacius dec. 417. nu. 1. par. 1.* quod fallit quando dicta clausula non est apposita reseruationi pensionis, sed consecutiue ad modificandũ, & limitandum clausulam præcedentem, etiãsi aliæ pensiones annuæ vltra præfatas alijs personis assignatæ existant *Farinacius dicta dec. 417.* 50 51

Deniq; & postremò aduerte quod consensus pensioni præstitus ab eo cui de beneficio nulliter prouisum erat, non præiudicet ei, qui beneficium legitimè obtinuit *Idem Farin. dec. 437. part. 1. nu. 1. in nouiss.* vbi etiam fuit dictum consensum præstitum ante obtentum beneplacitum Apostolicum, etiam cum iuramento præstitum non valere. 52

I. *De dandis*) Negat tamen Cassadorus *decis. 1. de Renunciat. nu. 6.* & Illust. Card. Seraphinus *decis. 1465. nu. 7.* vbi scribit hanc Regulam expeditiones litterarum concernere citatq; Crescent. *decis. 9. de Procurat.* 53

Tenor verò Constitutionis Pij V. 58. quæ præscribit formam Resignationis coram Ordinarijs de qua supra & ad Reg. de Public. hic est: 45

" Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.
" Quanta ecclesiæ Dei incommoda omni tempore attulerit, & nunc quotidie
" magis afferat ministrorum in eam ingressio vitiosa, iam late perspiciant, &
" cum mœrore expendant Præsules omnes & pastores, quando hæc pernicies
" cæterarum omnium maxima tam multas orbis ecclesias impie violarit. Quia
" vero hoc malum in cæteris frequens, tum maxime in beneficiorum, & officio-
" rum ecclesiasticorum dimissione admittitur, nemini molestum esse debet, quod
" perinde de reprimendis quotidianis fraudibus, quæ hac in re frequentiores in-
" ternascuntur, certam aliquam rationem tandem inituri, officij nostri partes
" in prohibenda omnibus interim resignationum huiusmodi receptione paulo
" seuerius interposuerimus, omnesque beneficiorum interim resignandorum
" dispositiones quæ fierint, in irritum reuocauerimus, ac etiam decreuerimus
" nullum per eas in illis, ius neque titulum, vel coloratum tam in petitorio,
" quam in possessorio ipsis prouisis tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps ob-
" tinenda perpetuo inhabiles fore.

Collatores verò alias in illorum dispositione etiam tanquam deuolutionis

iure

" quo ad perſonas, quo verò ad capitula, & conuentus à diuinis ſuſpenſionis ſen-
" tentias ipſo facto promulgamus, quibus etiam nullus alius quam ipſe Romanus
" Pontifex ſiue abſolutionis, ſiue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo)
" valeat impertire. prohibitione, & literis noſtris prædictis nihilominus in cæ-
" teris omnibus, perpetuò valituris. Nonobſtantibus quibuſcunq; priuilegijs,
" indulgentijs,& literis Apoſtolicis generalibus,& ſpecialibus quibuſcunq; Epiſ-
" copis, & alijs ſuperioribus, , ac inferioribus eccleſiarum prælatis, nec non ec-
" cleſijs, monaſterijs, & capitulis, conuentibus , collegijs,& vniuerſitatibus, eo-
" rumque, & alijs perſonis etiam Regia Imperiali maieſtate præditis , ſub qua-
" cunq; verborum forma , & conceptione conceſsis , per quæ effectus præſen-
" tium impediri poſſet quomodocunq; , vel differri,etiamſi de eis ipſorumq; to-
" tis tenoribus ad verbum , ac de proprijs nominibus eorum , nec non eccleſijs,
" monaſterijs, locis, ordinibus, & dignitatibus, de quibus nec non cauſis prop-
" ter quas illa conceſſa ſunt , ſpecialem & expreſſam præſentibus fieri oporteret
" mentionem. Cæterùm iubemus eaſdem præſentes ad valuas baſilicæ Princi-
" pis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ publicari , & earum exem-
" pla affigi. Volumuſq; eas ſic publicatas omnes & ſingulos perinde afficere, &
" obligare,ac ſi illis ipſis fuiſſent ſingulariter intimatæ,exemplis quoq; prædictis
" etiam impreſsis, manuq; Notarij publici, & ſigillo prælati eccleſiaſtici,vel eius
" curiæ obſignatis, eandem prorſus fidem adhiberi , quæ ipſis præſentibus ſi fo-
" rent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam
" noſtræ relaxationis, præcepti, interdicti, decreti , promulgationis , iuſsionis,
" & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc
" attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri
" & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.
" Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1568. Cal
" Aprilis Pontificatus noſtri Anno tertio.

Ex qua conſtitutione Pij V. videt Lector eas admitti reſignationes coram Ordinarijs, quæ fiunt ex cauſſa ſenij,vel infirmitatis, aut ſi reſignans ſit corpore impeditus, vtpotè ob lepram, ſcabiem herculeam,paralyſim, apoplexiam, morbum comitialem, chiragram:vel vitiatus , qualis eſt cœcus vtroq; oculo, claudus,loripes , gibboſus , aut alias notabiliter diminutus qualibet corporis parte, aut crimini obnoxius,veluti Simoniacus, Homicida,Adulter, concubinarius, inſordeſcens in excõmunicatione, periurus,Blaſphemus ante priuationis ſententiam, vel cenſuris eccleſiaſticis ſubiectus , aut qui; nequit eccleſiæ inſeruire, quales ſunt prioris capitis exempla; quibus adde clericum bannitum, damnatum, mutum & qualemcumq; irregularem, deniq; ob vitam ſcandaloſam, & probroſam, imperitiam, ſiue illiteraturam, morbum caducum , execrabilitatem, ſeu beneficiorum incompatibilium pluralitatem, ſtatus mutatio

nem, vtpotè si clericus contrahat matrimonium, vel cucullam monasticam sumat, deniq; ob caussas relatas in c. Nisi cum pridem de renunciat. Ad extremum Ordinarij poterunt recipere renunciationes beneficiorum obtentorum per eos, qui nequeunt, aut non audent in loco beneficij residere propter capitales inimicitias. Prohibetur tamen Ordinarijs ne beneficia ad ipsorum manus renunciata conferant suis vel dimittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus, vt nunc dicemus. Atq; hæ sunt caussæ, quæ mouerunt Pium V. vt Ordinarijs facultatem daret recipiẽdi renunciationes beneficiorum, cum illæ omnem fraudem excludant, vt latè & copiosè tradidit, sigillatimq; explicat Flam Paris. *lib. 5. de Resig. ben. q. 6. vsq; ad num. 173.* quo in loco Ordinarijs duo obseruanda præmonet. 55

Nimirum primum vt si renuncians in sacris ordinibus sit constitutus, videant an habeat aliunde ex quo commodè viuere possit, alias non admittant renunciationes, vt patet ex verbis constitutionis Pij V ibi *Sed nec horum vllus sacro ordini mancipatus valeat vllo modo beneficium (nisi religionem ingressurus) vel officium Ecclesiasticum resignare, nisi ei aliunde sit quo in vita commodè possit sustentari.* & ratio est ne in opprobrium & dedecus ecclesiastici ordinis mendicare resignans cogatur. 56

Secundum, vt Ordinarij admittentes resignationes ex causis supra relatis, non conferant illa beneficia suis, aut resignantium consanguineis, & affinibus, vel familiaribus, etiam per circuitum, vt habetur in dicta Constit. Pij V. ibi. *Cæterum præcipimus &c*: & ratio est: quia resignatio in fauorem coram Ordinarijs est illicita. *Fusc. de Visit. lib. 2. c. 28. nu. 29. & Simoniaca, vt ostendi in tract. de Permut. p. 2. c. 25.* quia debet esse pura, *Flamin. de Resignat. lib. 8. cap. 49.* quæ tamen Cõstit. non seruatur in Hispania quoad prædictos, teste Garcia *de Ben. p. 11. c. 3. nu. 270.* Cæterùm, circa ista duo notabilia sunt adhuc duo obseruãda

Primùm, quod in verbis d. Const. habetur Ordinarium posse admittere resignationem religionem ingressuri, intelligendum esse, non de habitus susceptione, sed professione, vt scilicet paulò antequam profiteatur, seu iam ad ipsam professionem accingitur, liceat Nouitio renunciare ad manus Ordinarij, *Nicol. Garcia de ben. part. 11. c. 9. nu. 24.* reprobata Fusci & Flaminij opinione, quem vide, vt & nu. 28. vbi scribit Nouitium lucrari interim fructus, siue is profiteatur, siue exeat. 57

Alterum est altioris indaginis; nimirum an valeat resignatio beneficij ad cuius titulum est quis ordinatus, non facta mentione tituli in supplicatione, esto quod facta sit mentio resignantem commodè habere ex quo viuere possit. Pro cuius quæstionis solutione plures formantur conclusiones.

Prima, non valere resignationem quando non est expressum, quod Resignans habet aliunde vnde viuat, ita disponit Cõcil. Trid. *sess. 21. c. 2.* Beneficium (inquit)

" (inquit) ad cuius titulum quis fuit sacris ordinatus, resignari non potest, nisi
" facta mentione quod ad illius titulum fuit promotus. Neq; ea resignatio ad- 59
" mittatur, nisi constito, quod aliunde commodè viuere possit, & aliter facta
" resignatio nulla sit. Cui consentit Congregatio Cardinalium, hac declaratione
" anni 1588. *Fuit* (inquit) *dubitatum an pro forma traditum esset, vt resignans teneatur facere mentionem se ad titulum illius fuisse promotum, adeò quod per æquipollens adimpleri non possit. Et fuit resolutum pro forma traditum esse à Concil. stante clausula annullatiua, & quod Concil. negatiuè loquitur.* Ita Tolet. *c. 48. lib. 1. summa nostra 18. in fine.* Azorius *lib. 7. instit. moral. tom. 2. cap. 2. q. 7.* Flam. *lib. 5. de resig. q. 6. nu. 175.* Garcia *p. 2. c. 5. nu. 192.* Salcedo *pract. crim. canonica c. 18. nu. 8.* Et ita fuit resolutum in Rota anno 1588. de mense Maij *in vna Salamantina* coram R.P.D. Orano Leodieñ. Rotæ Auditore celeberrimo, cuius nomen quoties citatur, toties maximæ Iurisprudentiæ iuxta ac eloquentiæ consummatio audientis animo oboritur. Et in vna Hispalensi coram Illust. Plato. *17. Iunij eodem anno.* videri potest Flam. supra. Et lib. 8. q. 7. Idem fuit resolutum in vna Aretina plebis 4. Decemb. anno 1600. coram D. Millino.

Secunda Conclusio, non sufficere expressionem quod resignanti remanebat, vnde viueret, sed etiam necessariò exprimendum, quod ad titulum illius beneficij fuerit ordinatus, ita Concil. supra allegatum & Authores: tùm quia Concil. Trid. vtramq; expressionem requirit, & quod sit promotus ad titulum talis beneficij, & quod habeat vnde viuere possit, *ita Flam. supra nu. 36. Gonzalez glo. 5. §. 10. nu. 35.* tum quia vt supra dixit Congregatio forma dicti Concilij per æquipollens adimpleri non potest, Idem tenet Azor. *lib. 7. c. 25. q. 6.*

Tertia Conclusio, in sacris constitutus, non potest vllo modo beneficium resignare, etiamsi ad illius titulum non sit promotus, nisi aliunde habeat vnde commode viuere possit, Ita Pius V. in d. constit. 56. cuius verba supra retuli atq; ita de stylo seruari refert *Garcia 2. part. cap. 5. num. 189. Flam. lib. 3. de resig. q. 14. nu. 3.* Azor. *lib 7. c. 2. q. 7.*

Quarta Conclusio, beneficium surrogatum illi beneficio, ad cuius titulum, 60
quis erat promotus, non potest resignari, nisi facta mentione, quod sit surrogatum ei ad cuius titulum fuerat resignãs promotus, & quod habeat vnde commodè viuat, Ita Garcias *supra numer. 210. & alij Ibib.* & Ioannes Guitierrez *conf. 42. num. 1.*

Quinta Conclusio, renunciatio beneficij facta sub pensione sufficienti ad 61
congruam sustentationem, non tamen facta mentione quod ad illius titulum sit quis promotus, non valet. Ratio est, quia vt dictum est supra, est forma sub qua vult Concilium resignari talia beneficia, & indistinctè annullatur resignatio aliter facta. Ita tenet Congregatio Concilij cuius verba refert *Garcia d. p. 2. nu. 215.* in hunc modum: Congregatio (inquit) censuit Concilium intrare &c:

Petrus Lodesina c.7.post.10.conclus. Azorius *supra cap. 15. quaest. 5. Flam. d. quaest. 6. numero 41.*

Decretum Concilij Trid. supra relatum habet etiam locum in permutationibus beneficiorum talium, quę sunt nullæ non factâ mentione quod permutans ad titulum beneficij permutati fuit sacris ordinatus, nisi permutatio sit æquiualens, vt Congregatio censuit *super d. c. 2.* ibi, & aliter facta permutatio nulla est. Cógregatio, inquit, cẽsuit nó procedere hoc in æquiualẽti. & quod procedat etiam in permutatione tradit Gonzalez *glo. 5. §. 10 à nu. 43.* dicens ita resolutum in vna Mutinensis Canonicatus *anno 1602. coram D. Litta.* quæ decisio iam luci data est per Farinacium, qui illam non tribuit R. P D. Littæ, sed Illustr. Reuerendiss. D. Cardinali Bononien. estq; relata in 2. par. decis. nouissimarum decis. 269. sub die 4. Decemb. 1609. 62

Plura videri poterunt apud citatos auctores, qui satis insinuant hæc dicta de stylo Rom. Curiæ, cum Seraphino *decis. 1471. sub finem.*

Obijcitur præmissis Nauarrus *lib. 3. Cons. 23.* qui dicit valere resignationem huiusmodi, in foro cóscientiæ non facta mentione tituli, & credit ita iudicaturos Præsides Prætorij supremi Papæ, si eorum tribunali subijciatur. 63

Respondeo 1. ex consilio Nauarri satis constare fuisse de stylo, vt fieret mentio in supplicatione quod esset quis ordinatus ad titulum beneficij, nam si stylus ille non fuisset in vsu, cessasset facilè disputatio, & si contrarius fuisset stylus, Nauarrus illum à se stare dixisset. 2. adduxisset saltem aliquod exemplum ad probandum illum stylum, quod certè non potuisset deesse in Curia Romana. 3. non dixisset se credere, sed certò scire coram Prætorijs supremis iudicandum validam talem collationem non facta mentione tituli. 4. tantum dicit fore validam collationem beneficij sub pensione ducentorum ducatorum resignati, nulla facta mentione quod in simili aut alijs collationibus fuerit vnquam ab illis supremis Prætoijs iudicatum, cum constet ex supradictis non semel contrarium fuisse resolutum in Rota. Addo & decisiones quę reperiuntur apud Gonzalem & Flaminium fuisse posteriores Nauarro, sicut & declarationes Concilij Cardinalium anno scilicet 1588. quæ præualent certè longè eius authoritati, & non dubito quin si istas resolutiones vidisset Nauarrus, mutasset sententiam nondum satis confirmatam ab vllo authore. Addi posset Nauarrum à simili sententiam nostram confirmare *lib. 1. de tempor. ordinat. cons. 41.* vbi. *nu 2.* dicit Renunciationem tituli ab Ordinario ad Diaconatum esse ipso iure nullam *per cap. 2. Concil. Trident. Sess. 21.* Idem Nauarrus *eodem lib. cons. 16. numero 14.* ita loquitur: Consilium habet titulum huiusmodi sine licentia Episcopi nullatenus renunciari posse, & verbum *nullatenus* inducit nullitatem actus ipso iure. Sunt etiam Nauarro posteriores Toletus *cap. 48. supra* Flam. Azor. Garcia. *nu. 192.* Ioannes Guitierrez *supra.* Deniq; fatetur Nauarrus *in. fin. d. cons. 23.* multos ordinarios

ordinarios & delegatos particulares iudicaturos eam collationem non valere, quia neutra consilij conditio fuit in illa expressa.

Obijcitur 2. Flaminius, tanquam variabilis, qui *lib. 2. q. 6.* & alibi, senserat in eiusmodi resignatione necessariò exprimendum ad titulum beneficij istius fuisse ordinatum, & tamen *lib. 8. q. 7.* ponere formam resignationis à Pio V. datam, quæ tantum requirit vt exprimatur resignantem habere sufficientia ad vitam. 64

Sed respondetur 1. Flaminium fuisse & haberi authorem doctissimum, qui etsi non placet vni & alteri, placet tamen propè omnibus peritis rei beneficiariæ. placet Garciæ supra. *nu. 192.* vbi citatur in confirmationem huius sententiæ. placet Gonzalez *in Reg. 8. Cancell. glo. 5. §. 10. nu, 35.* placet Azorio *tom. 2. supra citato*, & alij quotquot de resignat. tractant illo lubenter vtuntur, eiusque auctoritati innituntur.

Respondetur 2. Flaminium non reuocare *lib. 8.* quæ dixit *lib. 2.* sed confirmare his verbis *q. 7. nu. 48.* „ Et si fuerit ordinatus ad titulum illius beneficij, hoc „ necessariò est exprimendum: Quod verò adfert formam Pij V. quæ hoc non exprimit, non ideò varius est, sed sapienter innuit duas formas Resignationis vnam constitutionis Pij V. quæ inquit Azor. *supra c. 19.* datur Ordinarijs tanquam formula obseruanda in admittendis resignationibus extra Curiam Romanam, & illa generalis est pro omnibus resignationibus apud illos, vt necessariò debeat exprimi, quod sufficienter habeat Resignans ad viuendum si sit in sacris. Nec in ea constitutione per aliquam Clausulam derogatur Concilio Trid. cui certè derogandum est, vt desinat operari. attamen forma est Concil. Trid. quæ seruanda est in resignat. beneficij ad cuius titulum est quis ordinatus. atq; hoc satis insinuatū est ab authoribus supra citatis. nam Garcia *nu. 192.* adfert formam Concilij Trid. *num. verò 198.* adfert bullam Pij V. Azor verò *lib. 7. c. 19. q. 5.* adfert formam Pij V. & illam dicit apud Ordinarios seruandam: & c. 25. citat Concil. Trid. *sess. 21. c. 2.* & omninò obseruandum dicit. Neq; verò putandus Toletus, Seraphinus, & alij ignorasse bullam illam, & tamen Toletus hæc ait: Nam verba Concilij vim habent decreti irritantis, potentiamq; tollentis faciendi contrarium. Et Seraphinus *dec. supra citatâ in fine.* concludit debere quendam Hieronymum manuteneri in possesione beneficij ad cuius titulū fuerit ordinatus, quia, inquit, fuerat ordinatus ad illius titulum, & illud non expresserat: cui decisioni conformis est decisio 269. in Nouissimis part. 2. apud Farinacium, quæ est Illust. & Reuer. D. Card. Bononien. *de anno 1609. Decemb. 4.*

Vnde concludimus rectè Farinacium sustinere exprimendum esse, quod ad titulum beneficij fuerit promotus, & scitè adferre formam Pij V. quæ omnibus alijs, etiam resignationibus seruanda est apud Ordinarios: Non enim ibi dicit

Hhh 3 Pius V.

Pius V. sufficere in omni resignatione si exprimatur hoc tantum, nempe resignantem habere vnde aliunde viuat, sed ait necessarium esse hoc exprimere in omnibus, in ijs verò ad quorum titulum est quis ordinatus, satis iam constabat ex Concilio Trid. illud necessariò exprimendum esse. Nec contrarium vlla decisione decretum, vel ab aliquo authore confirmatum, præterquam Nauarro, qui non decisum, sed fortè decidendum in summo Prætorio credit, quod quidem non credidisset, si multas Rotæ decisiones, Cardinaliúq; declarationes in contrarium vidisset. vnde Scholiastes in Nauarrum editum anno 1601. Venetijs apud Ioannem Gulelium *conf. lib. 1. de renunciat. conf. 4. quod communiter habetur lib 3. conf. 23.* sub finem rectè hæc subijcit: Aduertẽdum referri Sacram Congregationem censuisse eiusmodi renunciationem esse nullam, ex quo non sit expressum resignantem ad illius titulum promotum, quæ expressio pro forma requiritur. hæc autem annotatio, vna est ex ijs, quæ, si quando sententia Doctoris minus probabilis visa est, magis receptam, & præsertim à Concilij Trid. Illust. Card. Congregatione magis probatam demonstrat, vt dicitur in ipso libri titulo. Quid quod ipse Nauar. in Manuali *c. 22. de Sacramento Ordinis in fi.* citat, probatq; Decretum Concilij Trid. d. sess. 21. c. 2. quod ordinatus nimirum ad titulum beneficij non posit illud resignare nisi constet eum aliunde habere vnde commodè viuere posit feceritq; mentionem se ad titulum illius beneficij fuisse promotum?

Nihilominus aduersus communem hanc Doctorum scholam, sunt qui in 65
alia eant omnia, dicantq; ex stylo Curię Romanę sufficere in resigationibus exprimere, resignantem in sacris ordinibus constitutum habere aliunde ex quo viuere commodè posit, omissa expresione ipsum fuisse promotum ad sacros ordines sub titulo illius beneficij resignati.

De quo stylo, inquiunt, Cancellariæ, sexcentorum possent produci pragmaticorum in Rom Cancellaria exercicitatisimorum elogia.

Quibus in tali casu credendum esse tradunt Farin. *decis. 197. nu. 4.* Guittierrez *Canonicarum q. lib. 1. c. 33. nu. 35.* Flam. *de resig. lib. 3. q. 6. nu. 28.* Bartol. *in l. de quibus nu. 21. ff. de legibus.*

Quo stylo supposito, Rotæ decisiones, & sacræ Congregationis declarationes oppositũ tradentes cessare viderentur. tum quia stylus Cancellarię facit ius, & est attendendus *c. ex litteris de Rescript. c. quam graui de crimine falsi, Verallus decis. 332. nu. 2. p. 3. Gigas de pensio q. 54. nu. 2. Mandos. ad Reg. Cancell. 10. q. 5. nu. 6. Item ad Reg. 3. q. 10. nu. 7. & ad Reg. 8. q. 41. nu. 13. Sarn. ad Reg. de Collit. Surrog. Fl. de Resig. lib. 10. q. 2. nu. 15.* tum quia mentem Principis aperit & declarat *Mandos. ad Rubric. Cancell. q. 2. num. 3.* tum quia quæcumq; fiunt in Camera vel Cancellaria dicuntur fieri in consistorio, imo in conspectu Papæ, *Flam. de Resig. lib. 9. q. 26. nu. 3. & 5. Gomes. ad Reg. de triennali q. 7. §. præterea.* Ideòq; stylus

Rom.

Rom.Curiæ facit ius & tollit omnē dubitationē facti, *Gomes.ad* Reg.*de Imp. ben. vacant.per obitum,q.6.vers.sed vlterius* non solum in Curia,sed etiam in partibus 67
*Grauet. ad Vestrium lib. 5. c. 3. nu. 6. Garcias de ben.p. 1.c.5. nu. 88.*quem proinde seruare tenentur omnes inferiores Ecclesiæ. *Gomes. in proemio* Reg.*q. 2. §.quarto pro ista p. Guiterrez Canonicarum q.lib. 1. c. 33. nu. 35. in fi. Card. in cle. quamuis in princip.de appellat.*adeò vt sententia contra stylum lata sit nulla,*Praes. Euerardi in* 68
loco à stylo Curia nu. 3. Flam. de resig. lib. 10. q. 2. num. 16.17. Iudexque litem faciat suam *Gigas de pens. q. 58. nu. 2.* Nec requiritur vt is sit obtentus in iudicio contradictorio,aut decisione aliqua Papali firmetur,sed sufficit obseruantia,creditur(q); peritis ita attestantibus *Flam lib. 3. q. 6. nu. 28. Grauetta de Antiquit. temp. part. 1. nu. 36. Garcia. de ben. d.c. 5. nu. 88.*

Stante proinde prædicto stylo de non exprimenda qualitate promotionis ad sacros ordines ex titulo, super quo ordinatur, non videtur posse dari de nullitate Resignationis.

His æqua bilance trutinatis iudicet lector, vtra magis opinio sit sequenda: certè in re tam sinuosa & perplexa operę pretium esset S. Pōtificem adire,cuius est intepretari, nedum Decreta Concilij, sed hanc vel illam Doctorum opinionem probare vel reijcere, maximè in isto casu quo pragmaticj peritissimi & callentissimi Rom. Cancellariæ rarò exprimunt resignantem fuisse promotum ad titulum beneficij resignati. Interim non ex eo cautum arbitrarer resignanti vt ei liceret inualidare resignationem à se factam,quia pro resignatario staret illud iuris axioma, quod error iuris dubij excuset, vt fuit sæpius resolutum in Rota, & nominatim in vna Visiten. Canonicatus, de qua dicam infra ad Reg. Dispens. ad duas parochiales. Itaq; decisionem huius quæstionis relinquo iudicio S. D. N. Pauli V. qui vt est in omnibus facultatibus & scientijs consummatissimus,ita verus est flos delibatus eximiæ pietatis atq; prudētiæ. De cætero, haud dubiū est,quin prędicta Cōstit. Piana sit in his locis in viridi obseruātia, comprehendatq; quæcumq; beneficia, exceptis tamen beneficijs Iurispatronatus ecclesiastici,quę licet ad manus Ordinarij liberè resignare& per illum conferre etiam familiaribus resignantium, per not. Garciæ *tract. de ben.p. 11. c. 3. nu. 268. & seqq.* vbi scribit ita declaratum fuisse per Gręgorium eius nominis XIII. & iste casus à paucis mensibus euenit in vna beneficij simplicis seu capellaniæ propè & extra ecclesiam Tongren. de anno 1621.coram Officiali Leodien. vti Executore Apostolico. Neq; aduersus hanc obseruantiam allegari potest recens aliquis vsus contrarius: quia Constitutio Papæ non potest tolli per contrarium vsum sine ipsius Papæ scientia & consensu, neq; sufficeret tacitus 69
ipsius consensus, Rota in vna Romama Concordiæ *coram* R. *P. D. Caualerio 12. Februarij 1610.* quæ decisio extat apud Farinacium *part. 1. dec. 221. nu. 5. & 6. in Nouiss.* quam etiam confirmat decisio Reu. D. Damasceni supra, ibi *Difficultas in hoc casu.*

Argumen-

Argumenta in Regul. xliii Innocentij VIII, *quæ est* xlv. Pauli v.

1. IMpetrationes sunt ambitiosæ.
2. Impetrans per ingressum religionis, debet probare actu ingressum.
3. An Reg. hæc sit de dandis?
4. Camera Apostolica an bullas concederet contra hanc Regulam.
5. Beneficium non vacat per ingressum religionis sed per professionem.
6. Per professionem inducitur beneficij & pensionis vacatio.
7. Concilium Tridentinum annullat resignationes Nouitij religionem ingressi ante duos menses præcedentes.
8. Resignatio ingredi volentis religionem subsistit, si ante susceptum habitum, vel ingressum religionis facta sit: Limita vt hic.
9. Resignans tenetur facere mentionem quod ad titulum beneficij fuit promotus nec sufficeret si postea constiterit illum habere aliunde ex quo cōmodè viuere possit.
10. Monachus ante professionem potest renunciare coram Ordinario, neque ante professionem vacabit huiusmodi beneficium. & quid de fructibus?
11. Nouitius non potest renunciare nisi intra duos menses proximos ante professionem cum facultate Episcopi vel eius Vicarij.
12. Quid si cucullam monasticam sumēs sit Ordinatus ad titulum beneficij?
13. Episcopus non debet beneficia ingredientis religionem conferre, nisi facta professione. 65

Regula xliii. INNOCENTII *VIII.* *quæ est* xlv. PAVLI V.

DE INGRESSV RELIGIONIS.

ITem quod non dentur litteræ super beneficijs vacaturis per ingressum religionis, nisi ille præcesserit datam desuper petitionis.

GLOSSE-

GLOSSEMA ALPHONSI.

ISta Regula dicit quod si impetretur beneficium vacaturum per ingressum religionis alicuius quod non expediantur litteræ desuper nisi ingressus religionis præcesserit datam petitionis vel signatæ supplicationis, hoc dicit: & ratio dubitandi posset esse quia habetur pro cincto qui de proximo est cingendus l. penult. ff. de milit. test. & licet tempore datæ non esset religiosus sed statim intrauit religionem, satis videbatur quod iste haberet intentum per prædicta, sed ratio decisionis est, quia impetrationes sunt ambitiosæ 1
c. fi. de rescript. lib. VI. *ideò ambitioni impetrantis debet occurri. nam si dicat quod beneficiatus ingressus est religionem, mentitur, & si expreßisset fortè ita de facili non habuisset, ergò &c:* arg. c. postulasti de rescript. & quod ibi not. Ioannes de Imol.
A & Abb. *Item per ingressum religionis impetrans debet verificare actu ingressum, & non habitu: quia sunt verba restrictiua, vt dixi, ergo &c:* arg. l. non potest desijsse de reg. iur. *& credo quod iste impetrans in expeditione debet hoc probare in Cancellaria quod ingressus erat ille ante datam ex quo est pars suæ intentionis etiamsi foret negatiua,* sufficiat l. ei qui dicit ff. de prob. & quod dicit Barthol. in l. illa, vbi legit. legem hoc iure ff. de verbor. oblig. *& dubito an sit danda ista regula, quia non annullat: tamen crederem quod si vnus impetraret per ingressum religionis, & tunc ille non* 3
B *impetrauerat, & alius postea impetrauit per verum ingressum, quod ille secundus in data debet obtinere per ea quæ superius dixi: & tunc deberet dari ista regula, quia concernit ius alterius, & etiam si non daretur Iudex, sic deberet iudicare,* arg. d. c. postulasti. *Ideò cautela est quod ponas in supplicatione per ingressum religionis tam præteritum, vt dicitur, vel de proximo futurum Titij, &c: & tunc dubito quod signaretur supplicatio: tamen si signaretur possent litteræ expediri per Cancellariam* arg. huius regulæ: *cuius verbis debemus inhærere & non recedere ab illis* arg. l. non aliter de leg. III. *& credo quod Camera transiret bullas contra hanc regulam secundum consuetudinem suam.* 4
Vnum tamen non omittam, quia beneficium non vacat per ingressum religionis, sed per 5 *professionem tacitam, vel expressam* c. beneficium de reg. iur. lib. VI. *ideò ista re-*
C *gula non debet intelligi vt aliqui curiosi Curiales intelligunt, scilicet quod beneficium ipso facto vacat per ingressum religionis, quia debet intelligi secundum d. c. beneficium videlicet per ingressum religionis vacaturis per professionem tacitam, vel fiendam: & ista vocatur specialis reseruatio, quæ non reuocatur per reuocationẽ expectatiuarum vt dixi, supra in regula X. & hoc est quod vult dicere illa regula præterquam secundum quod consueuerunt litteræ per Cancellariam expediri &c:*

COMMENTARIA. IO. A CHOKIER.

A *Ctu ingressum*) Non quod tum non vacet, sed vacabit facta professione vt infra dicitur: Nam per professionem inducitur beneficij vacatio *c. beneficium de Reg. iur. in 6. Sylu. verbo religio 2. q. 8. Abb. in c. quod dei de statu Monach. D. Tho. 22. q. vlt. art. 7. Abb. in c. admonet col. vlt. vers. oppono quod de Renunciat.* & sicut vacant beneficia per professionem, ita etiam per illam extinguitur pensio, *Gigas de Pensio. q. 53. Caputaquen. decis. 223. part. 2. atq; ita fuit resolutum in vna Cesenaten pensionis 24. Ian. 1594. coram D. Gysio*: quamuis contradicat *Rebuff. de pacif. possess. nu. 157.* 6

B *Quia non annullat*) Concilium tamen Trid. Sess. 25. c. 16. de Reg. annullat huiusmodi renunciationes, ordinat enim quod nulla renunciatio aut obligatio Nouitij ante professionem facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscumq; caussæ piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi siue eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur suum effectum sortiri nisi secuta professione, aliter verò facta irrita sit, & nullius effectus: Concilium tamen non habet locum, si renunciatio facta sit ante susceptum habitum, vel ante ingressum religionis (quamuis renuncians foret acceptatus) ideòq; subsistet, nisi tamen donatio vel renunciatio facta fuerit intuitu religionis ingrediendæ, tunc tanquam facta in fraudem Decreti Concilij locus esset illius dispositioni, ex sententia Congregationis Concilij. 7 8

Aduerte tamen quod dixi cessare Concilij dispositionem subsistereq; renunciationem beneficij factam ante susceptum habitum, vel ingressum religionis, dummodo non sit beneficium ad cuius titulum resignans esset ordinatus, nisi tamen hoc Sanctiss. fuisset expositum ex alio Concilij decreto Sess. 21. cap. 2. vbi resignans tenetur facere mentionem se ad titulum illius beneficij fuisse promotum, & aliter resignatio facta nulla sit, etiamsi postea constiterit ordinatum tempore resignationis beneficij habere aliunde vnde commodè viuere possit, *Garcia tract. de Benef. part. 2. c. 5. nu. 192. & seqq.* qua de re fusè scripsi supra ad Reg. de consensu in resignationibus. 9

C *Per professionem*) Vnde cum beneficium vacet facta professione, vt dictum est, poterit Monachus ante professionem renunciare etiam coram Ordinarijs vt patet ex Constitutione Pij V. 58. ibi, *Religionem quoq; ingressuri vel matrimonium contracturi*, nec ante professionem vacabit cum habeat annum probationis, intra quem potest exire *glo. in c. benef. de reg. in 6.* & interim lucrabitur siue postea exeat, siue postea profiteatur, fructus inquam qui in absentia percipi solent. 10

solent, cum sit absens ex iusta caussa *c. relatum de cler. non resident.* Nicol. *Garcia de Benef. p. 11. c. 9. num. 28.* licet interim debeat per alium deseruire beneficio si seruitium illud requirit *Garcia d. c. nu. 29.* vbi subijcit quod si est curatum debet obtinere licentiam ab Ordinario in scriptis iuxta Concilium Trid. *Sess. 23. c. 1. de Reformat*, & si nollet dare, recurrendū esset ad Superiorem vt ibid. addit. Aduerte insuper quod talis religionem ingressus non lucrabitur fructus si sint beneficia non habentia fructus in absentia, vt sunt nonnulli canonicatus & præbendæ quorū fructus residēdo lucri fiunt, inquit *Garcia d. c. 9. nu. 31.* Aduerte secundo quod talis Nouitius debebit renunciare intra duos menses proximos ante professionem cum licentia Episcopi, vel eius Vicarij, & aliter facta renunciatio erit irrita, & nullius effectus ex decreto Concilii Trid. *d. c. 1 & Sess. 25. c. 16. de Reg.* quod decretum etiam habere locum, quando quis renunciat ante ingressum, seu intuitu ingressus religionis resoluit S. Congregatio: nam videtur facta in fraudem, & hoc quando ordinatus ad titulum illius beneficij non habet aliunde ex quo viuere potest, : nam his casibus non debet admitti resignatio, nisi habeatur certitudo de professione, & eo modo quo dictum est, & de stylo exprimitur in supplicatione *Flam. Paris. de Resig. ben. lib. 3. c. 13.* Item habet locum in quacumq; renunciatione beneficiorum, vt sæpius censuit S. Congregatio Concilij teste eodem Flam. Paris. *dicta q. 13. nu. 5.*

11

12

Et his igitur colligitur faciendam esse resignationem de consensu superiorum ante duos menses professionis, idq; non caret ratione, ne temerè quis renunciet dum est Nouitius; & postea contingat carere beneficio, & Monachatu, si fortè non admittatur ad professionem, vel ipse postea nolit professionem emittere iuxta ea quæ scribit Abb. *in c. ex transmissa nu. 5. de Renunciat.* ex quo etiam 13
sequitur Episcopum non debere admittere resignationem eiusmodi beneficij, illud conferre nisi factâ professione, vt præter placitum S. Congregationis, notat quoq; Zechius *de ben. c. vlt. nu. 2. §. mente etiam captus.* atq; ita intelligenda verba Constitutionis 58. Pij V. ibi *Religionem ingressuri*, scilicet *per professionem*, notat Nicol. Garcia *d. c. 9. num. 23.* & non per habitus susceptionem, vt voluit Fuscus & Flam. Parisius *lib. 5. q. vlt. de Resig. ben.*

Argumenta in Regul. xlv. Innocentij VIII. *quæ est* xlvi. Pauli V.

1. Impetratio beneficij in genere nec specificato modo vacandi, est nulla.
2. Valeret impetratio secundi, specificato modo vacandi, non etiam prima.
3. Hæc Reg. est de dandis ex quo habet

decretum irritans, vel annullans.
4 Secundus Principis iussus habetur pro certa scientia, & nu. 7.
5. Quod vnico contextu dicitur, habetur pro vno actu, licet pluries repetatur.
6. Impetrans tenetur facere mentionem de vacatione & de modo vacandi.
7. Impetrans an sit arctandus ad probandum omnia crimina narrata.
8. Impetrans beneficium ob crimen priuatione dignum, quam clausulam habeat inserere ne criminosus interim posset resignare.
9. Secunda iussio habetur pro certa scientia quando secundum rescriptum mentionem facit de primo.

Regula xlv. INNOCENTII *VIII.* *quæ est* xlvi. PAVLI V.

NON VALEAT IMPETRATIO FACTA PER MODVM IN CANCELLARIA EXPRIMENDVM.

ITem voluit quod si petatur aliquod beneficium vacans per modum in Cancellaria Apostolica exprimendum, talis impetratio non valet, nec litteræ desuper expediantur.

GLOSSEMA ALPHONSI.

I*Sta Regula dicit quod si impetretur aliquod beneficium vacans per modum in Cancellaria Apostolica exprimendum, quod talis impetratio non valet, nec litteræ desuper expediantur: hoc dicit & est clara: & ratio dubitandi potuit esse, quia ex quo beneficium vacat, & eius collatio pertinebat ad Papã, satis erat dicere in genere, Tale beneficiũ vacat Sup. S. V. quod dignetur mihi illud conferre & si Papa dicat fiat vt petitur, videtur valere talis impetratio, ex quo petitio, & signatura sint generales. ideò comprehendit quamlibet speciem sub se comprehensam* arg. c. solitæ de maio. & obed. cum infinitis. *Et ratio decidendi est in contrarium, & si impetretur in genere nec nominatur* 1 *persona, nec modus vacandi, tamen si Papa sciret ita de facili non concederet, ideò impetratio est nulla,* facit dictum c. postulasti de rescript. & quod dixi supra regula proxima. *ideò si secundus impetraret, & exprimeret verum modum vacandi, illa im-* 2 *petratio valeret, & non prima, per istam regulam, iuncto d. c. postulasti, & quia ista Regula annullat impetrationem credo quod etiam Camera non daret, etiamsi verus modus vacandi exprimeretur. Tamen credo quod ista sit danda, ex quo habet decretum irritans, vel annullans vt dixi, & crederem quod si in clausulis supplicationis etiam hoc* 3 *peteretur*

peteretur & in corpore etiam, quod tunc non haberet locum ista regula, ex quo Papa bis B *mandat, & secundus iussus habetur pro certa scientai vel pro motu proprio*, vt in l. nec damnosa C. de precibus impera. offe. & ibi dicit Bald. & facit gl. in verbo alijs, quam not. ibi Ang. in authen. de non alien. aut permu. §. quia verò simile col. 11. *nisi dicas quod id quod nititur vnico contextu habetur pro vno actu, licet pluries repetatur*, facit glo. in l. si conuenerit la. 1. ff. de pign. act. & gl. in c. ab eo de appel. lib. VI. & quod dicit Bald. in proemio C. & glo. in c. suam de appel. *ideò dubito quod Cancellaria etiam hoc reciperet, sed de Camera non dubito, si est pecunia, ideò permittas benè taxari talem bullam vt transeat per Cameram.*

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *IMpetratio est nulla*) Olim ante hanc Regulam non erat necesse exprimere modum vacationis vt not. Geminia. *in c. susceptum nu. 10. de Rescript. in 6. Lapus alleg. 6.* facta enim simpliciter mentione vacationis, includebatur omnis modus vacationis *glo. in Clem. 1. verbo Quamuis de Præb. & glo. in c. si propter de Rescript. in 6.* siue per mortem beneficiarij, vel per translationem, vel deniquè per amotionem, aut priuationem, ista enim est summa vacantium beneficiorum diuisio *c. nisi iampridem c. post translationem c. vlt. de Renunciat. c. susceptum ibid. DD. de Rescript. in 6.* Nunc verò per hanc Regulam Impetrans tenetur facere mentionem de vacatione, & de modo vacandi, alias impetratio & prouisio est nulla, vt hic dicitur & notat obiter Mohed. *decis. 33. de præb.* & Felij *in c. in nostra de Rescript.* quia alias multæ committebantur fraudes, & cauti pragmatici nunquam exprimebant modum, teste Rebuffo *in addit. ad hanc Reg.* Licet in signatura posit dici quod maior & vberior expresio fieri posit, & etiam solet Papa vno modo vacandi expresso dicere, & alio quouis modo, vt notum est, & tradunt DD. *in c. susceptum de Rescript. in 6.* Sed hæc Reg. statuit, vt saltem vnus modus vacandi exprimatur si plures sint. Quod si plura delicta in supplicatione expresserit petatque committi quibusdam probis viris, vt si eis de præmisis vel altero præmissorum constiterit dictum N. priuet, tunc Papa consueuit delere illa verba *Vel altero præmissorum*: quia postquam Impetrans diffamat aliquem de pluribus criminibus deberet arctari ad probandum omnia quibus illum diffamat, alias pœna talionis tenetur vel ad diffamationis pœnam, *text. in c. super his vbi DD. de accus. c. licet Heli de Simonia Staphil. de litt. gratia fol. 176. vers. Notandum est. Rebuff. d. loco.* vbi quoq; notat quod si quis impetret beneficium per priuationem debet ne interim resignet inserere istam clausulam. *Et cum decreto quod resignatio cedat in fauorem impetrantis*; quod solet concedi post primam priuationis sententiam, & rarisimè ante, *vt not.* Staphil. *d. loco* & ego alibi

6 7 8

B *Pro certa scientia)* Adde And. Gail. *lib. 1. obser. Camera obser. 35. nu. 6.* quod tamen limita singulariter vt procedat, quando secunda iussio, vel secundum rescriptum facit expressam mentionem de primo: alias ista geminatio non 9
haberet effectum, per not. Bald. *in l. 2. C. de petit. bon. sublatis lib. 2.* Iaf. *in l. nec damnosa C. de precib. imper. offer.*

Argumenta in Reg. XLVI. INNOCENTII VIII, *quæ est* XLVII. PAVLI V.

1. Iudex delegatus Principis potest subdelegare.
2. Industria Iudicis videtur electa, vbi à Papa datur per signaturam.
3. Vicecancellarius Papæ an possit aliquem substituere.
4. Hæc Reg. non est de dandis.
5. Delegatus summi Principis sententiam suam exequi potest.
6. Delegatus potest subdelegare si sit delegatus summi Principis, aliter non.
7. Vbi est electa industria personæ, delegatus etiam à summo Principe subdelegare non potest.
8. Per clausulam: Tuam conscientiam onerantes, censetur electa industria personæ.
9. Multo magis cum Papa sic rescribit, Per teipsum cognoscas, vel exequaris: nam tunc ne quidem partium consensu poterit subdelegare.
10. Delegatus vel subdelegatus ab Ordinario, subdelegare non potest.
11. Exceptio in subdelegantem inutiliter proponitur post litem contestatam.

Regula XLVI. Innocentij VIII. *quæ est* XLVII. Pauli V.

DE EXECVTIONE FACIENDA.

ITem voluit, statuit, & ordinauit, quod quotienscumq; per signaturam suam vel de eius mandato factam super exequendis aliquibus cum adiectione proprij nominis vel dignitatis cuiusuis Iudex datur, litteræ desuper expediantur cum expressione, quod idem Iudex executionem faciat per seipsum.

GLOSSE-

GLOSSEMA ALPHONSI.

ISta Regula dicit quod quando Papa dat aliquem iudicem super expediendis aliquibus negotijs vel caussis de mandato Papæ per suam signaturam vel de eius mandato factam, tunc siue exprimatur nomen dignitatis iudicis in expeditione litterarum, debet exprimi quod idem iudex executionem huiusmodi faciat per seipsum h. d.

Et hæc Regula est contra multa iura dicentia quod iudex potest subdelegare si est dele- 1
A *gatus Principis*, sufficiat c. pastoralis de offic. deleg. *& hoc de iure canonico, ne vi-*
B *deatur obstare lex* fin. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. & l. more maiorum. ff. de iurisd. om. iudic. *ergò, &c: Sed ratio decidendi est, quia videtur electa industria*
C *persona, quando datur à Papa per signaturam, & ideò ne sine caussa possit subdelegare,* 2
mandat hic Papa, quod ponatur ista clausula, pro qua facit cap. fine. §. is autem de off. deleg.

Sed ista Regula non habet locum in Rescriptis quæ communiter emanant sine signatura Papæ, vel eius mandato facto, ergò non debemus recedere à verbis: quia rescripta sine signatura expediuntur. & hoc no. a: quia fundantur iure communi omnia rescripta scilicet Conquestus, Ad audientiam, Qua nobis, Dilecti &c.

Et per supradicta videtur quod Vicecancellarius non potest ponere in officio suo alium 3
Regentem Cancellariæ, cum eius industria sit electa: tamen contrarium est verum, vt infra dicam de sua potestate: quod facit contra dicentes quod non habet potestatem nisi secundum regulas Cancellariæ. & ista regula nec facit pro, nec contra aliquem, ideò nescio si sit danda, & credo quod non: quia concernit expeditionem tantum litterarum & 4
non habet decretum irritans.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

COntra multa iura) Omninò: cum delegatus summi Principis senten-
A tiam suam exequi possit, text. in c. quærenti de off. iud. deleg. DD. in c. 5
significasti d. tit. & in l. à iudice C. de iudic.

Si est delegatus Principis) Intellige summæ potestatis; puta Imperato- 6
B ris, vel Papæ, aut alterius non recognoscentis superiorem: secus est in delegatis Episcoporum, Comitum, Marchionum vel Ducum: nam isti non possent subdelegare: quia illorũ leges vel cõstitutiones censentur ius prætorium & non ciuile, *vt per Bart. in l. S. in pr. ff. de verb. oblig. notat Ias. in l. A. Iudice nu. 11. vers. tertio limita C. de Iudic.* atqui ad hoc vt delegatus à Principe possit subdelegare, necesse est quod delegatio fiat à tali Principe cuius constitutio censeatur ius ciuile,

etiam respectu successionum & hæreditatum.

10. Nuncio Hispaniæ solet dari facultas dispensandi super quocumq; impedimento publicæ honestatis ex sponsatibus.

11. Papa potest dispensare quoad raptam si velit.

12. An in impetratione dispensationis in gradu affinitatis sit necessaria expressio impedimenti Iustitiæ publicæ honestatis.

Regula xlvii. Innocentij viii. *quæ est* xlviii. Pauli v.

DE DISPENSATIONIBVS IN GRADIBVS CONsanguinitatis vel affinitatis.

ITem voluit, quod in litteris dispensationum super aliquo gradu consanguinitatis, aut alias prohibito, ponatur clausula *Si mulier rapta non fuerit* : & si scienter, ponatur clausula addita in quaterno.

GLOSSEMA ALPHONSI.

I*Sta Regula dicit, quod quando petitur dispensatio à Papa super aliquo gradu prohibito à iure consanguinitatis vel affinitatis, aut etiam publicæ honestatis, tunc Cancellaria, vel etiam Pœnitentiaria ponit clausulam*, dummodo tamen dicta mulier rapta non fuerit *: & si expressum est quod scienter contraxerunt matrimonium, debet poni clausula addita in quaterno Cancellariæ, quæ dicit quod separentur ad tempus, quousq; ad arbitrium Commissarij congruentem egerint pœnitentiam, & postea dispensetur secum: hoc dicit.*

A *Cæterùm in quantum textus hic exprimit gradum consanguinitatis, vel affinitatis, vel alias prohibitum, istud vltimum intelligi debet de publicæ honestatis Iustitia: puta si frater*
B *meus contrahit matrimonium cum maiori septennio, vel minori* XII. *tunc licet ibi non sit affinitas, tamen est publicæ honestatis iustitia, quæ etiam dirimit matrimonium* c. litteras & cap. accessit de despon. impub. & cap. iuuenis de sponsa. & cap. vnico eod. tit. lib. VI. *ideò si ego volo secum contrahere, oportet habere dispensationem à*
C *Papa, & debet seruari ista regula. & si dicatur quod expressa affinitate etiam hic veniebat publicæ honestatis iustitia*, vt vult glo in verbo II. & III. in cap. non debet de consang. & affin. *tamen debet intelligi quando dispensatur principaliter super affinitate, & tunc in consequentiam veniat publica honestas. alias secus: nam vbi est publica honestas*

 tantum,

tantum, tunc debet exprimi per se : & sic intelligitur glo. contraria in arbore consanguinitatis, secundum Abb. in d. c. non debet, *ideò fuit necesse hic ponere ista verba obscura : quia refert se ad aliam scripturam, & in hoc casu perinde est, ac si totus ille tenor illius clausulæ insereretur. ideò oportuit illum quaternum videre*, facit c. cum venerabilis de exc. & auth. si quis in aliquo documento C. de edend. *Nec obstat illud quod dicit Bald.* in c. 1. §. fi. qualiter olim feu. alien. pote. coll. x. *qui dicit quod quando statutum per se certam dat formam, non oportet perscrutari aliam scripturam, etiamsi in ea fiat alicuius scripturæ mentio : quia illud verum est quando insereretur illa clausula : alias secus, per ea quæ dixi ; & sic loquuntur iura facientia mentionem de edictis Prætorum in primo casu*, vt dicit Bald. *& ideò debuisset hic inseri illa clausula ; & audio quod Pœnitentiaria seruat hanc Regulam, sed de separatione nescio, & Camera etiam debet illam seruare. Existimo autem quod non sit danda, quia concernit expeditionem & non habet decretum irritans, & credo quod si ista clausula non ponantur, sed simpliciter, transeat bulla, quod coram Iudice commissario posset opponi, & quod redderetur subreptitia bulla* arg. c. quod dilecto & cap. quia circa & quod ibi not. maximè per Doct. de consang. & affin. iuncto c. postulasti de Rescript. *Tamen ponitur ista clausula ad iustificationem Ecclesiæ ; & prima clausula, scilicet* dummodo rapta non fuerit, *fundatur in c. fin. à contrario sensu in fin. de rapt. nam licet de iure canonico valeat matrimonium contractum cum rapta, dum tamen dissensus transeat in consensum, tamen hoc verum si alias sint habiles personæ ad contrahendum* vt in d. c. fi. *Item secunda clausula* quod separentur, *fundatur breuiter in c. ex litteris, de consang. & affinit.*

3

D 4

E 5

F

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A VEl alias prohibitum) An autem eo ipso quod Papa dispensat matrimonium contractum in gradu prohibito sint absoluti qui contraxerunt ab excommunicationis rigore cle. 1. de Consang. & affin. absq; eo quod in rescripto de excommunicatione fiat mentio ? vide Rom. *cons. 306.* concludentem quod sint absoluti. Plura de dispensationibus consule Bonaguid. de Aretio *tract. de dispensat.* & Io. Rondeum Gallum *in simili tract. de dispensat. per Episcop. Volu. 14. tract. Oceani iuris* vide etiam Rebuff. *in praxi tit. de dispens. in grad. prohib. glo. 7. per tot.* & ad nauseam Sanchez, de matrimonio *lib. 8. per tot.* 6

B *De publicæ honestatis*) Quæ exprimenda est quæ requirātur in dispensatione de publica honestate, cōsanguinitate affinitate vide Sanchez *d. lib. disp. 24.*

C *Et debet seruari ista Regula*) Adde aliud exemplum publicę honestatis iustitiæ, puta quæ ex legitimis sponsalibus siue de futuro, siue de præsenti (non 7

tamen

tamen sub conditione contractis *Couar. tom. 1. part. 2. c. 6. § 2. nu. 4.*) mulieris oritur, quę coniuncta est ei, cum qua nunc vir matrimonium contrahere desiderat: vt ecce si cum Berta sponsalia contraxerim, nunc cum Gemma, quæ Bertæ cognationis vinculo est cõiuncta, matrimonium contrahere, publica honestate impedior: turpissimi enim visum est exempli, vt ei quis nubere valeat, cuius cõiunctam sponsalia frangẽdo deceperit, ne in eandem eius nubendo coniunctæ quasi iniuriam cumulet. Adde & alia impedimenta publicæ honestatis, quæ latè recenset Sanchez de matrimonio *lib. 7. per totum.* Illud certum ex matrimonio contracto per verba de præsenti etiam non consummato, oriri affinitatem vel impedimentum Iustitiæ publicæ honestatis, & fortiùs & maiùs vinculum, quam impedimentum Iustitiæ publicæ honestatis ex sponsalibus de futuro, vt resoluit S. Congregatio Interpretum Concilij Trid. *ad Sess. 24. c. 3.* Oritur etiam impedimentum ex sponsalibus contractis per verba, seu exteriora signa consensum exprimentia, etsi interior consensus desit, *Couar. tom. 1. p. 2. c. 6 §. 2. nu. 3. & Thom. Sanchez d. lib. 7.* vbi plena manu hæc tractat. Coniunctio tamen in publicæ honestatis iustitia attendi debet non vt olim vsque ad 8
quartum gradum *c. non debet de consang. & affinit.* cum ea restricta sit intra primum gradum ex dispos. Concil. Trid *sess. 24. c. 3. de Reform.* Lancellot. *lib. 2. instit. iuris Canonici tit. quæ matr. imped. poss. §. publica quoq; honestatis*, & latè Sanchez *de matr. lib. 7. disput. 67. num. 10.* quod impedimentum Papa tollere potest, & dispensando in consequentiam dispensat super legitimitate filiorum, etiam respectu hæreditatum & successionum, de quo in *c. per venerab. & c. referente qui Filij sunt legit. Lancell. d. tit. §. fi. in glo. verb. permissionem*, qua de re proxima 9
reg. dicemus. Aduerte tamen quod in Hispania etiam Nuntius dispensat su- 10
per quocumq; impedimento publicæ honestatis, vbi sponsalia solum intercesserint, dummodo mulieres raptæ non sint, *Nicol. Garcia tract. de ben. p. 11. c. 5. §. 4. nu. 367.* An autem in dispensationis impetratione, in gradu affinitatis sit necessaria expressio impedimenti Iustitiæ publicę honestatis, vide Boerium *decis. 263. nu. 58.* & Sanchez *d. loco.*

D *Debet illam seruare*) Papam posse non obstante hac reg dispensare, 11
dummodo accedat parentum cõsensus Rebuff. scribit, licet nõ soleat inquit, cum res foret mali exempli, *tit. de dispens. in grad. prohibit. glo. 6.*

E *Dissensus transeat in consensum*) Nedum raptoris, & raptæ, sed & parentum, secundum Barbat. *consil. vltim. in fin. volum. 2.* quem refert Rebuffus *dicto tit. & glos.*

F *Secunda clausula quod separentur*) Rebuff. *hic in addit.* hæc ita explicat, quod si raptor scienter contraxerit cum rapta, & petatur dispensatio à Papa, tunc apponetur clausula in Quinterno posita, vt separentur ratione delicti pro

Kkk 3 tempore

tempore, quousq; ad arbitrium Commissarij congruam egerint pœnitentiam, *c. ex litt. de eo qui cog. consf. vxo.* & postea dispensetur cum illis, & facta dispensatione, omnes pœnæ legales cessabunt, vt videtur innuere glossa *in cap. cum de puell. 36. quæst. 2.*

Argumenta in Reg. XLVIII. INNOCENTII VIII. *quæ est* XLIX. PAVLI V.

1. Legitimatus per Papam non censetur legitimatus in præiudicium venientium ab intestato.
2. Legitimatus per Imperatorem non censetur dispensatus quoad ordines, nec quoad beneficium.
3. Contrariorum eadem est disciplina.
4. Rescripto Papæ vel priuilegio non derogatur iuri tertij.
5. Hæc Reg. non est danda.
6. Filius præsbyteri hic legitimari per Papam non potest, vt succedat in bonis præsbyteri: secus si dispensetur ex certa scientia, vt nu. 7.
8. Hæc Reg. loquens de venientibus ab intestato intelligitur non solum de filijs, sed etiam de alijs remotioribus
9. Pij V. Constitutio vetans filijs spurijs, eorumq; filijs & consanguineis aliquid relinquere.
10. An Legitimatus excludat à successione parentum, filias, quæ à statuto priuantur successione parentum extantibus masculis, & quid in feudis.
11. Hodie Papa dispensat ad obtinenda quæcumq; beneficia exceptis dignitatibus, & præbēdis in Cathedralibus, ac principali in collegiata.
12. Episcopus potest dispensare cum illegitimis ex quocumq; coitu ad minores ordines. & beneficia sine cura.
13. Pius V. annullauit legitimationes de naturalibus spurijs factas in præiudicium venientium ab intestato.
14. Dispensatio est ostendenda ordinarijs inquirentibus.

Regula XLVIII. Innocentij VIII. *quæ est* XLIX. Pauli V.

DE DISPEN. SVPER DEFECTV NATALIVM.

ITem voluit, quod in dispensationibus super defectu natalium, quod possint succedere in bonis temporalibus, ponatur clausula, Quod non præiudicetur illis, ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *Ista Reg. dicit quod si dispensetur cum aliquo, vt possit succedere in bonis temporalibus, quod debet poni clausula* quod non præiudicetur illis qui ab inteſtato ſuccedere 1 deberent. *h. d. iſta regula. Et poſſet poni exemplum in terris Eccleſiæ; quia alias in terris Imperij ſunt aliqui Doctores qui velint tenere, quod Papa poſſet legitimare, quoad temporalia, & quoad ſucceſſiones: ſed an hoc ſit verum, vide Doctores* in c. per Venerab. qui fil. ſint legit. 2 *tamen ſicut legitimatus per Imperatorem non cenſetur legitimatus quoad ordines, neq; quoad beneficium vt ait glo.* in c. Imperatores. x. diſt & in c. I. lix. diſt. & in c. peruenit ci. diſt. *& hoc communiter tenetur, etiam* per Bald. in proem. Cod. *ergò idem poteſt dici à contrario, cum contrariorum eadem ſit diſciplina* Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. in pr. 3

Et iſta clauſula fundatur in c. naturales & ibi not. Si de feu. fuerit controuer. *& per dicta Doctorum* in d. capitul. & in cap. tanta ff. qui fil. ſint legit. *& credo* 4 *per dicta iura, aliaq; vulgaria dicentia quod per reſcriptum vel priuilegium non derogatur iuri tertij, quod etiamſi non ponatur iſta clauſula, tamen intelligitur: ſed quia agitur hic vt iuſtificet ſe Eccleſia cum clauſulis ſubintellectis, & quia hic concernitur præiudicium tertij, credo quod etiam eſſet danda etiam in terris Eccleſiæ: Camera tamen, vt credo, poſſet expedire ſine iſta clauſula; ex quo ſubintelligitur, vt dixi.*

Cæterùm, quid operatur iſta clauſula, & an Papa poſſit legitimare in terris Regum vel Imperatorum quoad temporalia, non eſt meum hic dicere, ſed remitto ad ea quæ dixi in d. c. poſt Doct legendo hic Romæ. & credo quod non ſit danda; cum concernat expe- 5 *ditionem litterarum, & non habet decretum irritans.*

Vnum tamen non omittam circa legitimationem, quod etiam in terris Eccleſiæ Papa non poteſt ex ordinaria poteſtate legitimare filium præsbyteri: quia fit præiudicium Ec- 6 B *cleſiæ cui bona ſunt clerici obligata pro mala adminiſtratione Eccleſiæ quam geſſit ſicut dicit Dominic. de Imperatore in terris imperij in hoc caſu,* in cap. quo iure, iuxta fin. VIII. diſt. *ſi tamen ipſe faceret ex certa ſcientia, valeret: quia nullus poteſt dicere ſibi,* 7 *cur ita facis? vt dicit gloſſa* in c. quanto, de tranſlat. Prælato.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *Illis qui ab inteſtato*) Hæc Regula diſponit legitimationem per Papam fieri debere abſq; præiudicio venientium ab inteſtato Ideò ſtatuitur hic vt in huiuſmodi diſpenſatione apponatur clauſula hic poſita, & hodie adijci ſolet 8 adhuc alia clauſula: citra bona emphyteutica & feudalia eccleſiaſtica. vnde in confirmatione legitimationis factæ per Comitem Palatinum videlicet Princi-

 pem

pem Massa & Campegium cum noua legitimatione fuit adiecta hæc restrictiua:
" Et sine præiudicio venientium ab intestato, aut ex fidei commisso, Inuestitura
" aut alia quacũq; dispositione vocatorũ, & citra bona emphyteutica & feudalia
" ecclesiastica, ac ex fructibus alijsq; rebus ecclesiasticis quoquo modo acquisita;
" & citra approbationem dictarum legitimationum à supratactis B. & F. obtentarum. Sed an hæc Regula loquatur de præiudicio filiorum dumtaxat, an etiam proximorum seu Agnatorum? dispositionem huius Regulæ intelligendam dumtaxat esse de filijs, non etiam de remotioribus, responderunt Angel. *cons. 264.* Anchor. *cons. 153.* Alex *cons. 187. & 188. lib. 5.* & alij quos ex Fran. Sarmente *lib. 1. Select. interpret. c. 8. nu. 7.* refert Fachineus *lib. 3. contro. iur. cap. 62.* & ratio est, quia nisi hæc interpretatio valeret, nihil ipsa legitimatio prodesset quoad successionem: nam semper aliqui extarent proximiores, & his deficientibus Fiscus ipse succederet. Verùm, eo non obstante à dicta sententia apertè recedit idem Fachineus, hac præsertim ratione motus, quod Regulæ verba generalia sint, & omnes comprehendant. Nec vrgere, aut mouere quod dictum est, legitimationem nullum commodum legitimato allaturam, quinimò hoc emolumenti accipiet, quod erit successionis, & aliorum bonorum capax ex testamento, & insuper nullis proximioribus extantibus, non Fiscus, sed ipse ad successionem vocabitur, neq; enim credendum est eâ reseruatione Principis habitam fuisse Fisci rationem *arg. l. 1. C. de secund. Nuptijs.* Atq; hæc intellige de dispensatione filiorum illegitimorum, non de spuriorum, quibus, eorumque filijs, vel consanguineis, quauis dispensatione nonobstante aliquid vel ex bonis Ecclesiæ quæsitum, vel ex bonis patrimonialibus, quouis titulo relinqui non potest ex constitutione Pij V. *de data VI. Kal. Feb. 1570.* An autem legitimatus excludat à successione parentum filias, vbi statuto cautum est, vt existentibus, 10
filijs masculis legitimis, & naturalibus fœminæ excludantur? Vide eundem Fachineum *lib. 6. contro. iuris cap. 1.* vbi multam Doctorum classem vtramq; partem adstruentium profert, sed tandem pro negatiua resoluit, quibus porrò argumẽtis videto. Deniq;, circa dispẽsationẽ illegitimorũ vidẽda sunt, quæ tradit Felij *in c. 2. nu. 6. de Rescript.* Rebuff. & Mand. *tit. de dispen. super defectu natal.* Menoch. *de arb. iud. cas. 201.* Nicol. Garcia *de ben. part. 1. c. 5. nu. 145. & c. 6. nu. 58.* Farinacius *decis. 74. & 98. part. 2. in Nouissimis* Imbertus *in Enchrid. iuris verbo legitimatus* Rebuff. *ad Constit. reg. tract. de litt. natural. glo. 1.* vbi scribunt legitimatos in feudis, quæ moribus instar reliquorum bonorum iure hæreditario deuoluntur succedere, sic tamen vt diligenter seruanda sit conditio restrictiua legitimationum quæ in Belgio & Gallia à Principe impetrantur inseri solita, *Si legitimationi consenserint proximi*, id est illi qui successuri sunt ab intestato *Chassaneus ab Cons. Burgund. tit. 8. §. 5. Imbertus d. loco.* Hodie solet Papa dispensare cum illegitimis ad obtinenda quæcumq; beneficia exceptis dignitatibus, & 11

præbendis

præbendis in Cathedralibus, ac principali in collegiata, idem Garcia *p. 7. c. 2. nu. 71.* qui subijcit in beneficij impetratione non esse faciendam mentionem dispensationis iam factæ per not. Rebuffi *d. tit. num. 63. & ita fuit resolutum in vna Burgen. Abbatia 1. Iunij 1584. coram D. Blanchetto.* Cæterùm aduerte, quod Episcopus dispensare potest cum illegitimis ex quocumq; coitu, etiam damnato ad minores, & beneficium sine cura *glo. & DD. c. 1. de filijs Presb.* Non tamen super pluralitate beneficiorum, neque ad maiores ordines, & beneficia curata neq; ad dignitates, vel Personatus etiam sine cura, neq; deniq; in Canonicatibus Ecclesiarum Cathedralium, sed requiritur in his dispensatio Papæ, vt sigillatim docet D. Garcias *d. c. 2. num. 47. & seqq.* huiusmodiq; dispensatio est 12 ostendenda ordinarijs inquirentibus *Pet. Gregorij tract. de Benef. c. 25. nu. 12. 13.* 13

B *Filius Presbyteri*) Vide Couar. *tit. de sponsat. & matrim. cap. 8.* Cæterùm Pius V. reuocauit, seu annullauit legitimationes de naturalibus spurijs factas in præiudicium venientium ab intestato, & vocatorum ex testamento, dummodo non sint sortitæ effectum, deincepsq; reuocat, facultatem legitimandi in præiudicium vocatorum ex testamento, & disponendi de bonis tam Ecclesiasticis, quam patrimonialibus, non tamen hospitalibus expositorum, & orphanorum, vt latius in eius constit. *edita 5 die Martij 1572. anno Pontificatus 7.* videre est.

Argumenta in Regul. xlix. Innocentii VIII. *quæ est* l. Pavli. V.

1. Dispensatio super defectu natalium, vel ætatis nulla est, nisi gratia specialiter sit facta super dispensatione.
2. Talis præsumitur responsio qualis fuit petitio.
3. Princeps vnico verbo non intendit euertere iura multis vigilijs elucubrata.
4. Hęc Regula concernit expeditionem litterarum, ideò non est danda.
5. In quacumq; dispensatione etiam restringibili verba debent aliquid operari.
6. Sufficit tamen quod quadantenus operentur.
7. Gratia super defectu ætatis fit in duobus annis.
8. Papa conferendo minori beneficium facta mentione dispensationis, non censetur dispensatus.
9. Gratia non faciens mentionem dispensationis, quoad illum habetur pro nulla.
10. Stylus Curiæ semper attendendus est.
11. Restrictiua quam solet dare Papa in dispẽsatione ætatis ad Cathedralem.

In l.

12. In quibus casibus Princeps promouendo inhabilem præsumatur cum illo dispensare.
13. Gratia facta minori vel bastardo est odiosa & strictè interpretanda.
14. Gratia super beneficijs & dispensationibus strictissimè interpretanda.
15. In gratia Papæ nihil debet esse superuacaneum.

Regula xlix. INNOCENTII *VIII.*

DE DISPENSATIONE SVPER DEFECTV ÆTATIS

ITem quod per quamcumq; signaturam in quauis gratia nullatenus dispensatio veniat, nisi dicta gratia totaliter effectũ dispensationis huiusmodi concernat, vel aliter nihil conferret, vel operaretur: et si super defectu ætatis sit dispensatio huiusmodi, de duobus dũtaxat annis dari valeat, habita prius per testes idoneos, vel alias informatione quoad hoc de idoneitate personæ cui dicta dispensatio concedetur.

GLOSSEMA ALPHONSI.

ISta Regula dicit, quod per quamcumq; signaturam in quauis gratia, nulla dispensatio veniat nisi super dispensatione principaliter sit facta, alias nihil operetur; & si dis- 1
pensetur super defectu ætatis debet Cancellaria dare de duobus annis tantum constito sibi
A *alias de idoneitate persona, hoc dicit. Pone exemplum: si minor* XX. *annis, vel bastardus dicit se minorem, vel bastardum, & impetrat beneficium curatum à Papa, tunc in primo vel in secundo casu Regula, si Papa dicit,* fiat vt petitur, *non propterea videtur quod Cancellaria debet dispensare cum isto, nisi sicut dicitur in exceptionibus. & ratio dubitandi est, quia ex quo exprimitur defectus & Papa respondet ad petita videtur ex hoc dispensare: quia talis præsumitur responsio qualis fuit petitio* c. Inter dilectos de fide 2
instru. per text.& glo. *ideò videtur Princeps dispensare* arg. l. quidam consulebant ff. de re iud. *Sed ratio dicendi fuit, quia Princeps non concedit ea quæ sunt stricti iuris*
C *vnico verbo; ne videatur destruere iura multis vigilijs condita vnico verbo* arg. leg. si
quando C. de inoff. test. & l. præcipimus C. de ap. *& ista Regula concernit expe-* 3
ditionem litterarum, ibi, per quamcumq; signaturam &c: *ideò non deberet dari ad producendum in iudicio: quia non annullat actum & non dirigitur iudicibus. Item ex* 4

ista regula non illud quod fundatur iure: quia dicitur quod in quacunq; dispensatione
D *etiam restringibili verba debent aliquid operari, c. si Papa de priuil. lib. VI. cum similib.* 5
tamen sufficit quod operentur aliquem effectum etiam si ille effectus non sequatur in to- 6
tum illud quod verba sonat. hoc fundatur hic, & hoc facit glos. not. in c. si duo 1. resp. de procur. lib. VI. quam not. ibi Domin. ad hoc: & pro hoc etiam facit quod ipse dicit in c. ei qui de praben. lib. VI. in VI. & VII. col. & allegat etiam illam glos. ad limitationem d. c. Si Papa, etiam fa. glo. in verbo occupantis in eo c. ad hanc Regulam quam etiam ibi not. Domin. Camera tamen expediret bullas super tali signatura: ideò sis cautus, quod ibi facias expediri: quia Rota neq; aliquis iudex non curat nec debet curare de signatura Papa: sed de bullis vt dicit Regula Cancellaria, & superius dixi. non tamen foret contra iustitiam, immò consonum iuri, quod si aliter expediretur bulla, quam hic exprimatur, quod daretur commissio per placet quod constito de supplicatione, & de hac Reg. Auditor non daret fidem dicta bulla, sed dubito quod signaretur sine fauoribus.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A DE *duobus annis tantum*) Et sic in XXIII. anno poterit dispensari, vt minor curatum obtinere possit: & hodie ista Regula (inquit Rebuffus *in* 7
praxi tit. de dispensat. ratione atatis nu. 10.) seruatur in legationibus, sed coram Papa, si constitutus in XVIII. anno impetret beneficium exprimendo ætatem, & Papa respondeat in signatura, *fiat, & cum derogatione Regula*: tunc dispensatus censetur dispensatus etiamsi sit minor XV. annis, & hoc ratione derogationis Regulæ. Quod si nullam fecerit impedimenti ætatis mentionem, nequaquam
illud beneficium retinere potest, sed infra sex menses resignare ei permittitur, 8
nulla tamen sibi reseruata pensione ex resolutione S. Gongreg. Interpretum Consilij Trid. *ad c. 12. sess. 24.* etiam supposita scientia minoris ætatis, videlicet quod Papæ fuerit talis minor ostensus, & quod ex aspectu corporis talis appareat, quia stylus Curiæ in hoc attendendus est: (etiam in omnibus aliis Curijs & extra statum Ecclesiasticum existentibus, Rota apud Farinacium *dec. 196. nu. 2. part. 1. in Nouiss.*) talis autem hic stylus est, vt quando Papa dispensat cum
aliquo, quod hoc expressè dicat, & fiat de eo diploma *Oldrad. cons. 328. nu. 6 &* 9
7. Semper enim stylus attendendus est, adeò quod etiam littera reputetur fal- 10
sa, in qua stylus, & consuetus modus scribendi non extitit obseruatus *Oldrad. d. cons. 328.* Si autem Papa dispensat super ætate ad canonicatum in Cathedrali,
„ solet dare hanc restrictiuam: Si canonicatum, & præbendam huiusmodi orato- 11
„ ri ante XXII. ætatis suæ annum conferri contigerit, cum primum illorum pos-
„ sessionem assecutus fuerit, litterarũ studio in aliqua vniuersitate approbata seu

LII Collegio,

Argumenta in Regul. xlviii. Innocentii viii.

I. HAEc Regula cõcernit expeditionem litterarum: ideò non est danda.
2. Nobiles qui dicantur?
3. Bastardi nobilium an sint nobiles?
4. Baccalaurei dicũtur graduati in Hispania.
5. Hæc Reg. expuncta est ex regulis Posteriorum Pontificum.
6. Nobilitatis definitio.
7. Princeps quos vult potest nobilitare
8. Nobiles qui distinguantur à generosis?
9. Gentils hõmes du nom & d'armes.
10. Fidalguia in Hispania, quæ nobilitas?
11. Nobilis in lata significatione etiam dicitur qui non est nobilitatis antiquæ.
12. Nobiles de antiqua nobilitate, qui præsumantur esse.
13. Nobilitas quanto antiquior est, tanto honoratior.
14. Præsumptio nobilitatis quãdo cesset
15. Nobilitatis probatio dependet à moribus & consuetudinibus regionum.
16. Nobilis potest haberi in vno loco, & in alio haberi ignobilis.
17. Caussa scientiæ in testimonio nobilitatis, quæ debeat esse.
18. Nobilitas probari potest ex antiquis familiæ instrumentis.
19. Nobilitatis probatio in perillustri Cap. Leodien. qualis esse debeat.
20. Reputatio communis, & opinio quæ de iure sufficit ad probandam nobilitatem (licet admittat probatione in contrarium) & in Hispania Hidalguiam debet esse immemorialis.
21. Nobilitas etiam probatur ex antiquis habitationib⁹, & ex eo quod quis fuit admissus inter Nobiles.
22. Nobilitas vnius fratris non probat nobilitatem alterius.
23. Quis dicatur esse de familia antiqua.
24. Talis quis præsumitur, qualis nominatur.
25. Ius patronatus probatur per insignia alicuius familiæ sculpta in Ecclesia.
26. Vsus insignium seu armorum gentilitiorum à quo tempore cœptus sit.
27. Imago apud Veteres pro nobilitate, & quæ illa?
28. Imagines in thecis ligneis, & in atrijs ædium collocabantur, diebusque festiuis, & lætitiæ aperiebantur.
29. Imagines funera defunctorum sequebantur in perticisq; oblongis collocabantur.
30. Ius Imaginis ponendæ quibus competeret.
31. Armorum seu insignium gentilitiorum vsus apud quos primum.
32. Cymerium Veteribus quid?
33. Insignia Collateralium distincta esse debent ab insignijs stipitis seu primo geniti familiæ eiusq; successorum.
34. Primogenito decedente, secundogenitus insignia familiæ gestat integra.
35. Brizeure Gallis quid?
36. Ius Paragij apud Gallos.
37. Mos inter nobiles vt insignia descendentium discriminentur ab insignijs primo

primogeniti.
38. Author per transennam originem suam ostendit.
39. Maiorum stemmata plurimum valēt apud posteros ad honorem &c.
40. Præclara Ciceronis sententia.
41. Parum prosunt stemmata sine virtute
42. Ciceroni cognomen fuit ignobile, sed illustre factis reddidit.
43. Doctores iisdem gaudent priuilegijs quibus nobiles.
44. Hidalgi, siue Fidalgi Etymon.
45. Nobilis est cuius mater plebeia, pater nobilis.
46. Gallorum prouerbium, La verge anoblit.
47. Plebeia nupta Nobili gaudet priuilegio Nobilitatis, si tamen post obitum mariti nubat plebeio excidit priuilegio quæsitæ nobilitatis.
48. Etymon dictionum Paganus, & Villanus.
49. Non omnis qui ruri habitat, ignobilis est, etiamsi proprijs manibus arua colat.
50. Nobilitatem generis amittunt, qui viles & sordidas artes exercent.
51. Nobilitas an amittatur mercatura.
52. Honoratior est eorum nobilitas qui ciuitatem incolunt.
53. Nobilis verò est qui è nobilibus ortus, quiq; exemptus est ab oneribus & tributis plebeorum, nihilq; refert, habitet ne is in ciuitate, & vocetur Bourgeois, siue Burger.
54. Nobilitati non officit qui Iudicem aut Aduocatum egit.
55. Procuratoris officio amittitur nobilitas quod limitatur apud Sabaudos, vt hic.
56. Prærogatiua huius regulæ gaudebit natus ex nobili matre, & patre ignobili, vel è contra, quod non obtinet in priuilegio nobilitatis.
57. Baccalaurei Etymon.
58. Alciati opinionem non probat Author, neq; D. Argentrei.

Regula L. Innocentij VIII.

DE DIPENSATIONIBVS SVPER DEFECTV natalium ex nobilibus & graduatis.

ITem voluit quod super defectu natalium dentur graduatis, seu de magnis nobilibus genitis per simplicem signaturam quatuor, etiamsi Canonicatus & præbendæ Cathedralium seu Collegiatarum Ecclesiarum, & per *Fiat vt petitur*, vltra hoc dignitates etiamsi maiores post pontificalem, & principales in Collegiatis Ecclesijs, alijs verò per *Fiat* tria, & per *Fiat vt petitur* quatuor, si petantur

petantur, dummodo Canonicatus & præbendæ Cathedralium Ecclesiarum, vel dignitates non existant.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A ISta Regula dicit quod si vnus petat dispensari secum super defectu natalium & ad beneficia, quod si ille sit graduatus vel de magnis nobilibus per signaturam Papæ simplicem, scilicet fiat, debent sibi dari IIII. beneficia etiamsi canonicatus & præbendæ Cathedralium Ecclesiarum existant, sed per signaturam fiat vt petitur, tunc debet addi, etiamsi dignitates maiores post Pontificalem vel principales in collegiatis Ecclesijs existant. si verò non fuerit de magnis nobilibus genitus, debet sibi dari per simplicem signaturam, scilicet fiat ad tria beneficia, & per fiat vt petitur, etiam quatuor si petantur, dummodo non sint canonicatus vel dignitates &c: hoc dicit. Et quo-ad istas regulas loquentes per fiat, vel per fiat vt petitur &c: idem hodie practicat Cancellaria si signatura fiat per concessum id est per illum cui Papa committit signaturam suam, vel per Vicecancellarium argument. leg. item eorum §. 1. ff. quod cuiuscumq; vniuersitatis nomine: quicquid sentiat Bal. in simili in cap. naturales in 1. col. si de feud. fuerit cōtrouer. col. x. & licet superius in alia regula dixerim contrarium, tamen audio quod aliquando sic practicatur in Cancellaria, & in hoc standum esset stylo & tolerantiæ Papæ, argument. cap. quam graui de crimin. fals. & cap. quod translationem de offic. leg. & quod ibi dicit Bald. referendo Io. And. quod ista Regula concernit expeditionem litterarum, & non annullat: ideò non deberet dari, nec dabitur vt credo. 1

B Et in quantum ista regula loquitur de genitis ex magnis nobilibus, sciendum est quod nobiles dicuntur tripliciter. quidam sunt Illustres id est nati ex duobus Marchionibus, aut Comitibus qui reputantur Illustres leg. II. vt dign. ordo ser. lib. XII. Alij sunt sine administratione dignitatis alicuius de prædictis: vel sunt Comites, non tamen reputantur Illustres, sed vocantur magni nobiles, ex quo sic dicuntur à nobilibus ex inferiorū nobilium genere, quia in hoc reputantur nobiles ex reputatione vt dicit Bart. latè in repetitione leg. 1. Cod. de dign. lib. XII. & vltra eum allego cap. 1. in princip. & §. si quis verò temerario de pace iur. fir. col. x. & de istis loquitur ista regula; quod apparet, quia æquiparat eos graduatis &c: & alij sunt nobiles ex inferiorum nobilium genere, & isti sunt qui communiter differunt à plebeis, & reputantur maiores quam plebei, & appellantur diuersis nominibus, secundum vsum patriæ. 2

Nam Venetijs appellantur fortè Magnates, pro qua nominatione & nobilitate est textus in capitulo primo in pr. ibi, cum omnibus locorum primatibus &c: de pace iuramento firmanda & Florentiæ appellantur vt audio

Maiores

Maiores, & in Hispania vocantur fidalgos; vt ex dictis Bar. colligitur & hoc dicit ex-
C *presè* in d. l. 1. *& de istis non loquitur ista regula: de quo me remitto ad gl. quam feci in regula prærogatiuarum* Pauli *super qua nobilitate pugnaui in Curia; & quidquid habeo exinde, habui meis manibus gratia Dei: & hic non oportet specificare illas nobilitates, sed satis est quod quoad primam & secundam, habeat locum ista regula, & non quoad tertiam, de qua nobilitate per Bald.* in c. quis dicatur dux col. x.

Item non est hic insistendum, an illegitimus sit nobilis: quia non fundat ille text. & 3
iura pro & contra: & consului super hoc bis, quod sic, licet Baldus & Docto. diuersi vi-
D *deantur. Sed vnum non omittam hic: quia etiam natus ex aliqua Baronissa & aliquo villano legitimè, debet gaudere hac prærogatiua huius regulæ*; faciat c. nouit de iudi. & ibi dicit Io. And. & glo. ibi Angel. in authen. de incœst. nupt. col. IIII.

Et credo quod non sit danda ista regula, per ea quæ dixi supra regula proxima. Camera tamen non curaret de ista solemnitate, sed daret ad quæcumq;, quoscumq;, & qualiacumq;, etiam sine signatura, vt iam vidi in Curia, & de graduatis hic intelligo etiam
E *de Baccalaureis in Hispania, qui etiam ibi reputantur graduati, licet non sit in iure gra-* 4
dus, nisi doctoratus, vel magisterij: sed ad hoc facit glossa l. 1. C. de athle. lib. 10. *maximè quia differunt à scholaribus, ergò sunt graduati* argument. eorum quæ dicit Bartolus de nobilibus in d. l. 1. de dig. lib. XII.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A ISTA *Regula*) Hæc Innocentij Regula expuncta est ex Regulis posterio- 5
rum Pontificum, quòd beneficiorum pluralitas Sacris Pontificum Constitutionibus & nouissimo Sacrosancto Concilij Trid. decreto damnata sit: præterquam quod Hæc Regula concernat tantum expeditionem litterarum, vt & aliquot præcedentes & sequentes, neq; extra Curiam quenquam ligant, nec solent produci, vt initio istorum Commentariorum diximus: cum illæ tantum inseruiant Officialibus Romanæ Curiæ quibus propriè scriptæ promulgatæq; sunt: ideò illis non immorabor: mihi enim sufficit quoad hanc Regulam illiusque praxim lectorem remisisse ad Rebuffum in praxi *tit. de Dispens. super defectu natal.* quæ verò hic subijcientur, in gratiam nobilium (quorum hic mentio) & dicis caussa scribentur.

B *Genitis ex magnis nobilibus*) Nobilitas vt noster Alphonsus definit *ad* 6
Reg. prærog. Iulij II. part. 3. pr. est quoddam honore priuilegiũ proueniens ex radice antiqua, per quod quis differt ab alij communis hominibus. Quæ definitio magis placet, quam illa Bartholi qui dicit nobilitatem nihil aliud esse quam qualitas illata per Principem qua quis vltra honestos plebeios acceptus ostéditur *in l. 1. nu 62. in pr. C. de dign. lib. 2.* vbi Baldus & alij scribunt nobilitatem codicillis

codicillis Principis, vel eius beneficio dari. quo pertinet illud Assueri Regis de Mardochæo, Ester c. 6. *Hoc honore condignus est quemcumq; Rex voluit honorare*. *Gutierrez lib. 3. pract. q. 16. nu. 35.* Sacrilegij enim instar est existimare indignum, quem dignum Princeps dixerit, qui potest quos vult nobilitare vt aiunt Impp. Theodosius, Archadius, & Honorius *in l. Sacrilegijs, & ibi glo. Castren. & Bald. C. de diuers. Rescript.* Verùm, isti distinguuntur à generosis hoc est ijs, qui ex genere nobiles sunt, quiq; se gentiles homines id est, vulgari lingua *Gentils hommes*; quasi dicant se ex gente sua propria trahere nobilitatem, & illam habere antiquã; vnde haberi volũt *Gentils hõmes du nom & d'armes, & d'anciene ligne, ou d'ancienne Cauallerie*, & talis nobilitas in Hispania vocatur *Fidalguia* quam illi sic definiunt: *Fidalguia*, es Nobleza, que viene à los hombres por lignage, y assi los que la tienen han de procurar que no la dannen, ni menguen. *Gutierrez d. q. 16. nu. 39.* Ex quo fit vt quamuis verbum Nobilis ἐν πλατεῖ seu in lata significatione accipiatur etiam pro nobilibus, qui non sunt de genere *l. prouidendum, ibi, quos meritum vitæ nobilissimos facit &c. Cod. de postul.* tamen in stricta significatione, & propria restringitur ad eos solos, qui de Ducum, Marchionum, & Comitum genere procedunt, qui reputantur Illustres. Ducatus enim, Marchionatus, & Comitatus faciunt præsumi qui illos tenent nobiles de antiqua nobilitate & stirpe, vt notat Mascard. *tract. de probat.* & hos tales noster Alphonsus vocat hic magnos nobiles: quanto enim antiquior est nobilitas, tanto honoratior est, *Tiraquel. de Nobilit. c. 18. Guimer. ad Pragm. sanctio tit. de Collatio, verbo & antiquo genere pag. 95.* magisque relucet à parentibus relicta, quam à Principe sine virtute donata *Otalor. de nobilit. 3. p. c. 7. Mascard. de probat. Conclus. 1094.* In alijs porrò nobilibus cessat præsumptio nobilitatis: cum nobilitas politica non insit à natura, ideòque plenè probanda est. *Couar. Var. resol. lib. 1. cap. 16. nu. 10. in fi. Bona Curtil. de nobilitat in 6. part.* licet hæc probatio videatur potius dependere à moribus, & consuetudinibus regionum *Castren. cons. 125. In quarto dubio lib. 2. Cassan. ad consuet. Burg. Rub. 4. §. 19. in verbo Entre gens nobles.* Et ideò potest esse aliquem haberi pro nobili in aliquo loco, & in alio esse ignobilem *per text. in l. munerum. in pr. de muneribus. & honor. Ant. Faber. lib. 9. definit. foren. tit. 29. definit. 12. num. 51. Rota in vna Comen. habitus 4. Martij 1611. coram R. P. D. Lugdunen nu. 6. quæ est decisio 297. apud Farinacium p. 1. in recentior.* hinc fit vt ad probandum quem esse nobilem, testes deponentes pro ratione dicti debeant dicere se cognouisse patrem, auum, & maiores eius omnes, nobiles, & nobiliter viuentes, qui pro talibus se tenebant, & reputabant, nobilium actus, mores, status, & conditiones facientes, & exercentes, & pro talibus sunt habiti & reputati inter omnes de his cognitionem habentes *Bartol. in leg. 1. numero. 98. Codice de dign. lib. 12.* parum enim est illos nobiles fuisse nisi etiã illud accesserit vt nobiliter vixerint

7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

Guido

Guido Papa q.391. Sed & nobilitas generis probari potest ex antiquis familiæ instrumentis ex quibus appareat nobiles auos & proauos illius de cuius nobilitate controuertitur. Verba enim illa enunciatiua licet inter alias partes, & ad aliud prolata probant, propter antiquitatem; maximè verò, si aut coram Principe aut apud Rationales Principis instrumenta illa conscripta proponantur: Neq; enim facile credendum est Principem, aut Rationales permissuros, vt nobilem se diceret, qui nobilis non esset, cum non solum publicè, sed etiam Principis intersit, vt Nobiles ab Ignobilibus distinguantur, ita Senatus Sabaudiæ *15. Kalend. Ianuar 1590.* quod Placitum refert Ant. Faber *lib. 4. definit. tit. 14. definit. 17.* Sed apud nos in perillustri nostro Capitulo Leodien. ex laudabili statuto, hoc amplius requiritur, vt testes producendi super nobilitate alicuius in 19
Canonicum recipiendi, sint quoq; ipsi nobiles, & ex nobili & generoso genere legitimè procreati, & descendentes, ac vt tales inter nobiles & generosas familias in loco originis vel residentiæ habiti, reputati, & recepti fuerint, gaudentesq; priuilegijs & prærogatiuis nobilium, & generosorum: & talis reputatio probatur per notorietatem apud Hispanos, vt notat *D. Io. Gutierrez lib. 3. pract. quæst. q. 16. nu. 99.* Nihilominus huiusmodi reputatio, & communis opinio, quæ de iure sufficit ad probandam nobilitatem, & in Hispania Hidalguiam debet 20
esse immemorialis *text. in l. Cognitionem de Var. & extraord. cognit. & in l. prouidendum ibi, glo. Bald. & Salicet. C. de postulando Rart. in d. l. 1. nu. 97. Lucas de Penna in l. mulieres col. 2. C. de dignit. lib. 12. Felij. in c. super eo de testibus. Ripa lib. 2. respons. c. 26. Tiraquell. de nobilitate c. 10. Lud. Rom. singu. 289. latè Otalor. de Nobilit. 3. p. c. 7.* Quæ tamen probatio admittit probationem in contrarium, *Tiraquell. d. c. 10. Mascard. d. conclus. 1096.* probationem dico non præsumptionem: quia reputatio, & notorietas nobilitatis est fortior, quam præsumptio ignobilitatis contraria, vt ostendit D. Gutierrez *d. loco. & lib. 3. practic. q. q. 14. num. 124.* Sed & probatur nobilitas ex antiquis habitationibus vt decidit Rota *1612. Ianuar. 19. coram R. P. D. Damasceno apud Farinacium decis. 372. part. 1. & decis. 504.* 21
part. 2. ac etiam ex eo quod quis fuit admissus inter nobiles, vt resoluit eadem Rota *Rom. in vna Zegobien. coram R. P. D. Damasceno 3. Iunij 1613. quæ extat apud eundem Farinacium decis. 494. nu. 7. p. 1.* licet hanc genericam probationem non sufficere putem, vbi à statuto requiritur probatio nobilitatis antiquæ, *Farin. decis. 535. nu. 1.* vbi etiam *nu. 5.* dicit nobilitatem vnius fratris, non probari ex 22
nobilitate alterius, imò non probari nobilitatem ex eo, quod quis sit de familia nobili, cum possit esse aliquos ex eadem familia reputari nobiles, alios non item. nisi tamen probata esset nobilitas ascendentium. *Farinac. d. decis. 535.* Ideò is censebitur esse de eadem familia antiqua, cuius pater, & auus sic vocabatur. 23
& maximè si gestabant insignia gentilitia illius familiæ antiquæ, vt notat noster Alphonsus *in Reg. prærogat. Iulij 11. 3. p. pr. arg. l. stigmata C. de Fabric. lib. 11. &*

cap. Si

cap. Si Iudex laicus de sent excom. lib. 6. Ex quo infertur, quod talis quis præsumitur, qualis nominatur, vel eius insignia docent, concurrente præsertim probatione familiæ *Guimer. ad Pragmat. Sanctio. tit de collatio. vbi sup.* Hinc fit vt 24
ius patronatus probetur etiam per insignia alicuius familiæ sculpta in Ecclesia 25
Imo. cons. 60. nu. 1. & ita decisum coram R. P. D. Pamphilio in vna Pamphilonen. 30. Octob. 1613. quæ extat apud Farinacium decis. 518

Verùm, insignium mentione occurrit elegans & curiosa quæstio, à quo tempore cœptus sit vsus insignium gentiliorum, quæ vulgus arma nuncupat, an 26
nimirum fuerit receptus temporibus prisci æui? sunt enim qui existimant nullum insignium gentilitiorum vsum fuisse temporibus Romanorum, moti potissimum ratione hac, quod in historijs antiquis, cum sacris, tùm profanis, nulla eorum fiat mentio, licet de imaginibus creberrimè loquantur. Est autem imago, vt Polyb. *lib. 6. Histor.* scribit, insignis alicuius viri simulachrum, oris similitudinem artificiosè effictam, coloribus, pigmentisq; adumbratam referés, 27
quam in atrijs domus, siue etiam bibliothecis positam, ligneo armario includebant. De his, inquam, imaginibus frequens apud scriptores nostri & antiqui æui mentio, Seneca Epist. 44. *non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus, animus facit nobilem &c:* & 3. de benef. c. 28. *Qui imagines in atrio exponunt &c: in parte ædium collocant*; cuius ritus rationem affert Valer. lib. 5. c. 8. *Effigies maiorum cum suis titulis idcircò in prima ædium parte poni solere, vt eorum virtutes posteri non solum legerent, verum imitarentur.* Sed & Thecis ligneis, vt dixi imagines istæ quæ humerorum modo tenus oris simulachrum effingebant, collocabantur, siue etiam armarijs vt Plinius scribit lib 35. *Expressi cera vultus singulis disponebantur armarijs, vt essent imagines quæ comitarentur gentilitia funera.* atque istæ thecæ, vt curiosè aduertit I. Lypsius *lib. 1. Electo.* & ante eum Alex ab Alex. *lib. 5. genial. dier. c. 24.* & Carolus Sogonius *lib. 2. de antiquo iure Ciuium Roman. c. 20.* diebus festis, aut lætioribus tantum aperiebantur, alias, vt videtur, clausæ. Vopiscus in vita Floriani; *Tantum illud dico, Senatores omnes ea lætitia esse elatos, vt domibus suis omnes albas hostias cederent, imagines frequentes aperirent, conuiuia sumptuosiora præberent.* adduntq; titulos imaginibus affixos, siue honorum indices, rerumq; in magistratu gestarum: Tibullus: 28

Non tua maiorum contenta est gloria fama.
Nec quæris, quid quaq; index sub imagine dicat.
Horatius————*populo qui stultus honores*
Sæpè dat indignis & famæ seruit ineptus,
Qui stupet in titulis.

Deniqúe, imagines istæ, vt in diebus lætitiæ laureis sertis, & floribus orna-

bantur, ita in luctu, & gemitu familiæ, tanquam conſciæ eſſent, & tacita mœſtitia funeſtarentur, à propinquioribus deformabantur, tantoq; honore dignas putabant, vt illas cum ſingulis imaginum titulis, illorum præcipuè, quorum dignitas, maximèq; res geſtæ fuêre, in exequiarum pompa extra ędes producerent, & longa ſerie velut familiæ decora repræſentarent, illaſq; defunctorum exequias, & vnà funus comitarentur, *Alex ab Alex. d. c. 24. lib. 11. Annal.* 29
Firmemus Taciti auctoritate: Is igitur lib. 11. Annal. ſcribit: *Cotta Meſſallinus ne imago Libonis exequias poſterorum comitaretur, cenſuit* Silius quoq; lib. 10.

Non coniux natiuè aderant, non iuncta propinquo.
Sanguine turba virûm; aut celſis de more feretris.
Præcedens priſca exequias decorabat imago.

Ex quo etiam Silij verſu patet imagines deferri ſolitas in perticis oblongis ad inſtar ferculorum triumphorum. & Polyb. *lib. 6. Hiſtor.* narrat imagines iſtas publicis ſacrificijs illos adhibuiſſe, feſtiſq; diebus armarijs apertis illas exornaſſe; cum verò ex domeſticis quiſpiam eſſet mortuus, in funere extuliſſe, addito, vt magnitudine quam ſimillimæ apparent, reliquo temporis trunco. veſtibus autem exornatas ſi conſulares; aut cum imperio fuiſſent, prætextis; ſi cenſorij, purpureis; ſi triumphales auro intextis, atq; curru, faſcibus, & ſecuribus; alijſq; magiſtratuum inſignibus prælatis, in roſtra perlatas. Verùm 30
enimuerò iſtas ſibi ponere non omnibus licuit, ſed ijs tantũ qui Curules magiſtratus poſſiderent, quorum primus fuit Aedilitas, vnde Cicero in Verrem dixit ſe Aedilem deſignatum, adeptum eſſe antiquiorem in ſenatu dicendæ ſententiæ locum, togam prætextam, ſellam Curulem, ius imaginis, ad memoriam poſteritatis prodendam. Imago autem idcircò valuit ad memoriam poſteritatemq; prodendam, quia inde nobilitas ducta eſt. Nobiles enim fuerunt qui maiorum ſuorum imagines oſtendere potuerunt. Hinc apud liuium Ancus Martius nobilis dicitur vna imagine Numæ. pulchrè Propert.

Tota licet veteres exoonent vndiq; ceræ.
Atria, nobilitas ſola eſt atq; vnica Virtus.

Igitur imagines vt ex prædictis apparet memoriæ dumtaxat, & excitandæ iuuentutis ad virtutem cauſſa cuſtodiebantur.

An ergò nullus apud antiquos, qualis apud nos inſignium gentilitiorum vſus? fuit certè, & quidem inter viros nobiles, quibus tantum (vt hodie teſte Panor in c. dilecta de exceſſ. prælat. & D. Beleo in quæſt. illuſt. q. 5.) licitum arma gentilitia geſtare. Exemplorum abundè eſt apud Ant. Teſſaurum. *deciſ. 269.* ſcribentem vidiſſe ſe apud amicum quendam libellum in quo aderant ar- 31
ma & inſignia antiquorum Hæroum, nimirum Menelai gerẽtis Hipogriphum argenteum in ſcuto rubeo: Aiacis Telamonij apros duos aureos in cãpo rubeo: Protheſilai

Protheſilai duos Vrſos rectos ſe inuicem reſpicientes coloris nigri in campo aureo: Vliſsis Hypoghriphi in campo bipartito, cuius ſuperior pars bipartita erat, inferior cœleſtis coloris: Achillis Tigrem auream in campo rubeo. Deniq; aliorum multorum huic ſcripturæ, & merito, haud temerè credit Theſſaurus, nec ego etiam illam in magno haberem niſi ſcriptorum authoritatibus ſententia hæc firmaretur: pro quâ aſſertur Atheneus *lib. Dipnoſoph. 12. c. 16* vbi de Alcibiade loquitur: *Nam & ſcutum* inquit, *habebat ex auro, eboreq; confectum in quo erat inſigne, Amor, qui fulmen flexerat* & de filio Herculis, Virg. *lib. 9.*

———— Satus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus, clypeoq; inſigne paternum.
Centum angues, cinctamq; gerit ſerpentibus Hydram.

Vt & Ouid. *lib. 7. Metamorph.* vbi de Aegeo & Theſeo.

Cum pater in capulo gladij cognouit eburno,
Signa ſui generis.

Inſuper Tranquillus *in Caligula c. 35.* ſcribit eum *inſignia familiarum nobiliſsimo cuiq; ademiſſe Torquarto torquem, Cicinnato crinem.*

Adhæc in actis Apoſtolorum *cap. 28.* legitur de naui Alexandrina, cui erat inſigne Caſtorum, id eſt figura Caſtoris,& Pollucis, qui Grecis Dioſcuri id eſt Iouis filij dicebantur. Denique Plutarchus opuſculo cui titulum fecit *Decem Oratorum*, ſcribit Demoſthenem in clypeo pinxiſſe bonam fortunam. Ex quibus fit vt animum inducam ne credam antiquos caruiſſe inſignibus gentilitijs, ſiue eorum vſum non habuiſſe, in quâ tamen opinione Alciatus *lib. 5. Parergon, cap. 13.* ſed debili admodum nititur fundamento: Nam quotquot legi, in ea eſſe ſentantia vidi, vt adſtruant, non ſolum veteres inſignia, ſiue vt vulgo, arma gentilitia habuiſſe, quæ in clypeis ſeu ſcutis pingi ſolebant: verumetiam, Cymærium.nam ſicut clypeum ornabat inſigne, ita etiam galeam ornabat Cymerium,quod ſuperimponebatur non tantum ad illius ornamentum,ſed etiam 32
ad hoſtium terrorem: cum galeæ, & Cymerij altitudo maiorem equitis ſeu militis ſtaturam oſtenderet: quod apertè indicat Polib. *lib. 6.* pag. 500. verbis his: *Prater hac omnia adornantur corolla plumea, penniſq; tribus puniceis, aut nigris erectis, longitudis fermè cubitalis, qua cum in ſummo vertice cateris armis addiderint, vir quidem apparet duplo maior quam ſit, eius verò aſpectus pulcher, hoſtibuſq; terribilis.* Itaq; in vſu erat vt galeæ ſuperimponerentur non ſolum plumæ, ſed etiam aliquid terribile, & monſtroſum, ac potius Cymericum, ſeu fantaſticum, quam naturale. vt leo alatus, aut Draco flammas ore vomens,aut bos alatus, aut alia ſimilis Chimera, vnde remotâ litterâ H. Cymerium deriuatur, vt notat idem Teſſaurus dicto loco. Atq; ex iſto veteri ritu proceſsit, in noſq; deriuauit vſus

ille insignium gentilitiorum, quæ familiæ nobiles ab alijs itidem nobilibus discernebant. In quo tamen aduertendum, vt si collateralis à stipite familiæ distincta gerat insiguia, aliqua nimirum nota, aut fascia ab integris stipitis seu pri- 33
mogeniti familiæ insignijs, nihilo magis esse tales collaterales ignobiles, cum inter familias nobiles iam ab omni æuo mos ille inoleuerit, vt inter Collaterales distinctio quædam apponatur, integris manentibus insignijs penes primogenitum, eiusq; successores: dignitas enim familiæ debet seruari in primoge- 34
nito, quo decedente secundo genitus gestat insignia familiæ integra, & absq; vlla nota aut scissura, quam Galli *brizeure* nuncupant, vt doctè, & curiosè no- 35
tat, discutitq; Ioannes Scohier *in suo tract. de l'Estat & comportement des armes*, & nouissimè D. Io. Gutierrez Canonicus Ecclesiæ Ciuitaten. vir doctissimus *lib. 3. pract. q. q. 16. nu. 42.* qui citat D. Io. Molina *de Primogen. Hisp. lib. 2. cap. 5. per tot.* Neq; eo secus vt dixi desinent esse nobiles, præsertim qui à Principe, vel Duce, vel Marchione de feudo inuestiti sunt, vt notat Eruditiss. Cuiacius *lib. 2. feud. tit. 10.* verbis his: Et ita hodie quibus locis res ita geritur inter fratres,
” vt feudum frater maior natu precipuè obtineat, & cæteris aspergat cæteram
” partem, cæteri non minus suas partes nobiliter tenent, quam frater maior na-
” tu, nec minus dicuntur esse pares in feudo, & à maiore quidem fratre dicuntur
” feudum tenere iure paragij, gallicè *en paroye* siue *en parage*, quo sensu etiam di- 36
” citur *Paragium* in Constit. Neapolitan *3. tit. 26.* sed eius conditio talis est, vt
” pro eo nullam fidelitatem frater fratri iurare, aut repromittere debeat. De quo
” iure Panagij siue Paragij vide. Renat. Choppinum, *tract. de Domanio lib. 1. tit. 5. & passim lib. 2.* Itaq; siue frater maior natu feudum nobile possideat ex asse, siue non, siue etiam integra gestet familiæ insignia, aut aliter, susque deque est quoad Collateralium nobilitatem. Nam primogenito decedente, inquit Chassaneus, *lib. gloriæ mundi conclus. 76.* secundus poterit portare arma Domus, seu familiæ integra: & ratio est, quod iam factus sit primogenitus: nam primo defuncto, & excluso, secundus sequens dicitur primus, & tertius dicitur secundus, & sic de singulis *Guilhel. à Monteferrat. tract. de success. Regum in 2. dubio num. 35. in fi. & nu. 20.* vbi scribit moris esse inter nobiles, vt in descendentibus omnibus, præterquam in primogenito, velut in capite, ponatur aliqua differentia, 37
mediante qua ab alijs discernatur atq; cognoscatur.

Atq; ita factum in familia nostra de Chokier, quæ gradatim ab antiquo deriuata à nobili prosapia & feudo de Chokier propè Leodium, cuius possesso- 38
res à primogenito & stipite nostro descendentes semper integra illius familiæ nostræ insignia (quæ sunt crux Burgundica rubea in scuto seu campo aureo cuius apertam cassidem exornat Cymerij loco Moyses radiatus eadem cruce antrorsum insignitus) gestarunt. Maiores verò mei eorumq; successores ex secundogenito descendentes, discrimen aliquod ijsdem apposuerunt, quò à primo

primogeniti insignijs distincta, pro more inter nobiles recepto, apparerent; vsq; dum linea primogeniti agnationis nostræ deficiẽte, integra resumpserunt. Matris verò meæ primogenitores, quòd ex primogenitis ortum ducerent, integra insignia gentilitia portarunt antiquæ & nobilis familiæ de Linster, siue gallicè Linchier patriæ Luxemburgensis (quæ sunt duæ rectæ fasciæ rubeæ, quas barras vocant in scuto argenteo, cuius apertæ galeæ pelicanus aureus pullos fouens insidet) ex qua familia paternum genus matris meæ deriuatur. Verùm, hæc obiter dicta sint: quæ alioqui inuidiam ciere mihi non debent, magis quam Alphõso nostro qui in occasione, licet alia, nobilem suam prosapiam pandere nõ dubitauit vt in Reg. xv. & in Reg. Iulij III. par. 3. princip. alijsq; in locis. Quid? quod Budeus, Mynsingerus, Bertrandus Argentreus, Iulius Cæsar Scaliger, Iustus Lipsius, alijq; sexcenti à litteris & natalibus clari, sui claritudinem generis è re nata prodiderint, censoriam notam nequaquam experti sunt. Etenim nulla æquè valida sunt præcepta ad verum æternumq; ho- 39
norem, quam maiorũ stẽmata beneq; acta vita ob oculos posita, quibus nepotes & posteri videntes se non ex pudendis parentibus, sed ex honoratis nobilibus ortos, mirum in modum ad virtutem accenduntur, atq; ad eam plerumque constantiã animiq; magnitudinẽ extimulãtur, vt eò perueniant, quò vnus aliquis de multis operosæ tædio virtutis adspirare nequaquam sustineret. Hinc
preclarè Cicero: *Optima hæreditas à parentibus traditur liberis omniq; patrimonio præstantior, gloria virtutis rerumq; gestarum, cui dedecori esse nefas, & vitium iudicandum est. lib. 1. de off.* Sola tamen stemmata sine virtute proposita minus laudantur, sed quia interdum hi quos maiorum lux nobilitauit, agnatam sibi quoq; illorum virtutem habeant. Alias, qui sola pa- 41
rentum nobilitate gloriantur, neque morum probitatem generis splendori opponunt, mihi profectò similes statuis siue Cenotaphijs videntur, in quibus præter nomen, nihil est additamenti. 40

Quis enim generosum dixerit hunc, qui
Indignus genere & præclaro nomine tantum
Insignis?

In Cicerone legimus quod cum ab eius amicis moneretur suum vt cogno- 24
men mutaret, vtpote quod dicterijs obnoxiũ erat, aliudq; adsciscceret, respondit se Ciceronis nomen illustrius effecturum, quam esset Catonum, aut Catulorum, aut Scaurorum: nam hæ familiæ cumprimis illustres erant apud Romanos, cum Tullius esset homo nouus. Cognomẽ autem ideò patebat cauillis quod à cicere vilissimo legumine dictum videretur. Quasi verò non & Fabij à fabis, & Lentuli à lente cognomen habuisse viderentur. Parum illustris est, qui præter imagines & cognomen nihil habet nobilitatis; pulcherrimum autem nobi-

litatis genus est, quam sibi quisq; proprijs virtutibus conciliat. Hincq; Alcibiadis filius *apud I. socratem Oratione de Bigis* patrem suum pręcipuè dilaudat, quod cum claris esset ortus parentibus, ab illorum virtute nunquam degenerârit, neq; otio ac luxu diffluens maiorum virtute glorietur, sed tanta è vestigio animi magnitudine fuerit, vt existimaret oportere se propter semetipsum non ob illorum res gestas celebrari. Quid quæris? hoc ipsum ICti nostri satis intel- 43
lexerunt, dum Doctores hisdem voluerunt gaudere priuilegijs, quibus ipsi nobiles, cum non minori sint digni nobilitatis præmio, quam ipsi milites & nobiles. atq; ita priuilegia militum extenduntur ad Doctores *Cynus & Salicet. in l. 1. C. de Iuris & facti ign.* qui etiam merito nobiles reputantur *Bal. in l. prouidendum ibi text. C. de Postul. Ripa in l. Centurio in pr. nu. 15. ff. de Vulg. & pupill.* cum admittantur ad prærogatiuas & officia nobilium, eorumque immunitatibus gaudeant *Azeued. in l. 2. tit. 10. lib. 8. Noua Collect. Reg. nu. 108. D. Gutierrez lib. 5. pract. quæst. q. 17. 5. & seq.* vnde fit vt in nostra Reg. graduati gaudeant eadem prærogatiuâ, quâ ipsi nobiles, idemq; dicendum in omnibus alijs prærogatiuis nobilibus à iure vel statuto concessis. Sed satis sit talium: regredior ad textum Alphonsi.

C *In Hispania vocantur Fidalgos*) Etymon huius vocis **Fidalgos** vel **Hidalgos**, illud traditur nempe à Hidalgo, quasi dicas Gothi filius, ac si essent filij Gothorum, tempore quo Hispania à Mauris occupata fuit, & Gothorum Imperium penitus concidit, quasi maximè essent in oculis omnium, nobilissimiq; perinde ac si filij eorum essent, qui Imperium Hispaniæ nouissimè tenuerant: quod ipsum nomen significare videtur: quia cum hoc nomen **Hyo** habet relationem ad patrem, quasi ex patre velit ostendere nobilitatem, & sic quod dicimus **Fidalgus**, perinde est, ac si dicamus filius Gothi. Ita Dńs Io. Guitierrez author Hispanus *in libris pract. q lib. 3. quæst. 13. nu. 19.* 44

D *Ex aliqua Baronissa, & aliquo Villano*) Multo ergò magis natus ex matre Villana, vt illius verbo vtar, & aliquo Barone, vt probat Dńs Vames. 45
consf. 21. nu. 4. & latè Tiraquel. *de Nobilit. c. 18. Ant. lib. 9. definit. Foren. definit. 16.* quia plebeia genere mariti nobilitatur ex Constitutione *leg. mulieres Cod. de dignit.* nobilitas enim ducitur ex genere. eò quia, vt Galli dicunt *la verge anoblit* 46
Cuiacius consultatione 56. si tamen post mariti nobilis mortem nuberet plebeio, 47
caderet dubio procul priuilegio quæsitæ nobilitatis, *Ant. Faber d. lib. 9. definit. Foren. tit. 29. definit. 17.* Cæterùm, vt etymon vocis latinæ paganus à pago, ita 48
vocis barbaræ Villani à Villa, quod est prædium rusticum, *vt in leg. 1. §. siue autem ff. de fundo instructo* in quo significato Villani & rustici nobiles dici possunt à villa & rure, ideòq; non omnis est ignobilis & plebeius, quisquis ruri 49
habitat, vt inquit Ias. *in §. item Seruiana nu. 26. instit. de actio.* etiam si proprijs manibus

manibus labore, dummodo viles artes non exerceat. *Guido Papæ decis. 11. & 41. Tiraquell. de nobilit. c. 2. nu. 54. Auenda in suo Dictionario in verbo Caualero Vincent. de Francis decis. 128. nu. 4. Rebuff. ad Constit. Reg. tract. de Mercato. art. 1. gloss. 1. num. 24.* Viles enim & sordidas artes exercentes quales sunt qui tabernariam exercent *l. humilem. Cod. de Incæst. nuptijs Cic. lib. 1. de offic.* nobilitatem generis 50
amittunt, licet inde non officiant liberis. Absurdum enim à patre solo auferri filijs quod non à solo patre filij habent, *Ant. Faber. definit. Foren. lib. 9. d. tit. 29. definit. 1.* etiamsi nati sint eo tempore, quo iam amissa erat nobilitas, *idem Ant. Faber d. lib. 9. tit. 29. definit. 25. Tiraq. de Nobilit. c. 35.*

Quid in mercatura? amittitur nobilitas si illius vsu actuq; viuant, licet ipso iure reassumant nobilitatem desistendo, *Ant. Faber. lib. 9. Definit. Foren. tit. 29.* 51
Definit. 1. RRebuff. d. glo. nu. 21. quod verum intelligant in eo qui ex nobilibus parentibus natus est, secus autem in eo qui de nouo nobilitatus est: nam illum nobilem natura produxit; hunc non item. Idem in Francia, inquit Rebuffus, litteræ à Rege impetrãtur, vt negotiatio, illiusq; exercitium nõ noceat nobili, qui exercuit mercaturam, quod verum in eo qui ex priuilegio & sola Principis concessione nobilitatem sibi quæsiuisset: nam si ab antiqua prosapia nobilis fuit, sola desistentia recuperat nobilitatem, neq; vlla indiget Principis rehabilitatione, *Ant. Faber. d. definit. 1. Argentreus ad Consuet. Britan. art. 155. glo. 1.* Verùm vt redeam vnde digressus sum, nobilis à rustico non loco ipso sed genere, virtutibus, & diuitijs distinguitur, *l. si prædium. C. de præd. minor. Tiber Decian. cons. 66. nu. 42. & 43. lib. 3.* Nihilominus honoratior est eorum nobilitas, qui ciuitatem incolunt. *Ias. in §. seruiana nu. 26. instit. Dominus Gutierrez pract.* 52
q. lib. 3. q. 13. nu. 50. Vnde, ego manum non verterim, habitet ne in ciuitate, an ruri nobilis, dum ipse nobiliter & splendidè viuat, nam per not. Baldi *in l. 3. quæ incipit nobiliores de Comerc. & mercat.* dicitur ille nobilis qui ex proprio suo patrimonio viuit non exercens artem mechanicã aut mercaturã *VVurmser. pract. obser. lib. 1. obser. 2.* quod eatenus probo, si à nobilibus ortus sit parentibus; quiq; exemptus est ab oneribus & tributis plebeiorum *l. 1. & per tot. C. de Dignit. lib. 12.* 53
Ant. Gomes. in l. Taurin. l. 79. nu. 6. & hunc talem nobilem habebo etiamsi habitet in Ciuitate, & vocetur apud nos *Bourgois* siue flandricè *Burger*, sedeatq; inter ciues, cum ista possint se inuicem compati, vt sit ciuis & senator, & de genere equestri, vt decidit Rota *in vna Monasterien. Canonicatus Iunij V. anni 1573. coram* R. P. D. *Seraphino quæ est in decis. eiusdem Seraphini sub nu. 207.* Imo quod Iudicem aut Aduocatum quispiam egerit nobilitati suæ non offecisse Placito 54
Curiæ Parisien. est decretum, *Io. Chenu. in addit. ad Papon. lib. 5. tit. 4. arresto 4.* aliter atque si Procurator caussarum fuerit: quia is perdet nobilitatem suam, *Chassaneus ad consuetud. Burgund. tit. des droicts appartenants aux gens mariez entre gens nobles. §. 19. num. 21. Bertrand. Argentreus ad Consuet. Britaniæ tit. des Iustices art. 40.*

ar. 40. quod hactenus admittunt Sabaudi & meritò si apud inferiores Iudices procuratoris officium exerceant, secus si apud Senatum quem Principis dignitatem & auctoritatem præferre hauddubium est *Ant. Faber. lib. 9. C. tit. 29. definit. 6.* Cæterum, ne à lineis excidam, adq; propositum redeam, gaudebit prærogatiua huius Regulæ, si quis fuerit natus ex nobili matre, & patre ignobili, vel ex patre nobili & matre ignobili, cum priuilegia nobilibus concessa, competant etiam eorum vxoribus, ipsorumq; liberis, quamuis illæ nobiles non sint, *Io. Gutierrez in suo doctiss. tract. de Iuramento confirmatorio part. 1. c. 16. num. 58.* Atque hoc quidem quoad prærogatiuam huius Regulæ, non etiam nobilitatis. Hinc fit vt si mater sit nobilis & pater vilis & plebeius, filius & descendens erit plebeius, & non gaudebit priuilegio, seu prærogatiua nobilitatis *tex. not. in l. Nobiliores C. de Commerc. & mercat. Ant. Gomez in ad leges Tauri l. 79. nu. 7.* 56

E *Baccalaureus)* Baccalaureum à bacca lauri deducit Alciatus *lib. 8. Pareg. c. 10. &* Mand. *ad Reg. 16. Cancell. q. 11. nu. 3.* Nam vt Athletæ tribus olim coronis in sacris certaminibus ornabantur, *l. 1. C. de Athlet. lib. 10.* vt vacationem mererētur, ita & tres gradus Doctorem habere decet, nimirum primum quem à bacca laurea, qua solebant coronari, *Baccalaureum* dicunt, qui conferebatur illi qui quadriennium studijs iuris operam dedisset, quem *lytani* vocabant, alterum qui *Licentiatorum* quos Iustinianus *Prolytas* appellat, illi enim propter eminentiam doctrinæ, licentiam Doctoralia insignia suscipiendi, vnde & *Licentiati* dicuntur solo insignium honore à Magistris seu Doctoribus differentes, qui à Iustiniano si prudentiam profiteantur, *antecessores* indigetantur. Verum hæc Alciati Ætimologia non mihi arridet: magis placet illa quam prodidit Pontanus *Progym. vol. 1. progymnas. 38.* qui *Baccalaurei* vocem à militia deductam credit. Gallorum enim veteri lingua *batallum* prælium, & batalarios tyrones milites, quiq; castra sequi, & militiæ exerceri cœpissent, ac semel manum cum hoste cōseruissent, nominatos. Hinc postea in Academia Parisiensi perantiqua, vbi hæ promotiones vidētur natæ, *Batalarios* appellari solitos, qui in studijs ingenuarum artium, quasi tyrocinium posuissent & publicè disputando specimen eruditionis suæ præbuissent, atque ita tanquam cum hoste iam conflixissent. Quod ergò Alciatus & Mandos. alijq; de bacca & lauro philosophantur, friuolum est, ac nugatorium sensu Pontani, Laurus id est corona, è lauri folijs contexta, debetur Poetis tantum: (de doctis loquor: nam quis ignorat etiam Imperatorum, & militum triumphantium esse lauream?) prætereà nullis, idq; ob certas caussas, quarum hic non est necessaria commemoratio. Cæterùm, consuetudo & ignorantia, vt alias innumeras, sic istam vocem deprauauit, ac pro *Batalarijs*, *Baccalarios*, deinde *Baccalaureos* in sermonem latinū induxit. Atq; hæc etymologia propius videtur abesse à vero quā etiam illa quam tradit Dn̄s D. Argentreus *ad consuet. Britan. art. 88. & tract. de Nobilit. q 14.* qui 57 58

Bacca-

Baccalaureum deducit à voce *Buccellarius*, qui Visigothorum æuo & tempore Gregorij Turonensis Stator aut Satelles regius dicebatur.

Argumenta in Regul. LI. Innocentii VIII.

1. Regula hæc non comprehendit Baccalaureos iuris.
2. Clausula in fine posita, refertur ad omnia contenta in eadem dispositione.
3. Dispensatio ad duo incompatibilia, intelligitur de duobus primis.
4. Hæc regula concernit expeditionem litterarum, ideò non est danda.
5. Hæc regula non est inter regulas Pauli V. & quare.
6. Pontifices interdum dispensant ad plura beneficia, maximè in Germania & Polonia.
7. Dispensatus ad plura beneficia intra certum tempus, quo finito, si non dimittat aliud, primo erit priuatus ipso iure, & si vtrumque retinere contendat, vtroque.
8. Dispensatio non prodest ei cui beneficia canonicè non sunt collata.
9. Execrabilis demum excurrit pœnam execrabilitatis post pacificam secundi possesionem, non sterilem, sed quæ commodo fructuum fruatur.
10. Effectus possessionis consistit in perceptione fructuum.
11. Qui est in mora, vel negligentia quo minus fructus recipiat, censetur pacificè possidere, & incurrit in pœnam execrabilitatis.
12. Episcopus seu Legatus non potest dispensare in duobus residentiam requirentibus.
13. Clausula restrictiua in dispensatione ad duo incompatibilia. & nu. 11.
14. Gradus Baccalaureatus, nō est necessarius ad gradum doctoratus in Italia nec Belgio. Sed aliud in Gallia & Hispania: & vnde deducatur Baccalaureus.
15. Stylus Romanæ Curiæ est, vt dispensatus ad vnum beneficium obtinendū possit in permutatione primū dimittere, & aliud admittere absque noua dispensatione.
16. Dispensatio de obtinendis duobus intelligitur de duobus primis.
17. Dispensatus ad plura beneficia censetur dispensatus à residentia.
18. Cùm conceditur aliquid, omnia censentur concessa, sine quibus concesso vti non possumus.
19. Dispensatus ad duo beneficia sub eodem tecto, poterit illa retinere, etiāsi alteri beneficio sit vnitum aliud in eadem Ecclesia, quāuis hoc in dispensatione non fuerit expressum.

Regula LI. INNOCENTII *VIII.*

DE DISPENSATIONIBVS QVOAD INCOMPATIKISLIA.

ITem voluit, statuit, & ordinauit quod super obtinendis incompatibilibus beneficijs in Theologia Magistris, & in iure Canonico vel Ciuili Doctoribus, & in illis cum rigore examinis, ac eadem Theologia Licentiatis, aut formatis Baccalaureis, ac magnis Nobilibus, per *Fiat quiuquennium*, & addito *vt petitur*, *quod vixerit ad duo incompatisilio*, alijs verò per *Fiat biennium*, & addito *vt petitur*, triennium ad duo, dummodo non sint duæ dignitates maiores post Pontificales, seu principales in Collegiatis Ecclesijs, aut duæ Parochiales Ecclesiæ, aut tales mixtim, cum potestate permutandi, si petatur.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *ISta Regula dicit quod quando petitur dispensatio quoad duo incompatibilia, & Papa dicit simpliciter Fiat, tunc graduatis hic expressis, vel magnis nobilibus datur quinquennium in Cancellaria & si non sint graduati, tunc datur biennium: sed si signatura dicat fiat vt petitur, graduatis, & nobilibus, datur quoad vixerint; alijs verò ad triennium: & hoc intelligitur, dummodo non sint dua dignitates post Pontificalem aut principales in collegiatis, vel dua parochiales, aut tales mixtim, id est vna parochialis, & vna dignitas maior post pontificalem &c: & datur cum potestate permutandi si petatur in supplicatione, hoc dicit ista regula: quæ venit ad declarandum notata in c. de multa de praben. ibi* circa sublimes & litteratas personas &c: *& qui sunt isti magni nobiles*
B *dixi supra Regula proxima: & non debemus excedere quoad graduatos terminos hic positos: ideò ista regula non debet extendi ad baccalarios in legibus, vel in iure canonico: quia si Papa voluisset expressisset,* c. ad audientiam de decimi. *sed quando simpliciter dicitur de graduatis, secus esset, vt dicit supra regula proxim. & ista clausula in fine posita ibi* dummodo *&c: debet referri ad omnia præcedentia, tam ad graduatos, & nobi-* 1
C *les, quam ad alios: quia clausula in fine posita refertur ad omnia contenta in eadem dispositione* c. inquisitioni de app. fac. dict. doct. in l. si seruus plurim. §. fin. & in l. 2

talis

talis scriptura & quadſin, littera ibi not. ff. de leg. 1. *ideo per prædictam signaturam non diſpensatur ad duas parochiales, nec ad dignitates post Pontificalem &c. etiam cum magnis nobilibus, aut cum graduatis, per prædicta: & ita seruatur in curia.*

D *Item in quantum hic dicitur quod detur potestas permutandi si petatur in supplicatione, & non si petatur in* Cancel. *& ponitur iſta clauſula propter cap. non poteſt. §. 1.*
E *de prab. lib. vi. quia diſpenſatio ad duo incompatibilia intelligitur de primis duobus &c:* 3
ſufficiat l. bones §. hoc ſermone ff. de verb. ſig. *credo tamen quod cum tali signatura Camera tranſiſſet tempore Sixti bullas ad vitam in vtriſq; hic expreſsis. & ratio eſt quia de facili diſpenſabatur ad tria incompatibilia, ergò &c:* arg. c. quoad tranſlationem de off. lex. *& circa hoc nobiles, & graduati habebant prærogatiuam verbotenus, & non cum effectu reſpectu aliorum, tempore tamen Domini noſtri Innoc. non de facili diſpenſatur, etiam cum nobili, & graduato & circa incompatibilia, & arbitror quod dubitabit hoc cancel. tamen ſeruat hanc regulam. & credo quod non ſit danda, quia* 4
concernit expeditionem bullarum, & tamen habet decretum irritans, & eſt verum.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

I*Sta regula)* Sed nec hanc Regulã ſuis Reg. inſeruerũt poſteriores Põtifices, 5
tum quod pluralitas beneficiorũ canonibus ſit inimica *cap. Sanctorum 70. diſt.* tum quod non ſoleant diſpenſare quoad incompatibilitatem, niſi graui vrgente cauſa, vt nimirum quoad eius fieri poſsit, conforment ſe ſacroſancti Concilij Trident. diſpoſitioni, quæ multifariam damnat pluralitatem beneficiorum,
vt conſtat ex cap. 4. Seſſ. 7. & cap. 17. Seſſ. 24. Et licet interdum diſpenſent, 6
hoc ſit ex graui aliqua cauſa, vt in Germania & Polonia propter hæreſes, aut nobilitatem, per quam teſte Staphileo *de litt. grat. tit. de Prærog. expectantium nu. 3.* ſubleuatur & defenditur Eccleſia, quæ per pauperes deprimitur & expilatur. Nec opus habet Papa derogare expreſsè Concilio Trid. cum in eo fuerit excepta auctoritas S. Sedis, vt fuit reſolutum in vna Bononien Prioratus *9. Iunij 1609. coram R. P. D. Mauzanedo, quæ* Rota *deciſio extat apud Farinacium part. 2. deciſ. 179. nu. 6. in Nouiſsimis.* Verùm, quando Papa diſpenſat, id facit ad tempus, intra
quod niſi diſpenſatus alterum dimittat coram Papa, vel etiam Ordinario, vt 7
vult Rebuff. *in praxi tit. de diſp. ratione ætatis in verbo quoad dixeris nu. 9.* erit primo priuatus ipſo iure, & ſi retinere vtrũq; cõtenderit, priuabitur vtroq; efficieturq; inhabilis ad alia *per extrauag. execrabilis Ioann. 22. de præbend. vt ſupra dixi ad Reg. 1. nu. 25. verſ. octauus eſt caſus, & ad* Reg. viii. *glo.* vii. *nu. 15. in fi.* nec ipſi proderit eiuſmodi diſpenſatio poſtquam non eſt impleta conditio *c. ſuper eo, & c. verum de cond. appo.* Rebuff. *in praxi tit. de diſpenſ. ratione ætat. in glo. verbi quoad*

vixeris: Illud autem est exploratum, quod non proderit eiusmodi dispensatio 8
ad plura ei, cui non canonicè conferuntur, vel cui non sunt canonicè collata, vel ei cui irregularis, vel criminosus est ante rehabilitationem concessam *vt notat Rebuff. in praxi tit. de dispens. ratione ætatis, verbo Si tibi alias nu. 1. & seq. Gemin. in c. Si gratiosè ibi textus nu. 6. Staphil. de Rescript. Apost in forma breuis in pr. nu. 11.*

Quod autem dixi execrabilem seu eum qui duo incompatibilia retinere contendit ijs priuari, efficiq; inhabilem ad alia, iuxta dictam extrauag. execrabilis, intellectum habet post pacificam demum secundi possessionem, *Lessius. de Iust. & iure lib. 2. c. 34. dub. 27. nu. 141. Farinacius decis. 609. in antiq. & decis. 657. par. 2.* 9
in Nouiss. vbi fuit dictum *coram R. P. D. Buratto anno 1615. Martij 13.* beneficium primum non censeri vacare per assecutionem secundi beneficij, nisi dicti secundi beneficij possessio pacificè habita fuerit per duos menses. Et sic nota pacificam possessionem, vt inducatur pœna ista execrabilitatis, considerari non solum de facto, sed etiam de iure, id est non litigiosa, & absq; controuersia iuris, & facti iudiciali, & extraiudiciali, & est communis opinio, *Archid. & Io. And. in c. Commissa de electio. Felij. in c. cum Ioannes nu. 33. de fide instru Cassad. decis. 9. de causs. poss. Sarnen. in Regul. de Triennal. q. 53. Mandos. Reg. 34. q. 26. Hoieda de Incomp. c. 13. nu. 80. Mascard. de probat. conclus. 183. nu. 40. Nauar. consilio 14. de prabend. Ant. Faber lib. 1. definit. Forens. tit. 2. definit. 31.* Imo pacifica possessio secundi intelligenda est non de possessione sterili; sed fructuum, vel maioris partis eorundem *vt tradunt DD. & text. in cap. si tibi concesso de prabend. in 6. Lessius d. nu. 141. Nicol. Garcia tract. de ben. par. 11. c. 5. §. 1. nu. 123.* cum omnis possessionis effectus consistat in perceptione fructuum *l. bona fidei 48. de acq. poss.* 10
Rota decis. 1. nu. 1. de restit. spol. nisi tamen per ipsum stet quo minus recipiat *Bart.* 11
in l. qui vniuersas §. quod per Colonum & in l. quamuis §. si conductus nu. 2. ff. de acq. poss. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. glo. 35. nu. 112. & 121. Caueat ergò dispensatus, ne lapso dispensationis tempore possideat secundum: quia dispensatio ei non proderit postquam non est impleta conditio, vt prædixi. Solet autem de stylo Curiæ in dispensatione ad duo incompatibilia dari hæc restrictiua: Et cum decreto quod Orator habita primodictorum Canonicatus & præbendæ possessione, seu si per eum steterit quo minus illam assequatur, iuri sibi in vltimodictis Canonicatu & præbenda vel ad illos quomodolibet competenti cedere, necnon dictis duobus annis elapsis infra mensem immediatè sequentem, obtentos Canonicatum & præbendam dimittere omninò teneatur in manibus Romani Pontificis & non alias: alioqui singuli Canonicatus, & singulæ præbendæ huiusmodi vacent eo ipso, ita vt de illis per Sedem Apostolicam dumtaxat disponi possit, Irritumque &c: Et in hoc euentu, non requiritur quod vtriusq; habeatur pacifica possessio, vt perperam dicunt Staphil. *tit. de Qua. itate & statu benef. §. huiusmodi nu. 12.* Hoieda *d. c. 13. nu. 79.* Nam quauis primum

sit litigiosum, multò magis vacabit per assecutionem secundi incompatibilis pacificè possessi, vt probat Nicol. Garcia *de ben p. 11. c. 5. nu. 107. per no. Innoc. inc. In. nostra de rescript. Nauar. cons. 14. nu. 1. de praebend. Rebuff. in praxi tit. de tacita renunciat. vers. Tertio qui litigat Lessius de Iust. & iure lib. 2. c. 34. nu. 141.* Sic non excusat vacationem primi, ex eo quod non expedierit bullas, sine quibus non potest capere possessionem, si per eum stat, *Idem Garcia c. 5. §. 1. nu. 140.* vbi quoq; *in §. 3. nu. 171.* scribit hodie esse indubitatū ex Concilio Trid. *sess. 24. c. 17. de Reformat. ibi: Dummodo vtrumq; personalem residentiam non requirat*, Episcopum seu Legatum non posse dispensare super pluralitate beneficiorum residentiam requirentium, quem vide, vt & Ioannem Randeum *tract de dispensatio per Episcopos* vbi enumerat 157. casus, in quibus Episcopus dispensat. is extat in XIIII. vol. Oceani iuris; vide etiam Staphileum *de litt. grat. tit. de Secunda forma Expectat. num. 4. & 5.* vbi scribit nullum præter Papam posse dispensare, vt 12
vnus possit obtinere duos, vel plures Canonicatus in eadem vel alijs Ecclesijs: quod verum est, inquit, si requirant residentiam, vel nisi sint tenues, & minus sufficientes ad vitæ sustentationem *Io. Anan. in c. litteras de concess. preb.* & idem 13
dicendum de Canonicatu, & Parochiali, quia Papa dumtaxat solet dispensare, non autem eo inferior, *vt dicam Reg. proxima*, cum autem Papa dispensat, solet dare restrictiuam hanc: Volumus autem quod Canonicatus & præbenda, " ac Parochialis Ecclesia eiusmodi debitis non fraudetur obsequijs, & animarum " cura in dicta parochiali nullatenus negligatur, sed eorum cōgruè supportentur " onera consueta, quodq; dictus N. eidem Parochiali deseruire, & apud illam per- " sonaliter residere, nec quicquam ex ipsius seruitio debito prætermittere de- " beat, ac pro illis diebus, & horis, quibus dictæ Ecclesiæ Sancti N. ratione Ca- " nonicatus & præbendæ prætactorum non inseruierit, distributiones prætactas non lucretur. Et eiusmodi clausulam habuit nuper in sua dispensatione Dñs Hermannus Kinkius Rector Ecclesiæ Parochialis Sancti Petri oppidi Aquen. ob assecutionem Canonicatus, & præbendæ S. Adalberti eiusdem Oppidi vigore Precum Imperialium. Alias porrò similes restrictiuas clausulas vide supra *ad Reg. VIII. Cancell. glo. 7. nu. 16.*

B *Non debet extendi ad Baccalaureos*) Gradus enim Baccalaureatus non est necessarius ad gradum Doctoratus saltem in Italia, sed benè in Francia iuxta Concordata, in quibus insuper præstituitur tempus studij, videlicet Baccalaureatus in iure quinquennij. Vnde autem *Baccalaureus* deriuetur supra scripsi ad Reg. proximam in verbo Baccalaureis, quę hic non repeto. in Theologia per sex saltem annos, & in artibus per triennium *§. praeterea de collat. in Concord.* alias in Francia non potest suo iuuari gradu quia promoti cēsentur per saltum, quibus non prodest gradus *§. monemus de collat. in Concord. Rebuff. in praxi tit. de dispens. ad plura ben. nu. 44.* 14

C *Ad omnia contenta*) Adde Rebuff. *in Repet. l. Vnica C. de de sent. qua pro eo quod interest profero in glo. verbi & non ex quibusdam.* Farinacium *decis. 73. in Nouiss.* Gabrielium *tract. commu. conclus. lib. 9. conclus. 1.*

D *Detur potestas permutandi*) Quo casu etiam poterit fieri coram Ordinario *Rebuff. d. titulo verbo vel ex caussa perm.*

E *Intelligitur de primis duobus*) Hinc fit vt dispensatio de obtinendis duobus incompatibilibus, consumetur in duobus prioribus incompatibilibus; *Mand ad Reg.* VIII. *Cancell. q. 7. nu. 4.* nisi hoc quoq; in dispensatione expressum sit, vt dispensatus vtrumq; vel alterum incompatibilium dimittere, & in locum dimissi vel dimissorum aliud recipere possit, atque ita respondit eruditiss. ille VVames. Antecessor iuris in Academia Louaniensi, magnum nostri Belgij decus & ornamentum, *in cons. 16. nu. 36. de Electio. volum. 1.* Quinimò, dispensatio obtinendi vnum beneficium, restringitur ad primum & vnicum, adeò vt illud ex caussa permutationis non possit dimittere, & aliud accipere ex sententia Rotæ *decis. 339. de filijs Presbyter. in No.* verbi gratia, si Papa dispensat cum illegitimo super beneficio obtinendo, qui postea obtinet beneficium, quo obtento dimittit vel permutat & obtinet secundum, an possit illud retinere? Rota *d. decis.* resoluit pro negatiua, ex quo dispensatio sit sortita suum effectum: licet dicat contrariam sententiam esse æquiorem & benigniorem, quam etiam pluribus argumentis defendit Geminia. *in c. Non potest §. illud autem num. 9. de Prabend. in 6. adde Crescentium decis. 1. da Reb. Eccles. non alien.* & Io. And. *in c. 1. de filijs Presbyt.* Sed de Io And. non est mirandum, quia cum fuerit illegitimus plus æquo fauit illegitimis, vt not. D. VVames. *cons. 33. nu. 3. vol. 1.* Itaq; verior est dicta Geminiani & aliorum opinio, quam quoque probat & sequitur Felij. *in c. fi. de Treug. & pace nu. 4.* Tiraquel. *in l. bones §. hoc sermone num. 29.* Achilles de Graff. *decis. 285. alias 1. de Concess. prab.* Nauar. *cons. 9. de Prab.* VVames. *d. cons. 33.* Quæ adeò vsq; procedit, vt dispensatus ad beneficium, si illud consequatur, non possit illud resignare reseruata pensione, vt contra Gigantem *de Pensio. q. 18.* & Rebuff. *tit. de Dispensat. ad plura num. 65.* probat Garcia *tract de ben p. 1. c. 5. nu. 156.* licet secus videatur, inquit, in dispensato ad beneficia in plurali, quia effectus illius dispensationis non extinguitur per adeptionem primi, *Nauar. cons. 26. de prab. Oldrad. cons. 215.* Sed in obtinente dispensationem ad plura beneficia recipienda, aduerte quod dispensatio dicetur subreptitia, si in ea non sit expressum quod petens dispensationem alia beneficia obtinebat, etiamsi nulliter obtinuisset *c. non potest ibi glo. verbo modicum & Anchor. de praben. in 6. Gambar. de Potestate leg. lib. 10. num. 287. atq; ita decidit Rota coram R. P. D. Pamph. in vna Pacen. Parochial. 20. Nouemb. 1613. qua extat apud Farin. p. 1. decis. 528. nu. 4. in Nouiss.*

Aduerte

Aduerte interim quod dispēsatus ad plura incōpatibilia, cēsetur dispēsatus etiā 16
quoad residentiam, adeò quod sufficit dispensatum residere in altero: Cum 17
enim aliquid conceditur, censentur omnia collata sine quibus concesso vti non possumus, *l. 2. ff. de Iurisd. om. Iud. per. Gregorij de benef. c. 7. nu. 8.* Postremò
nota quod dispensatus ad duo sub eodem tecto poterit illa retinere, etiamsi al- 18
teri beneficio sit vnitum aliud in eadem Ecclesia, quamuis hoc in dispensatione non fuerit expressum: Nam beneficium vnitum non habetur in consideratione, cum sit extinctum, ita contra Rebuffum in praxi *tit. de Dispensat. rat. ętatis, verbo etiamsi sub eodem tecto*, tenet Garcia *de benef. p. 11. c. 5. nu. 216.*

Argumenta in Regul. LII. Innocentij VIII.

1. PApa reseruat sibi semper plenitudinem potestatis.
2. Ista Regula est danda licet concernat expeditionem litterarum.
3. Episcopus an possit dispensare quoad incompatibilia sibi inuicem cōtigua & tenuia, & nu. 5.
4. Cur Regula hæc Reg. nouissimorum Pontificum non sit inserta.
5. Vicinitas Ecclesiarum non excusat ab incompatibilitate.
6. Possessor pacificus incompatibilium ipso iure priuatur beneficijs, etiam sine alia monitione.
7. Decretum Concilij Trid. sess. 7. c. 4. importat canonem latæ sententiæ.
8. Num hodierno iure Episcopus dispēset quoad incompatibilia vicina.
9. Error iuris valde dubij caussatus à varietate opinionum est excusabilis, & errori facto æquiparatur.
10. Tenuitas fructuum an excuset ab incompatibilitate.
11. An expressio obtentorum beneficiorum inducat tacitè dispensationem.
12. Episcopus non dispēsat super incompatibilitate.
13. Vt nec Legatus de latere.
14. Clausulæ dispensationis Papalis.
15. Constitutio Pij V. dę retentione Canonicatus cum Parochiali, vt intelligenda.

Regula LII. Innocentij VIII. & Pauli V.

DE DISPENSAT. AD DVAS PAROCHIALES, VEL DIGNITATES.

ITem voluit & ordinauit quod per quamcumque signaturam deinceps faciendam, nulli cuiusuis dignitatis, status, gradus, vel conditionis fuerit, detur dispensatio quoad duas Parochiales Ecde-

clesias vel dignitates maiores, post Pontificales in Cathedralibus, seu principales in Collegiatis Ecclesijs, vel vnam cum reliqua ipsarum insimul retinere valeat, nisi Ecclesiæ Parochiales adeò contiguæ & inuicem propinquæ sint, quod ipsis per vnum commodè deseruiri possit, illarumque fructus &c. insimul vltra XXIIII. florenos auri de Cam. secundùm com. æstim. non valeant annuatim. & de hoc in litteris dispensationum huiusmodi expressa mẽtio fiat, vel nisi super obtinendis duobus ex huiusmodi dignitatibus, seu Parochialibus Ecclesijs, insimul pro magnis Nobilibus, Magistris, vel Baccalaureis formatis in Theologia, aut Doctoribus, siue Licẽtiatis in altero Iurium per verba dispensamus, de Speciali sufficiẽs signatura habeatur, & super ipsis Parochialibus Ecclesijs in huiusmodi signatura de Parochialibus mentio fiat.

GLOSSEMA ALPHONSI.

ISta Regula quando dicit quod per quamcumq; signaturam amplius faciendam nulli cuiusuis dignitatis, status, ordinis, vel conditionis existat: detur dispensatio ad duas parochiales vel duas dignitates maiores post Pontificalem, vel principalem in collegiatis, vel mixtim: nisi Ecclesia parochiales adeò continua & exigua sint, quibus posset vnus commodè deseruire, & illarum fructus XXIIII. *lib. &c: & quod hoc exprimatur in litteris, nisi dispensatio fiat pro graduatis hi. expressu & nobilibus, per verba* dispensamus de speciali, *& de parochialibus fiat mentio: aliter si alia littera reperiantur, non valeant, & idem vult seruari in prærogationibus dispensationum, hoc dicit.*

Et ista Regula venit ad declarationem præcedentis, & ipsa se interrogat: nam à principio dicit de quacumq; signatura, & etiam cuiuscumq; dignitatis &c: postea dicit nisi pro graduatis hic expressu dicatur, dispensamus de speciali & competens signatura &c: & in hoc non oportet altercari, quia iudicio meo credo quod iudicabitur malè ordinata.

Et in quantum hic dicitur cuiuscumq; dignitatis *&c: expono ista verba secundum quod exponit Bar.* in extrauag. ad reprimendum §. ad hoc. de quibus dixi in tractatu Cardin. in XVII. q. & in tract. domini nostri quem ipsi direxi supra extrauag. pœnitentiam de futuro concilio. *& credo quod hanc regulam non debeant transgredi etiam domini Secretarij de Camera: quia si facerent contrarium, & supplicatio esset contraria, tunc annullarentur bulla in Rota per hanc regulam, & esset sibi verecundia: tamen si Papa vult facere contrarium, potest de plenitudine potestatis quam seu per videtur sibi reseruare* cle. I. in fi. vt lite penden. *ideò esset cautela si Papa vult facere*

facere quod aut signetur ad longum, prout dicitur hic: aut faciat expediri bullas sine supplicatione, & tunc non habebit locum ista regula: quia non reperio ius dicens quod ad expeditionem bullarum requiratur supplicatio, facit cle.dudũ §.nos enim de sepul. cum glo. ibi faciat ad hoc quod dixi supra.

Item qui sint isti nobiles dixi superius in regula L. & etiam de graduatis hic non debemus extendere ad alios graduatos, per ea quæ dixi supra regula proxima, & ista regula est danda, licet concernat expeditionem litterarum, quia annullat: ergo ad commodum partis potest annullari bulla: ideò est danda. 2

Et in quantum hic dicitur si sint adeò contiguæ parochiales & in hoc credo quod Episcopus potest dispensare sine Papa, sufficiat glo. XXI. q. I. in summa & per aliquos Doct. in c. de multa de præb. & faciat c. sanctorum LXX. dist. & gl. in verb. à sede in c. II. de fi. præf. lib. VI. *nam licet dispensatio contra c. de multa, non potest fieri per alium quam per Romanum Pontificem vt dicit glos.* ibi & in c. II. de elect. *tamen in hoc casu credo quod Episcopus ob vtilitatem Ecclesiæ posset hoc facere*, argu. iurium supradictorum quicquid in fi. sentiat glo. in d. c. II.

COMMENTARIA. IO. A CHOKIER.

A ISTA Regula) A caussa in superiori regula prædicta ni fallor, & hæc Innocentij regula per alios exinde Pontifices, illorum regulis inserta non est: ideòq; 4 in istis stylum non figam, tantum hic dicam quod Noster sub finem sui glossematis inquit, Episcopum dispensare posse aliquem ad duo incõpatibilia, quando ita sunt sibi vicina, vt commodè ijs deseruiri possit, iam aliud in curia practicari, quod quidem vidi in vna Viseten. Canonicatus Leodien. Diœces. *de anno 1510. Iulij 5.* coram R. P. D. Coccino quæ licet spatio vnius quadrantis 5 horæ tantum distaret à parochiali Ecclesia quam ea de caussa Dominus Arnoldus Canonicus Viseten. possidebat ex dispensatione Episcopi Leodien. nihilominus S. Congregatio Ill. Cardinalium interpret. Concilij Trid. *in c. 4, sess. 7. de Refor.* (quia nimirum Episcopus non potuit dispensare) *Zerola in praxi Epis. copali verb. ben. § 8. conclus. 7. & 8. principali ad finem Nicol Garcia de bee. p. 11. c. 5. numer. 370.* declarauit solemni decreto non obstante dicta dispensatione cadere Incompatibilitatem, & si vtrumq; retinere pergeret, esset vtroq; ipso iu- 6 re priuatus absq; alia monitione: nam Concilium statuit, vt ipso iure & præsentis canonis vigore priuatus existat; quæ verba important canonem latę sententiæ *Bald. in l. Iulianus 2. § sanè circa med. C. de sacros. Eccles.* & pluries quoq; ita 7 fuit decisum in Rota *vt in Palamen dimidia portionis 11. Decembris 1586. & in Spoletana Capellania 15. Decembris 1591.*

Sacrę autem Congregationis resolutionem, quod frequens illius vsus interuenire posit hic inserendam duximus:

" Illustriss. & Reuerendiss. Domini; Cum D. Arnoldus Pellenrock obtineret " Ecclesiam de Richel Leodien. Diœcesis, quæ duorum dumtaxat habet admini- " strationem Sacramentorum, primi videlicet & vltimi idq; ex concessione Ec- " clesiæ Matricis, postea obtinuit ab Ordinario Canonicatum & præbendam in " Collegiata Ecclesia Visseten. quæ distat à prætacta Ecclesia de Richel quadrantis " horæ spatio, & cum per aliquot annos vtrumq; beneficium pacificè possedisset " Vicarius seu Episcopus Leodien. dictum Arnoldum dispensauit super retentio- " ne vtriusq;, attenta prætacta exigua distantia, & exiguitate fructuum. Modo " idem Arnoldus recurrit ad hanc S. Congregationem, & quærit 1. præsupposita " exiguitate distantiæ & tenuitate fructuum dictorum beneficiorum, an illi ob- " stet dispositio Concilij Trid. *in c. 4. Seß. 7. de Reform. & cap. 17. Seß. 24.* ita vt " deinceps illa retinere non posit? 2. præsupposito obstare quoad Incompatibi- " litatem, an sit ipso iure priuatus sine vlla monitione? an verò primo tantum " priuandus veniat?

" Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Trid. interpretum ad primum res- " pondit, huic Præsbytero Canonicatũ & Parochialem assecuto, obstare Decreta " ipsius Concilij, & propterea vtrumq; retinere non posse, Episcopiq; dispensa- " tionem ad id ei non suffragari. Ad secundum, si vtrumq; retinere porrexerit, esse vtroq; iure priuatum absq; alia monitione.

8 Nihilominus tamen Arnoldus fuit excusatus: nam licet sit vera conclusio formata per S. Congregationem, & per Rotam quod Episcopus non poterat dispensare, nec erat necessaria alia monitio, tamen cum multi teneant Episcopum ex caussa vtilitatis, vel necessitatis Ecclesiæ posse dispensare, *Alphon. Oyeda de incomp. ben. p. c. 12. nu. 16. Rebuff. in praxi tit. de dispens. ad plura ben. num. 30. per not. Archid. in c. licet canon. col. 3. de elect. in 6.* prout de facto in casu isto dispensauerat, & alias Rota censuerit requiri monitionem in caussa Marceranen. beneficij, licet contrarium sit verum, & probatum ex sententia Ill. Card. Interpretum dictæ S. Gongregationis, Ideò Rota tum censuit coram R. P. D. Coccino Arnoldum esse excusandum, tum quia pendente iudicio d. Ecclesiam parochialem reposuerat ad manus S. D. N. tum etiam quia stante diuersitate opinionum, iste 9 fuit error iuris valdè dubij, qui æquiparatur errori facti, qui excusat *Fely in c. de quarta de præscript. nu. 27. Capyc. decis. 10. nu. 20. Couar. in c. possessor. c. 2. §. 7. nu. 9. vers. Tertia conclusio de Reg. iur. in 6. Put. decis 116. num. 29. lib. 2.* Faciebat quoq; pro Arnoldo quod fructus dictarum Ecclesiarum ita tenues erant vt ad 10 congruã vitę sustẽtationem possessoris non sufficerẽt, quo casu non induci incõpatibilitatẽ cẽsuit *Io. de Lignano tract. de plur. ben. in pr. & Rota dec. 484. p. 1. diuers.* Verum, ab illa opinione recessum est, nec etiam illam attenderunt Domini in casu præmisso.

Huc etiam facit similis resolutio Ill. Cardin. interp. Concilij Triden. qua censuit Episcopum Regien. non potuisse dispensare Ludouicum Ferrarium, vt cum Parochiali obtineret Canonicatum & Præbendam, adeoque ipsum ex quo diu vtrumque retinuerat esse priuatum vtroque: tamen quia dictus Ludouicus Orator erat Sacerdos, loca erant propinqua, & tenues erant vtriusque reditus, posse agi cum Serenifs. an velit dispēsare & confirmare. Vnde Sanct. sua audita sententia Congregationis, damnauit factum Episcopi, nec voluit dare retentionem vtriusque, fructus tamen perceptos, quos suos non fecerat, illi condonauit: & licet vtroque esset ipso iure priuatus, tamen Papa ex sua benignitate cōcessit retentionem alterius vt maluerit. Et quemadmodum Episcopus non dispenpēsat, ita nec Legatus de latere, dico super pluralitate beneficiorum incompatibilium *Marc. de Mantua singul. 166. Rota decis. 286. Legatus de latere in No.* Quando autem Papa dispensat, solet dare clausulas restrictiuas, quas habes supra in reg. VIII. glo. 7. nu. 17

Cæterum aduerte possessorem Parochialis & Canonicatus non excusare à dispensatione Constitutionem Pij V. de data anni 1568. 8 Idus Iulij, quæ incipit Cupientes: per quam residentibus in parochiali permittitur retentio non tantum simplicis Canonicatus, sed etiam dignitatis ac alterius cuiuscumq; beneficij cum perceptione omnium singulorum fructuum, redituum, & prouentuum eiusdem, exceptis distributionibus quotidianis & alijs quæ ex iusta caussa absentes percipere solent: propterea quod, vt rectè animaduertit D. Vvames. *consil. 233. nu. 3. de prabend. vol. 1.* dicta Constitutio temporalis tantum est de illis, qui tempore promulgationis illius, ex dispensatione Apostolica antecedente, huiusmodi incompatibilia obtinebant; non etiam de illis, qui post datam dictæ Constitutionis obtenturi essent; in quibus dubium non est incompatibilitatis effectum ex veteribus Canonibus *c de multa de prabend* atq; etiam ex Constitutione Ioannis XXII. *c. quia nonnulli de Cler. non resid. m.* adhuc perdurare: vt simplicis quidem beneficij adeptio & retentio parochialem habenti, non etiam alterius similis vel dissimilis curati aut dignitatis, ex cuius accessione parochialis prius obtenta ipso iure omnino vacat.

Ita Pij V. Constitutionem interpretatur D. VVamesius, *d. consil. 233. quem etiam vide consi. 27. tom. 1. de Translatione Episcopi.*

An autem expressio obtentorum beneficiorum inducat tacitè dispensationem ad plura incompatibilia vide Gonzalem *ad Reg. 8. glo. 13. nu. 27.* vbi probat negatiuam *per cap. non potest 21. §. fin. de prabend. in 6.* Nauar. *de oratione cap. 22. Miscellaneo 16. nu. 64.*

Argumenta in Reg. LIII. Innocentii VIII.

1. HAEc Regula quando non obstet.
2. Sumptum bullę non continet tẽpus expeditionis ipsius bullæ.
3. Hæc Regula est de dandis quia habet decretum irritans.
4. Ex proœmio oritur ratio dispositionis.
5. Hæc Regula habet locũ in his dispensationibus, quæ restringuntur per regulas Cãcellariæ tantum, non de alijs quæ de iure communi restringuntur.
6. Hæc Regula in quo aucta sit per nouissimos Pontifices.
7. An satis sit ad effectum huius Regulæ, si quocumque tempore litteræ expediantur.
8. Dispensatus ad tria incompatibilia, licet retineat illa bullis dispensationis non expeditis, non incidit in pœnam extrauagantis execrabilis.
9. Gratia licet dicatur facta sine expeditione litterarum, non tamen sine litteris potest in exercitium deduci.
10. An in foro conscientiæ gratia dispensationis sufficiat litteris non expeditis.
11. Cautela vt sola signatura sufficiat.
12. Supplicatio sola nullius est effectus extra Curiam, nisi addatur clausula quod supplicatio sola sufficiat. Et quid in foro conscientiæ hodierno die?
13. Absolutio à censuris sufficit in foro conscientiæ, etiam litteris non expeditis.
14. Hæc Regula non procedit in dispensatione concessa accessoriè simul cum prouisione, seu alia conclusione sup quibus erant expeditę litteræ.

Regula LIII. Innocentij VIII.

NVLLI SVFFRAGETVR DISPENSATIO NISI LITTERIS CONFECTIS.

ITem cùm concessiones super gratijs dispensationum quarumcumque quibusuis per ipsum D. N. concessarum, vel concedendarum, per Regulas Cancellariæ Apostolicæ sint prouidè limitatæ, licet aliquando in petitionibus super huiusmodi concessionibus oblatis multa sint petita, ne quis prætextu talium concessionum id dispensatiuè tenere, aut facere præsumat, ad quod concessiones huiusmodi se non extendunt, voluit idem D. N. quod nulla talis dispen-

dispensatio cuiquam suffragetur, antequam super ea litteræ Apostolicæ sint confectæ.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *Ista regula dicit in effectu quod nulla dispensatio debet alicui suffragari, nisi littera desuper sint confecta, hoc dicit, & ponit magnum proemium: & credo quod sit facta in vtilitatem, tam pro Officialibus quam etiam pro alijs, & hodie fit in Curia quod qui vult gaudere dispensatione, soluit duas taxas, & ponit bullam in plumbo, & quia ibi dicunt expedita satis est sibi, vt dixi superius sapenumero, quia cum plumbo dicitur bullata bulla & expedita,* c. licet de crimin falsi. *sed alia est cautela in curia, si vis quod ista* 1
Regula non obstet tibi, suadeo quod facias expediri quomodocumque volueris, & producas
B *eius sumptum in iudicio, & non originalem, vbi retro est quando fuit expedita, sed in sumpto non ponitur. Item quod expedias per Cameram si vis soluere vnam taxam vltra, vbi non ponitur quando fuit expedita. Miror tamen quomodo non inueniant modum ad tollendum has fraudes, scilicet quod etiam illud quod est retro bullam, scilicet quando fuit expedita facerent etiam registrari. Hoc tamen cum isto officio sollicitatorum siue geniceterum bene constat quando fuit expedita per librum eorum.*

Item etiam alias vidi constare per Rescribendarium & per alios computatores &c:

Et hac Regula est danda, quia habet decretum irritans, & vidi etiam dari. Sed ponderanda sunt verba proemij hic, ex quibus colligitur ratio totius dispositionis l. si ff. de hæred. insti. & Bal. dicit in proemio C. §. quibus facit c. æ. xcix. dist *per qua verba* 3 4
apparet istam Regulam habere locum in his dispensationib. qua restringuntur per regulas Cancellaria tantum: secus de alijs qua restringuntur tantum de iure communi per verba Proemij huius: tamen cogitandum est. Vnum tamen succinctè dicam, quod dispensatus ad plura incompatibilia, si illa detineat etiam bullis non expeditis, quod non incidat 5
C *in pœnam extrauagantis Execrabilis per verba ibi posita: & sic intellexi alias sententiatum in Rota, & quia caussa pendet taceo iura.*

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *Ista Regula*) Conuenit hæc Innocentij Regula cum alijs quas posteriores Pontifices ediderunt, saluo quod in fine post vocem *cuiquam* Pius V. & alij exindè addiderunt *in iudicio & extra*, vt tollatur omnis dubitatio quæ orta erat ex sola signatura dispensationis, an quis tutus esset in foro conscientiæ. itaque 6

 deciditur

deciditur hic, neq; in iudicio, neq; extra, id est in foro interiori eiusmodi dispensationem suffragari.

B *Producens sumptum*) Sumptum enim bullę non continet tempus expeditionis ipsius bullæ. Satis est autẽ ad effectum huius Reg. si quandocũq; & quocumq; tempore expediantur bullæ; Vnde si ante finitum iudicium quocumq; tempore litteræ expediantur, gratia atq; suspensatio suffragabitur, quamuis in principio iudicij solo verbo concessa inueniatur. Ita post soc. *cons. 41. nu. 3. & lib. 3.* Gomes. *in reg. de non iudic. iux. form. supplic. quæst. 6.* Dñs Ioannes Guitierrez *lib. 4. pract. quæst. super 2. part. Noua Collect. q. 9. nu. 4.* 7

C *Non incidit in pœnam*) Ratio est quod licet litteræ ante expeditionem non suffragentur, tamen re ipsa ipsi dicuntur dispensati, licet eis vti non possint, & sic non impeditur substantia dispensationis, sed exercitium, *Mandos. ad Reg. quod commiß. causs. &c. quest. 9. Guitierrez d. loco nu. 5. Mohedan decis. 3. de rescript.* vbi scribit, quod licet gratia respectu gratiæ seu priuilegij dicatur facta sine expeditione litterarum, non tamen potest sine litteris in exercitium deduci. Vnde in casu d. decisionis Mohed. 3. fuit per Rotam resolutum Episcopum non potuisse vigore alternatiuæ de beneficio prouidere litteris non expeditis. Sed an in foro conscientiæ gratia dispensationis subsistat litteris non confectis? D. Guitierrez *lib. 4. q. super 2. p. No. Collect. q. 10.* scribit Hieronij. Paulum in praxi Cancell. vers. Et faciunt hæc ad quęstionẽ, partem negatiuam tenere, hac præsertim motus ratione, quod quando Papa concedit illã gratiam videtur concedere sub tacita conditione, quatenus litteræ inde expediantur, & mens sua atq; intentio talis præsumitur ne gratia suffragetur, nisi fuerit expedita: idq; constare ex hac Reg. 53. & stylo Rom. Curiæ, qui stylus habet gratiam Papæ esse informem & non claram, nisi litteræ expediantur, quia alias gratia suum esse non habet: idemq; esse aut in omni casu, in quo esset de voluntate Papæ tacita, vel expressa, quod litteræ expediantur: quia ante expeditionem gratia sine peccato vti non posset, vt est in omnibus Commissionibus gratiosis habentibus clausulam, *Vocatis &c.* vel requirentibus informationem, aut cognitionem, vt in dispensationibus super irregularitate & alijs similibus, in quibus vtentes similibus gratijs litteris non expeditis, non sunt tuti in conscientia & ad fructuum restitutionem Cameræ tenentur. Secus autem in dispensationibus ad duo, & super defectu natalium & similibus, in quibus non videtur esse de mẽte Papæ expressa, vel tacita, quod dictæ litteræ necessariò expediantur ad hoc, vt in foro conscientię releuent dispensatum, sed tantum vt non suffragentur absq; expeditione, vt in hac Reg. habetur: hancq; partem negatiuam tuetur quoq; Gomes. ad Reg. de non iudic. iuxta form. supplicat q. 5. Verùm, prædictis non obstantibus contrariam tuetur sententiam doctißimus Guitierrez *d. q. 10. nu. 4. & seqq.*

(margin numbers: 8, 9, 10)

& seq. varijsq; illam firmat argumentis & auctoritatibus inter quas est Abbatis *in cle Dudum in fi. de sepultu.* quã sequuntur omnes moderni *in Rub. de Const tut.* quibus adde Rebuffum in praxi. *tit. de dispens. ad plura nu. 41. & 42.* qui cautelam pro securitate ponit vt faciat inscribere in signatura, quod litteræ dispensationis valeant, & suffragentur in omnibus & per omnia à data præsentium perinde ac si litteræ sub dicta die expeditæ fuissent Reg. Cancell. non obstan. Sed pragmatici Rom. hoc reijciũt, timẽtes ius bullę, & lucrũ amittere, licet quibusdã cõcedant: fa. not Mohed. *d. dec. 3. nu. 2.* vbi supplicationem solam nullius esse effectus extra Curiam scribit, nisi addatur clausula, *quod suppl. sola suffi. iat.* Sed cũ à tempore Pij V. ind. Reg. ponatur *in iudicio vel extra suffragetur*, videtur non posse procedere quod ex D. Guitierrez diximus habentem solam signaturam tutum esse in foro conscientiæ, *Nicol. Garcia tractat. de benef. parte. 4. cap. 1. numero 13.* absolutio tamen à suspensione seu alia censura obtẽta sine litterarum expeditione valebit in foro conscientiæ, & sic intelligendus Nauar. *sup cons. 29.* Nec obstat hæc Reg. quia loquitur de dispensatione. Denique non procedet Reg in dispensatione concessa accessoriè simul cum prouisione seu alia conclusione super quibus erant expeditæ litteræ: Nam tunc satis est constare de dispensatione per supplicationem *Cassad. dec. 35. sup. Regulis Rota dec. 85. lib. 2. & dec. 214. nu. 3. p. 1. diuers. Garcia d. c. 1. nu. 33.* Alias limitationes quibus sola signatura suffragatur litteris non confectis sumes ex ijs quæ supra scripsi ad Reg. xxv. De non iudicando iuxta form. supplicat. 11

Argumenta in Regul. LIIII. Innocentij VIII.

1. HAEc Regula est partim secundum ius, partim contra ius.
2. Promotio an à tempore dispensationis, an verò à possessionis pacificę sit attendenda.
3. Hæc Regula non est danda.
4. Regula hæc non est inter Regul. Pauli V. nec aliæ duæ sequentes.
5. Qui possidet beneficium cõtra dispositionem cap. licet canon an fructus suos, an interim fructus suos fecerit.

Regula

Regula LIIII. INNOCENTII *VIII.*

DE NON PROMOVENDIS AD S. ORDINES.

ITem voluit, quod petentibus secum dispensari ratione beneficiorum, quod non teneatur se facere promoueri in Ro. Cu. vel in studio per *Fiat septennium*: alias verò detur *quinquennium*, dummodo infra annum à tempore datæ dispensationis huiusmodi ad ad Subdiaconatus ordinem sint promoti.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *ISta Regula dicit quod si petatur dispensari cum aliquo habenti parochialem vt non teneatur in Ro. Cu. vel in studio promoueri, quod si Papa dicit simpliciter Fiat, datur septennium. Sed si aliter sit signata supplicatio, tantum datur quinquennium, dummodo sit promotus infra annum ad subdiaconatus ordinem, hoc dicit. & ista regula in quantum dicit de studio idem dicit ius commune, scilicet quod detur septennium per Episcopum si vult* vt in c. cum ex eo. de elect. lib. vi. *Sed in quantum dicit de Romana curia hoc est contra ius commune, quod dispensetur, tamen Papa ex caussa facit propter prærogatiuas Curialium.* 1

Et in quantum hic dicitur quod detur quinquennium si non sit signata supplicatio per fiat, *debet intelligi quando signatur per* concessum *per illum cui Papa commisit, alias nescio quando posset Papa facere minorem signaturam quam per* fiat. *Item ista* dummodo infra annum promotionis *&c: refertur ad totam dispositionem ex quo ponitur in fine vt dixi supra regula antecedenti per c. inquisitioni de appel.*

B *Et inquantum hic dicitur* à tempore dispensationis *hoc est contra ius commune: quia etsi c. licet canon. de elect. lib. vi. requirit promotionem à tempore habitæ possessionis pacificæ,* & sic vult c. commissa eo. tit. & lib. & d. c. cum ex eo. *sed debet intelligi hoc dummodo infra annum promotionis sit habita ista dispositio, & est gratia. Camera tamen hodie per quamcumq; signaturam etiam per concessum daret ad septennium: quia ista regula non est danda, & non reciperet verecundiam, quia concernit expeditionem & non annullat. Item quia verba dummodo &c: debent poni in bulla: & ita seruatur.* 2

COM-

COMMENTARIA. IO. A CHOKIER.

A ISta Regula) Hanc Regulam vt & duas sequentes Gregorius XIII. expunxit ex suis, vnde ijs cōmentādis aut notis illustrādis non immorabor, præsertim 4
cum eæ expeditionem dumtaxat litterarum concernant. Videant tamen cupidi Lectores super hac dispensatione Rebuff. *in praxi tit. de dispensat. de non promouendo & tit. de non promotis intra annum.*

B *Quia etsi cap. licet canon)* Quid si dispensatus de non promouendo diutius tempore concesso retinuerit beneficium, aut si non dispensatus retinuerit vltra annum contra dispositionem c. licet canon, an interim fructus suos fecerit? vide Paponem *lib. 3. arrest. tit. 13. arresto 2.*

Argumenta in Regul. LV.

1. Beneficiatus agens in studijs gaudere debet fructibus suorum beneficiorum.
2. Longa mora studij præsumitur quis eruditus.
3. Hæc Regul. non est danda quia concernit expeditionem litterarum.
4. Regula ista non habetur inter Reg moderni Pontificis.
5. An Canonicus absens caussa studij lucretur fructus sui Canonicatus, si illi consistant in distributionibus quotidianis.

Regula LV. Innocentij VIII.

DE FRVCTIBVS IN ABSENTIA PERCIPIENDIS.

ITem de fructibus in absentia percipiendis detur in Rom. Curia vel studio residendo per quamcumque signaturam septennium & alibi quinquennium.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *Ista Regula dicit quod per quamcumq; signaturam etiam latam ita*, fiat vt petitur de fructibus percipiendis *debet dari in Romana curia, vel in studio residendo septennium, & alibi quinquenium tantum, hoc dicit: & est ratio huius Regulæ in studio per septennium, quia licet de iure secundum veritatem deberet scholaris habere redditus beneficiorum suorum in studio*, vt not. in c. licet de præb. & in c. c. quibusdam XXVII. 1
B dist. vbi est gl. bona & ibi latissimè Domi. & aliquid in c.II. de priuil. lib. VI. *& idem in Ro. curia, vbi studetur in confirmatione fidei circa constantes, licet videant talia ex quibus deberent eam perdere: tamen quia in studio præsumitur quis doctus si studuerit per septennium, maximè in iure canonico vt dicit gl.* in c. cum ex eo de elect. lib. VI. 2
ideò fuit iustũ quod ne Ecclesia grauaretur seruitio & etiã alij cõbeneficiati quod daretur studio septennium, & in curia quinquennium, in qua posset quis bene instrui breuiori tempore propter practicam: Camera tamen per signaturam fiat vt petitur *daret etiam decennium; sed Cancellaria seruat hanc regulam, & ista regula non est danda, quia concernit expeditionem bullarum, & non annullat.* 3

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *Ista Regula*) Dixi iamante Regulam hanc circumscriptam fuisse per Gregorium XIII. cęterosq; ab inde Pontifices à Regulis suis eliminasse, quare studio & operæ parcam, cõtentus lectorem remisisse ad Rebuffum *in praxi tit. dispens. de non resid.* vbi non pauca quæ ad hanc Reg. pertinere possunt videre licebit; vt & apud Nicol. Garciam *in tract. de Benef. par. 3. c. 2.* 4

B *Reditus Beneficiorum*) Dubium est in Canonicatibus, an si illorum fructus cõsistant in distributionibus quotidianis, vt in Germania & Hispania, Canonicus illos lucretur, si absit caussa studij? Dubitationem mouet, quod distributiones quotidianæ debeantur præsentibus, vt clarum est ex Concilio Trid. Nihilominus verius est deberi absenti caussa studij *per gl. in c. licet de præb. vers. distributiones, ibi, Abbas & DD.* atq; ita resoluit S. Congregatio Concilij Trid. in hunc modum: Illi qui licentiâ legitimè obtentâ studiorum caussa absunt, distributiones omnes quotidianas percipere debent exceptis incertis, & quotidianis prouentibus, qui tantum inter eos diuidi solent qui quotidie sacris intersunt. Quam resolutionem refert Zerola *in praxi par. 1. vers. distributiones §. 3.* & Zechus *de Rep. Eccles. cap. 24. de Canonicis nu. 6. vers. 2.* Quæ interpretatio etiam extendenda est ad priuilegium Martini V. concessum studiosis Academiæ Louaniensis de fructibus beneficiorum in absentia percipiendis; ne alioqui eiusmodi 5

modi priuilegium reddatur elusorium, si distributiones excluderentur, in quibus alioqui omnes fructus, paucis exceptis, consistunt, quod priuilegium similiter extendit Eugenius IV. vt nimirum studiosi Vniuersitatis Louanien. cum ea integritate percipiant, cum qua illos perciperent, si in locis beneficij residerent.

Argumenta in Regul. LVI. INNOCENTII VIII.

1. Beneficium Principis est latissimè interpretandum.
2. Discrimen inter æternum & sempiternum.
3. Hæc Reg. non est danda.
4. Quæstorum abusus sublati per Concilium Triden. & etiam in Diœcesi Leodien. per statuta Synodalia.

Regula LVI. Innocentij VIII.

DE INDVLGENTIIS.

Item voluit quod in litteris indulgentiarum solum dentur festa per Cancellariam dari solita, & quod durent per xx. annos, nisi petatur pro vna die, tunc durent perpetuò.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Regula ista dicit, quod si Papa concedat Indulgentias alicui Ecclesiæ in certis festis tunc debent inseri festa quæ solent dari per Cancellariam, & durabunt per xx. annos, & non plus: tamen si petantur pro vna die tantum in anno, tunc durabunt in perpe-
A *tuum. hoc dicit. Et ratio dubitandi de xx. annis potuit esse, quia beneficium Principis la-* 1
tissimè est interpretandum c. olim de verb. sig. facit c. cum dilectus de donat. & l. fi. ff de constitut. princip. *& sic videbatur quod per signaturam Principis debeat concessio interpretari in perpetuum*, facit cap. decet concessum de regul. iur. lib. VI.
B *Sed in contrarium facit: quia ista Indulgentia sunt odiosa, propter Quæstores qui non quærunt commodum animarum, sed potius pecuniarum*, facit cap. cum ex eo. de pæn. & re clemen. cum abusionibus eo. titul. *sed quando petitur Indulgentia pro vna die tantum in anno, debet durare perpetuo id est in sempiternum:*

 nam

nam hic ponitur perpetuum pro sempiterno, quia perpetuum habet finem, multis modis, vt no. in l. 1. ff. pro socio, *& æternum est quod semper fuit & est & erit, vt Deus, & sempiternum quod habuit principium, sed non desinet, vt Anima, Angelus, seruitus & dicit glos. notabilis* in l. eum debere ff. de serui Vrb. præd *& sic capitur hic perpetuum, pro sempiterno quousq; finiatur mundus. Camera tamen in hoc extenderet vires vltra regulam, iuxta signaturam Papæ. Et ista regula non est danda: quia concernit tantum expeditionem litterarum, & non ponit decretum irritans.* 2 3

COMMENTARIA IO. A CHORIER.

A *Latißimè est interpretandum*) Præsertim si motu proprio sit concessum *Mohedan. decis. 9. de Priuileg.* Multa de Indulgentijs vide apud Rebuff. *in addit. ad Reg. Cancell. ad hanc Regulam*, & Felij *in tract. de Indulg.* & passim Canonistas.

B *Propter quæstores qui*) Horum Quæstorum abusus meritò sustulit S. Concilium Trid. *in Seß. 21. c. 9. & seß. 25. c. 24. & seq.* in quos etiam acriter inuehitur D. Nauar. *tract. de Iubilæo & Indulgen. notabili 31. nu. 46.* & Zerola *in praxi Episcopali verbo quæstores* vbi adducit resolutionem S. Congregationis hanc: *Praui eleemosinarum Quæstores, debent prohiberi non autem illi qui eleemosinas collectas in pios vsus erogant:* & subijcit eandem S. Congregationem resoluisse dari posse licentiam eleemosinas cum nouem circumstantijs, de quibus ibi. Deniq; horum abusus Quæstorum etiam sublati in hac patria Leodiensi per statuta Synodalia Rodolphi Episcopi Leodien. 4

Argumenta in Regul. LVII.

1. Secundum priuilegium non faciens mentionem priorum valet.
2. Indulgẽtia à quolibet nouo Pontifice debet peti renouari.
3. Hæc Regul. non est danda: quia concernit expeditionem litterarum.
4. Per mortem concedentis non cẽsentur reuocatæ indulgentiæ.

Regula LVII. Innocentij VIII. quæ est LII. Pauli V.

DE CLAVSVLIS PONENDIS IN LITTERIS INDVLG.

ITem voluit quod in litteris indulgentiarum ponatur clausula quod si Ecclesiæ seu Capellæ vel alias aliqua indulgentia fuerit per

per ipsum concessa de qua inibi specialis mentio facta non est, huiusmodi litteræ sint nullæ.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista Regula dicit, quod si Papa concedat aliquam indulgentiam alicui Ecclesiæ, vel capell. debet poni in litteris bullarum quod si eisdem Ecclesiæ vel capellæ aliqua alia indulgentia fuerit per ipsum concessa, quod litteræ prædictæ sint nullæ, nisi de ea aliqua specialis mentio facta sit in indulgentia. hoc dicit. Et ratio dubitandi potest esse quia se- 1
cundum priuilegium non faciens mētionem priorum priuilegiorū non valet gl. in c. 1. de restit. & in alijs multis. *Tamen Papa facit hoc propter deceptionem sibi factam: quia si sibi fuisset facta mentio de alia indulgentia, fortè istam non dedisset saltem non ita de facili,* sufficiat c. postulasti de rescript. *& notandum est illud verbum hic positum ibi,* per ipsum concessa &c: *Ex quo sequitur quod si Episcopus* secundum c. cum ex eo de poe. & re. *concessit ibidem indulgentiā, vel alius Pontifex Romanus, & etiamsi ibi non fiat mentio de illa, non valet ista secunda, per verba huius Regulæ, & iurium superius allegatorum. Ideò est cautela quod à quolibet Pontifice nouo petatur noua in-* 2
dulgentia, etiam non facta mentione alterius indulgentiæ, concessæ ab alio Pontifice, vel ab alijs Pontificibus. Et ista non est de dandis: quia concernit expeditionem litterarum 3
nec habet decretum irritans: quia ista clausula debet poni in litteris; tamen si non poneretur, puta in Camera, non propterea esset nulla indulgentia prætextu huius Regulæ.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *Concessæ ab alio Pontifice*) Nam tunc firmæ quoque remanebunt alterius Pontificis indulgentiæ, cum per mortem concedentis non reuocentur, 4
Innoc. in c. quod Translationem de offic. leg. glo. in c. fin. de off. leg. destructo tamen loco cui conceduntur indulgentiæ, censentur reuocatæ, *Palud. in 4. distinct. 20. q. 4. col. 5.* Vide Nicol. Garciam *in suo tract. de ben. part. 5. c. 1. glo. 11. nu. 651.* qui rectè annotat verba nostri Alphonsi supra *Non valet ista secunda,* vitiata esse, cum per errorem irrepserit negatiua *Non*, vt ex serie glossematis constat. Plura de Indulgentijs, vide quæ succinctè & appositè scripsit D. Io. Franciscus Leonis Episcopus Thelesinus *p. 1. Thesauri fori Ecclesiast. c. 8. per tot.*

Argumenta in Regul. LVIII.

1. Licet in vno instrumento fiat mentio alterius instrumenti, vel priuilegij, tamen debet constare de illo.
2. Princeps tamen si alterius instrumẽti vel priuilegij mentionem in vno instrumento faciat, perinde erit ac si totum insereretur.
3. Papa in his quæ facti sunt decipi potest.
4. Ista Reg. non est de dandis.
5. Reuocato priuilegio principali an sit reuocatum ad instar.
6. Signatura habens aliquid pro expresso valet etiamsi non specificetur.

Regula LVIII. Innocentij VIII. *quæ est* LIII. PAVLI V.

DE INDVLGENTIIS CONCESSIS AD INSTAR.

ITem voluit quod litteræ non expediantur super indulgentijs ad instar, nisi specificentur.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *Ista Regula dicit quod litteræ non expediantur ad instar aliarum Indulgentiarum nisi illæ specificẽtur, hoc dicit. Et ratio dubitandi est quia licet in vno instrumẽto vel in aliquo alio documento fiat mentio alterius instrumenti, vel alterius priuilegij, tamen debet constare de illo*, per authen. si quis in aliquo documento cod. de eden. *tamen quando Princeps facit mentionem alterius instrumenti, vel alterius priuilegij, perinde erit ac si totum illud insereretur ibi*, casus est in cap. si Romanorum §. item si ideò & ibi gloss. 19. distinctio. *& sic valet de iure etiamsi fiat mentio in genere de illo, vt ibi. Ideò videbatur quod si Papa dicit: Concedimus tibi priuilegium Indulgentiarum pro tali Ecclesia ad instar alterius Ecclesiæ, tunc satis erat, licet non specificarentur.* B *Tamen quia Papa in his quæ sunt facti quotidie decipi potest* argument. cap. 1. de Constitutio. in 6. *mandat hic quod non debent litteræ expediri nisi specificentur. Cameræ tamen credo quod expediret per prædicta iura, circa quæ facit glos.*

Margin numbers: 1, 2, 3

glos. & quod ibi dicunt DD. circa hoc, scilicet quam idem facit talis littera faciens mentionem alterius priuilegij &c: & an debet ostendi primum priuilegium in dicto cap. contra morem & in cap. vt veterum 9. distinctio. & in cap. Abbate de verb. signif.

Et ista Regula non est danda: quia concernit expeditionem litterarum, & non annullat. Ex ex ista Regula qua loquitur de Indulgentijs, videtur esse contrarium 4 *in alijs priuilegijs à contrario sensu, vt dicunt iura vulgaria. & facit ad hanc Regulam text. cum gloss.* in fine capitu. primi de fide instrument. *& quod dicit Bald.* in capitu. primo de feudo guardiæ in 1. col. coll. 10. qui allegat gloss. in dicto capite de fide instrument. *In prærogatiuis ad instar satis est quod fiat mentio in genere per prædicta, & sic fit hodie: tamen si reuocentur principalia priuilegia, an censeatur reuocatum ad instar, dixi in Reg. x. & dixi quod sic, contra Bald.* 5 in l. Priuilegia C. de Sacros. Eccles.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A. I*sta Regula*) Vide ad hanc Reg. quæ scribit D. Nauar. in tract. de Iubilæo & indulgen. Notab. 16. nu. 4.

B. *Nisi specificentur*) Extra casum huius Regulæ, & Regulæ XLV. & XXXVI. supra, valet semper signatura habens aliquid pro expresso, etiamsi non specificetur, litteræque desuper factæ ad instar valebunt per not. Baldi *in leg. Si priuilegia Codice. de Episcopis. & cleric. citati à Felij in cap. Nonnulli numero 7. de Rescript.* 6

Argumenta in Reg. LIX.
INNOCENTII VIII.

1. Episcopi in dedicatione Ecclesiarũ solent dare 4. dies indulgentiarũ.
2. Indulgentiæ quid operentur, & nu. 4.
3. Hæc Regula non est danda.

Regu-

Regula LIX. Innocentij VIII.

DE TEMPORIBVS INDVLGENTIARVM.

ITem voluit quod per *Fiat*, si Ecclesia Cathedralis vel insignis collegiata aut solenne monasterium fuerit, tres, alioqui duo anni, & totidem quadragenæ: & per *Fiat vt petitur*. Cathedrali, Collegiatæ, vel monasterio quatuor, alijs tres anni dentur: pro singulis verò diebus octauarum 100. dies apponantur ; & pro capella per *Fiat*, vnus ; & per *Fiat vt petitur*, duo anni conceduntur.

GLOSSEMA ALPHONSI.

ISta regula dicit quod si petatur indulgentia à Papa & ipse signet fiat, *quod si sit Ecclesia Cathedralis, vel insignis collegiata, aut solemne monasterium, tunc Cancellaria debet dare tres annos, & totidem quadragenas: sed si non fuerit talis Ecclesia, debet dare duos annos, & totidem quadragenas; si autem signet hoc modo, scilicet* fiat vt petitur *tunc Cathedrali, vel collegiata, aut solemni monasterio, debent dari quatuor anni, alijs verò tres: & pro capella per* fiat *vnus annus & per* fiat vt petitur *duo anni, & pro quolibet die octauarum debent dari centum dies h. d. & clara est regula.*

A *Sed illud quod dicitur hic de quadragenis debet intelligi id est de* xl. *dieb. pro qualibet quadragena, & hoc habuit ortum à c. cum eo. de pœn. & re. vbi conceditur Episcopo quod possit dare quadraginta dies in dedicatione Ecclesiæ, & ideò Papa qui habet plenitudinem potestatis, in hoc concedit annum, vel duos, & totidem quadragenas, vt videatur differre ab Ordinarijs.* 1

Et inquantum iste tex. dicit in secundo responso de monasterio, debet intelligi de solemni, vt superius dicitur; quia omnia reguntur ab illo verbo dentur: *ergò pariformiter debent intelligi iuxta doctrinam Bart.* in l. prætor. ait §. eritq; differentia ff. vi bono. rapt. *& illud quod dicitur de centum diebus, intelligo quoad omnia hic comprehensa, etiam de capellis,* per c. inquisitioni de ap. cum simil.

Et quid operentur istæ indulgentiæ, & quomodo debent concedi, & per quem, & de multiplici materia ipsarum non est meum hic ponere, satis posui in materia Iubilæi quam direxi fœlicis recordationis D. Sixto. Camera tamen credo quod non seruaret hæc, imò daret in duplum, Cancellaria tamen benè seruat. Et non est danda ista regula, quia concernit expeditionem, & non habet decretum irritans. 2 3

COM-

COMMENTARIA. IO. A CHOKIER.

A De quadragenis) Consule Nauarrum tract. de Iubilæo & indulg. fusè hæc & dilucidè tractantem, hæc enim non attinent ad praxim beneficiariam, quò modò collineamus.

Quid operentur Indulgentiæ) Vide Felij in tract. siue sermo. de Indulgentia 4
B plenaria Nauar. Tolet. & nouissimè D. Io. Franciscum Leonis Episcopũ Telesinum in suo tract. fori Ecclesiast. *par. 1. c. 7. per tot.*

Argumenta in Regul. Lx. Innocentii VIII.

1. Qualis fuit petitio talis debet esse responsio.
2. Intellectus clausulæ vltra lx. in portatis.
3. Valor beneficij non computatur in residendo sed in absentia.
4. Hæc Regula non est de dandis.
5. Incongruum esset computare valorem beneficij secundum varietatem regionum & cambiorum.
6. Anniuersaria an compulentur in valore benificij.

Regula lx. Innocentii *VIII.*

DE BENEFICIIS VACANTIBVS ET CERTO MODO VACATVRIS.

Item voluit & ordinauit, quod in gratijs beneficialibus de vacantibus, aut certo modo vacaturis, factis quibuslibet, si plura petentur beneficia, vnum cuiuscumque valoris annui per simplicem signaturam, & addita vt petitur duo aut tria & non vltra, petita beneficia veniant, dummodo illorum fructus &c vltra lx. in portatis, vel etiam librarum Turonen. paruorum communi æstimatione, siue tantundem in illa moneta non valeant annuatim.

GLOSSEMA ALPHONSI.

ISta regula dicit, quod si petantur multa beneficia in supplicatione vacantia, vel certo modo vacatura, scilicet per promotionem alicuius &c: tunc si Papa signat hoc modo, scilicet fiat, *tunc venit vnum beneficium cuiscumq; valoris; sed si signet sic, scilicet* fiat vt petitur, *tunc duo, aut tria beneficia, & non vltra veniunt, dummodo illorum fructus* lx. *flor. in absentia vel centum non valeant secundum cōmunem æstimationem h d. & ratio dubitandi fuit, quia si multa beneficia petuntur in supplicatione, tunc si Papa dicit* fiat, *videtur concedere omnia petita* arg c. inter dilectos. cum gl. de fid. instru. *quia qualis fuit petitio, talis præsumitur responsio* l. 1. §. si quis ita interogetur, de verb. ob 1
lig. *Tamē Papa vult restringere deceptiones curialium & cupiditates, & illud quod dicitur de valore in portatis* lx. vel centū *&c: intelligi potest duobus modis; vno modo referēdo singula singulis, scilicet per* fiat lx. *& per* fiat vt petitur centum, *facit gl. de relatione singulorum ad singula* in c. si quis pecunia lxxix dist. *vel potest intelligi quod ista clau-* 2
sula referatur ad proxima, scilicet quando dantur duo vel tria per fiat vt petitur, *quod patet ibi* illorum &c: *& sic relatio fit in plurali, & non debet intelligi de vno tantum, & hoc patet, quia vnum intelligitur cuiusq; valoris: & tunc debet intelligi de* lx. *in portatis, sed de centum residēdo, sed certè primum posset saluari, quia valor beneficij non computa-*
A *tur in residendo, sed in absentia, vt vult in simili* Old. conf cxviii. quod incip. Ex virtute gratiæ & facit gl. & quod ibi dicunt Doct. in c. 1. de cler. non resid. lib. vi. 3
& dec. Rotæ cxxxiii. quæ incip Item quando impetratur certum beneficiū, & facit gl. & Doct. in c. licet de præb. *& credo quod hoc practicat Cancellaria: Camera tamen daret indistinctè omnia petita: & malè; tamen sic solet fieri, quia exprimitur valor omnium &c: Et ista regula non est danda: quia concernit expeditionem litterarum, & non habet decretum irritans.* 4

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *SEd in absentia*) Sic tamē vt collibi seu cambij ratio haberi non debeat, quia incongruum esset vt dixerunt Domini de Rota secundum varietatem cambiorum valorem beneficij in absentia supputare, Achilles de Grasis decis 401. 5
alias 1. super Reg. de valore. Animaduerte quoq; anniuersaria quę multis locis ad bonam præbendæ summam ascendunt, non etiam computari in valore beneficiorum, cum illa distributionibus quotidianis æquiparentur, Geminia. in cap. consuetudinem § de distributionibus de cleric. non resident. in 6. & licet apud plerosque desumantur ex massa præbendæ, non eò magis desinunt esse anniuersaria, aut diuerso iure censeri debent à distributionibus, cum

illa

illa dentur ratione obsequij & personalis ministerij, puta interessentibus diuinis, & pro mortuis suffragia præstantibus, ideoq; non sunt de corpore beneficij, nec sub illius valore comprehenduntur, Rota decisio. 134. in nouissim. Felij in carp. ad aures numero 14. de rescript. DD. incap. licet de præbend. 6

Argumenta in Regul. Lxi. Innocentii viii.

1. Ivre non cauetur vt impetrans teneatur facere mentionem valoris beneficij obtenti.
2. Conditor istius Reg. fuit Vrbanus v i.
3. Intellectus clausulæ: per marchas argenti aut sterlingorum.
4. Regula hæc inuenta est propter annatas, ne taciturnitate valoris illę defraudarentur.
5. Valor beneficij obtinēdi intelligitur exceptis distributionib⁹ quotidianis.
6. Beneficium quod datur in stipendium potest clericus coniugatus retinere.
7. Intellectus clausulæ, iuxta ipsarū oblationes.
8. Verbum tunc denotat tempus datæ impetrationis.
9. Impetrans beneficiū curatum, an non iam obtenti valorē exprimere debeat.
10. An hæc Regula sit de dandis.
11. Pensionis an sit facienda mentio in impetrationibus benefic. & nu. 20.
12. Conditor huius Regul. quis fuerit ex opinione Gomesij.
13. Vrbanus v i i i. quatuor edidit Reg. de valore.
14. Gratia motus proprij non includitur sub Reg. de valore.
15. Hac Reg. non habet locum in Ordinarijs.
16. Valor distinctè probandus est, & non in confuso.
17. In gratia motu proprio cōcessa, iuxta Regulas antiquas, non erat necessaria expresio valoris beneficij obtēti, nec ob omisionē dabatur vacatio: secus iure nouissimo, & secundùm Regul. modernas.
18. Lite orta inter prouisum Apostolicè, & à Nuncio, vtri incumbat onus probandi valorem.
19. Nuncius vigore suæ facultatis, potest cōferre beneficia iurispatronatus Ecclesiastici non excedētia valorem 24. Ducat. Imò & iurispatronatus laicorum ex eorum negligentia deuoluta.
20. Ratio cur hæc Reg. sit condita.
21. Hodie ex generali consuetudine omnia beneficia rescribuntur ad x x i i i i ducat.
22. Clausulæ tollentes necesitatem exprimendi valorem.
23. Quid si falsus valor, sed maior sit expressus.
24. Beneficium censetur vacare per obitum resignantis, vbi in resignatione non est expressus verus valor, sitque illius resignatarius inhabilis.

Regula LXI. Innocentij VIII. *quæ est* LIV. Pauli V.

DE EXPRIMENDO VALORE BENEFICIORVM IN IMPETRATIONIBVS.

ITem voluit quod in gratijs quas personis quibusuis de beneficijs vacantibus seu certo modo vacaturis fieri contigerit, illorum & aliorum quorumcumq; beneficiorum, quæ dictæ personæ tunc obtinuerunt, seu de quibus eis fuerit prouisum vel concessum, aut mandatum prouideri, verus valor annuus per marchas argenti, aut sterlingorum, vel libras Turonensium paruorum, seu florenos auri, aut ducatos, vel vncias auri, seu aliam monetam secundum communem æstimationem exprimatur, nisi motu proprio gratiæ huiusmodi fiant: vel personæ prædictæ beneficia quæ tunc obtinuerunt, aut quibus vel ad quæ ius eis competit iuxta ipsarum oblationes aut alias dimittere teneantur, alioquin præfatæ gratiæ sint nullæ. * Et idem seruetur in expectatiuis de beneficijs obtentis in quibus seu ad quæ impetranti ius competit, & de illorum valore.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *ISta regula dicit quod in gratijs factis de aliquibus beneficijs debet fieri expressa mentio de valore istorum beneficiorum & aliorum quæ obtinent impetrantes, & ad quæ ius habent, secundum communem æstimationem, alias dicta gratia sint nullæ, nisi sit gratia facta motu proprio: alias impetrans teneatur dimittere beneficia quæ obtinet per oblationem*

oblationem suam, vel alias, & idem vult seruari in expectatiuis de beneficijs obtentis, & de his in quibus sibi ius competit & de illorum valore, hoc dicit.

Et ista Reg. est prater dispositionem iuris communis: quia non cauatur iure quod impetrans teneatur facere mētionem valoris beneficiorum, qua obtinet vt dicit glo. in verbo, vel alteri, post prin. in clem. 1. de præb. *& tenet decisio Rota* in nouis ccxc. 1
quæ incipit, Item licet impetrans. *Tamen ista regula est orta ex regula Vrbani* VI. *quam refert ad litteram supradicta decisio, & alias est in aliquibus libris in decis. sequenti, vbi recitatur quasi ad longum ista regula, & additur ibi id fore in confirmationibus pro qua facit gl. quam dicit benè notandam Domi. ibi* in c. si Apostolicæ de præb. lib. 2
VI. *& quod hic dicitur de valore beneficij obtenti & obtinendi secundum valorem marcharum sterlingorum &c: debet intelligi secundum nationes vbi sunt ista moneta: tamen si Hispanus poneret istum valorem non malitiosè, credo quod sufficeret, quia satis est facere vel dicere illud quod facit vel dicit lex* l. 1. §. penult. ff. de aleato, *& de valore obtinendi etiam non reperio tantum, nisi in extrauag. Io.* XXII. *secundum taxationem decima, sed non secundum verum valorem, sed illa Regula Vrbani hoc dicit, & est hoc propter mediam annatam quando excedit* XXII. *libras beneficium &c: & quia hodie ista regula non seruatur, quia satis est quod in clausulis ponatur illa clausula,* & quod obstantiæ maximæ beneficiales oratoris habeantur pro expressis: *ideò non insisto in ea quoad beneficia obtenta: nam in bulla ponitur ista clausula,* quorum veros valores hic volumus habere pro expressis &c: *sed quoad obtinendum impetratum, debet intelligi exceptis distributionibus quotidianis, vt dicit decis. Rota* CXXX. quæ incipit. Item quando impetratur & idem vult Io. And. de mortua. anniuers. in Rubrica de conces. præben. in addi. ad specu. & mea decis. hoc refert, *& de primis est cons. Oldr.* CXVIII. quod incipit Virtute gratiæ quod posui in tit. de verb. sig. 3 4 5

Item circa obtenta, non omittam de illo beneficio quod quis habet in stipendium & non in titulum, non tenetur quis facere mentionem, & hoc vult vna dec. in antiq. CCXXXII. quam refert Milis, in verbo gratiam beneficij impetrans: *sed ego allego text. singularem quod illud non dicitur propriè beneficium, & quod Clericus coniugatus potest illud retinere* in c. si qui sunt clerici 32. dist. 6

Item in quantum hic dicitur Iuxta ipsarum oblationes &c: *debent intelligi iuxta petitionem partis impetrantis, qua dicit in supplicatione quod offert se dum secundum tale beneficium per assecutionem istius &c: ex quo sequitur quod si postea vellet dimittere illa, vel aliud, qua vel quod obtinebat, quod non propterea valet gratia per verbum* tunc, *quod denotat tempus data impetrationis &c:* c. si eo tempore, de rescr. lib. VI. facit glo. in cle II. de hæred. in verbo ex nunc, & quod dixi supra in proemio. 7 8

Item ex hac Regula ibi, vel alias &c: *sequitur quod impetrans beneficium curatum, licet non faceret mentionem valoris alterius curati quod obtinet, vel alterius incompatibilis, tamen quia vacat primum ipso iure, quod non propterea ista impetratio vitiatur, ex quo primum dimittere tenetur secundum hanc regulam, iuncto cap. de multa, de preb.* 9

Item ista regula quoad benefi. ium impetratum benè est danda hodie, & data fuit tempore meo, quia habet decretum irritans, & etiam quoad obtenta daretur, nisi in bulla poneretur illa clausula, quam superius dixi, scilicet quorum veros valores &c: *Sixtus tamen fecit vnam aliam regulam, quod tenetur quis exprimere omnia beneficia, & eorum valores qua obtinebat tempore impetrationis, alias annullabat: sed postea fuit cassata ob caussam.*

G *Item ex prædictis etiam sequitur quod de pensione, quam quis non habet in titulum ab Ecclesia, non tenetur quis etiam facere mentionem valoris, nec ipsius pensionis, facit quod dicit Io. And.* in c. postulasti, & in c. ad audientiam de rescript, & Domi in c. si pauper de præb. lib. 6. alias sic facit gl. in clc. II. in verbo quodcumq; de vita, & honesta. cleric. *Sed quia hodie qualibet pensio succedit loco beneficij, quia est ad vitam recipientis; ideo credo quod teneatur impetrans mentionem facere de ea.* 11

COMMENTARIA. IO. A CHOKIER.

A *ISta Regula dicit*) Hæc Innocentij Regula nonnihil immutata est & aucta per posteriores Pontifices. Nam Pius IV. quem alij adhæc vsque tempora secuti sunt post dictiones *exprimatur nisi*, induxerunt, seu deleuerunt sequentia (*motu proprio gratiæ eiusmodi fiant, vel*) & post dictionem *gratiæ sint nullæ* subiecerunt sequentia:

Et idem seruetur in gratijs quas à Sanctitate sua motu proprio emanare cōtigerit; quoad beneficia tamē de quibus per suam Sāct. pro tēpore prouidetur, seu prouideri mandatur, aut alias disponitur, ac litteris per quas pro tempore ad Ecclesiarū Patriarchaliū, & Cathedralium, ac Monasteriorum regimina promotis conceditur, quod Monasteria, & alia beneficia Ecclesiastica secularia, & regularia per eos obtenta, & in quibus, & ad quæ ius eis competit, retinere possint.

Quæ appendicula quorsum fuerit per posteriores Pontifices Regulę huic inserta, ex dicendis patebit.

B *Orta ex Regula Vrbani VI.*) Adstruit tamen Gomesius ad hanc Regul. illius conditorem non fuisse Vrbanum VI. sed Vrbanum IIII. eumque quatuor Regulas edidisse super valore exprimendo in gratijs, quarum prima fuit circa gratias, & beneficia obtenta, cuius facit mentionem Rota *decis. 19. de præbend. in Nouißimis.* Secunda, circa impetrantes beneficia vacantia, vel certo modo vacatura, ex quibus duabus vnam composuit Ioannes XXIII. ex qua sumpta fuit ista moderna. Tertia fuit de valore exprimendo in vnionibus 12 13

benefi-

beneficiorum: hanc Innocentius VIII. suis Regulis inseruit, sub numero xxi. vt patet supra. Quarta & postrema fuit de exprimendo valore circa beneficia impetrata motu proprio, quæ beneficia tempore Innocentij excipiebantur ab hac Regula. Nam hic statuitur gratiam motus proprij non includi 14
sub hac Regula, quod & notat Mandos. *ad Reg. de vnion. quæst. 2. nu. 2.* Verùm postea recessum est ab hac Innocentij Regula, & Ordinatũ per sequẽtes Pontifices, vt etiam idem obseruaretur in gratijs motu proprio concessis, vt ex supra scripta appendicula videre est, quæ loquitur tantum in beneficijs obtinendis, vt mox dicam.

Cæterùm aduerte quod hæc Regula locum non habet in collatione Ordinarij *Mandos. ad Reg. 22. quæst. 11. num. 3. Flam. Paris. de resig. benef. lib. 8. quæst. 9. num. 44.* sed tantum locum habet in gratijs Papæ, Legatorum, & Cardinalium: 15
nam isti personis censentur prouidere, illi Ecclesijs, *Gomes. ad hanc Reg. quæst. 2. Anast. Germonius tract. de Indultis Cardin. §. Tibi nu. 102. Cardin. Tuschus pract. conclus. tom. 6. conclus. 99.* Aduerte secundo, quod valor expressus distinctè probandus est & non in confuso, v. g. narratur vnum non excedere 100. & aliud 16
24. non sufficit probare in confuso quod ambo non excedant 124. sed est distincta probatio necessaria iuxta narrata, scilicet quod vnum non excedit 100. & aliud 24. iuxta tradita per Nicol. Garciam *de benef. part. 6. cap. 2. nu. 165.* & Farinacium *decis. 351. p. 2. in Nouiss.* vbi scribit valorem beneficij plenè & concludenter probandum esse, nec sufficere illum probari per publicam vocem & famam, quando agitur de perpetuo præiudicio. Aduerte tertio, quod dicitur 17
in hac Innocentij Reg. non exprimendum valorem in gratia motu proprio facta, & ex consequenti non dari vacationem beneficij proprio motu impetrati ob valoris suppresionem, id tantum nunc obtinere secundum suprascriptam Pij IV. & aliorum recentiorum Constitutionem appendicularem, in beneficijs obtinendis, quippe quæ restricta est tantum ad beneficia de quibus per Sanctitat. suam pro tempore prouidetur, seu prouideri mandatur, vel alias disponitur; Sic vt respectu huius limitationis veniant beneficia tantum quæ tunc motu proprio conferuntur, non autem ea quæ prius per promotum obtinebantur, cum limitata dispositio, limitatum producat effectum, & dictio illa *quo-ad* restringat, & limitet præcedentem dispositionem *leg. penult. ff. de excusat. tut. Decius consil. 360. numero 6. vers. Tertio* & absurdum esset, vt Papa qui motu proprio confert beneficium alicui, teneatur diuinare an ille alia beneficia posideat nec ne; cum tamen per suos officiales facile posset habere notitiam valoris beneficij eius quod conferre intendit, vt rectè, & doctè annotauit Illustrisim. Cardinalis Seraphinus Oliuerius olim Rotæ celeberrimus Auditor *in vna Lunen. Prioratus 9. Februarij. 1590.* relata in decis. dicti Domini Seraphini *sub numero 911. num. 1. & seqq.* Quartò aduerte

aduerte si lis oriatur inter prouisum Apostolicè & prouisum à Nuncio qui 18
facultatem habet conferendi beneficia valoris 24. Ducatorum onus probandi valorem incumbere prouisio à Nuncio, vt decidit Rota *in vna Placent. beneficij coram doctiss. ac R. P. D. Orano 8. Maij 1586.* quod procedit non obstante assertione Nuncij: quia eius assertioni circa valorem non credetur propter fraudes quæ fieri possunt *Rota decis. 10. de prab. in No. put. dec. 322. lib. Anast. Germon. de Indult. Card §. ac irritum nu. 27. Mohed. decis. 20. nu. 1. de prab. Garcia de ben. p. 5. c. 3. nu. 188.* Quintò aduerte Nuncium vigore suæ facultatis posse conferre be- 19
neficia Iurispatronatus Ecclesiast. non excedentia valorem 24. Duc. imò etiam Iurispatronatus laicorum, ex eorum negligentia ad Papam, aut ad Ordinarium deuoluta, dummodo non excedant valorem *24.* Duc. *Garcia d. cap. 3. numero. 243. & sequentibus.*

C *Propter mediam annatam*) Ideò inuenta fuit hæc Regula ne per eiusmodi va- 20
loris taciturnitatem Annatæ defraudarentur, quæ, vt inquit Gomes. ad subuentionem Papæ & Cardinalium indigentium introductæ fuerunt, sicut & charitatiua subsidia, vt tradit Fernand. Cordub. *in tract. Annatarum*, & deniq; vt Papa intelligat qualitatem beneficij quod confert, habita etiam ratione meritorū personæ cui confertur, vt not. Gomes. *ad hanc Reg. q. 3.* sed hodie ex generali 21
consuetudine & stylo Curiæ Ro. Canonicatus omnes Germaniæ & Hispaniæ rescribuntur ad 24. Duc. idq; vt vitentur Annata, & ita se habent Concordata Germa. *Branden. super Concord. Germ. notab. 2.* addiq; solet clausula augendi, & minuendi in litterarum expeditione, vel ista, *quod obstan. Oratoris habean-* 22
tur pro expressis, nec non, *verus valor & vacationis modus &c: habeantur pro expressis*, alioquin verus esset valor exprimendus, *vt notat Rebuff. in praxi in forma noua prouisionis*, ne gratia reddatur nulla: si enim falsus beneficij valor seu minor, seu maior expressus sit gratia nulla est, ex stylo Ro. Curiæ, vt diximus quod & probat Crescent. *dec. 8. de prab.* & Io. Guitierrez *lib. 2. Canon. quæstionum c. 15. nu. 76.* vbi reprobat opinionem P. de Anchor. *cons. 395. nu. 13.* & Couar, *lib. 1. Var. resol. c. 20. nu. 7.* existimantium errorem in valore cōmissum non vitiare gratiam eo quod verus valor difficilem habeat certitudinem, & proinde error in valore exprimendo non sit considerandus, vbi de voluntate Principis constat. Horum enim opinio neutiquam est recipienda. Cum hæc Reg. (quam stylus Ro. Curiæ comprobat) indistinctè præcipiat verum valorem beneficij impetrandi esse exprimendum ad hoc vt gratia valeat, alias sit irrita, nulla, & subreptitia. Quod adeò verum est vt etiamsi expressio va- 23
loris beneficij non esset necessaria, si tamen sit facta, & reperiatur maioris valoris, nihilominus nulla sit gratia *Mascardus de probat. conclus. 874. nu. 6.* adeò vt beneficium censeatur vacare per obitum resignantis cum in resignatione non est 24
expressus

expreſſus verus valor, *Flam. Pariſ. de Reſig. ben. lib. 10. q. 2. nu. 43.* efficiaturq; Reſignatarius inhabilis, non ſic tamẽ vt reſignatarius non poſsit illud beneficiũ obtinere ex alia cauſſa, *Caputaquen decis. 16. lib. 1.* Nunc ad propoſitum. Dico igitur nihil intereſſe, nihilq; conſiderabile quod Papa alias eſſet conceſſurus beneficium, cuius valor non fuit expreſſus, quia in dubio illud non eſt præſumendum. Rurſum, ſi exprimatur minor valor, quam reuera ſit, etiamſi conſtaret Papam adhuc vero valore expreſſo nihilominus conceſſurum, non ideò conſequitur gratiam validari: quoniam per maiorem valorem Pontifex redderetur difficilior ad concedendum, licet tandem eſſet conceſſurus, quo caſu gratia eſt nulla *Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. caſu. 201. nu. 77. c. poſtulaſti de Reſcript. Dec. conſ. 11. nu. 16.* Si verò exprimatur maior valor (quod rarò, aut nunquã ferè contingit) idem adhuc eſſet dicendum inquit D. Guitierrez. Nam licet in hac ſpecie propter minorem valorem appareat etiam certum Principem de vero valore idem conceſſurum, ac ideò Couar d. loco contendat non vitiari gratiã, quod expreſsio maioris valoris fuerat facta cauſſa demonſtrationis, quia de corpore beneficij conſtaret, *l. demonſtratio falſa ff. de Cond. & demonſt.* attamen quia verus valor erat neceſſariò exprimendus, & ſic hæc quantitas, & valor ſit pars gratiæ *Rot. deciſ. 6. in antiq.* non cauſſa demonſtrationis adiectus, ſequitur quod ſiue 25
ſit expreſſus minor valor, ſiue maior, gratia ſit nulla, & ſubreptitia. Sunt & alia quæ idem D. Guitierrez producit argumenta Anchoranum & Couar. latius refutantia, quæ vide. Aduerte interim quod licet hæc Regula inducat nullitatem gratię in qua verus valor non exprimitur, attamen non inducit vacationem ſeu reſeruationem, *Flam. d. queſt. 2. nu. 44.*

D *Exceptis diſtributionibus*) Et ſic attenduntur fructus groſsi in abſentia, idque 26
deductis oneribus *Oldrad. conſ. 118. Felij. in c. ad aures de Reſcript. Nicol. Garcia de ben. p. 1. c. 3. nu. 479. Achilles de Graſsis deciſ. 1. de probat.* vbi inſuper ſcribit valorem beneficij probari per annos quinq; & poſt vt *& Fla. Pariſ. d. lib. 10. q. 2. nu. 55.* quam tamen opinionem non probat Nicol. Garcia *d. tract. de benef. p. 3. c. 3. nu. 220.* & multominus eorum qui dicunt probari per tres annos præcedentes ex Pinello *in l. 2. C. de Reſcind. vend. 3. c. vlt. nu. 30.* ſed adſtruit probari valorem per decem annos ante gratiam, quam tenet Rota vt per Anton. Auguſt. *deciſ. 497. lib. 3. quæ eſt 3. p. diuerſ. Put. deciſ. 373. nu. 2.* & ita tenuit Rota *in vna Cameracen. vnionis 19. Ian. 1575. coram. D. Lancellotto* & ſi ex aduerſo detur de Re- 27
gula de valore, incumbit onus probandi exceſsiuitatem valoris opponenti de Regula, & debet probare exceſsiuitatem valoris per decem annos ante impetrationem, atq; ita reſoluit Rota *coram Caputaquen. 1. Febr. 1557.* vide Flam. *d. q. 2. nu. 50.* & Farinacium *dec. 550. p. 2.* vbi ſcribit valorem fructuum beneficij probari debere plenè & concludenter ad effectum huius Regulæ: ſecus tamen ſi ad effectum retardandi vel annullandi penſionem ſuper beneficio impoſitam, quia

tunc sufficit leuior probatio *idem Farinac. d. decis. 510. p. 1. & decis. 455. nu. 8.* vbi dicit beneficij valorem per non excessum probari per testes de publica voce & fama. *Garcia de Ben. p. 5. c. 3. nu. 198.* Cæterùm aduerte, valorem Canonicatuum non egere iustificatione: cum enim isti Canonicatus consistant in distributionibus, solent exprimi valoris 24. Ducatorum, vt fuit resolutum coram R. P. D. Coccino *in vna Constantien. Canonicatus 14. Iunij 1610. & in alia Ludjen. & Paderborn.*

E *In stipendium*) Idem adstruit Card Tuschus *pract. conclus. tom. 6. conclus. 99.* Couar. *tom. 1. par. 2. c. 6. §. 3. nu. 7. in fi.*

F *Vacat primum ipso iure*) Vide quæ scripsi supra ad Reg 52.

G *Non tenetur quis*) Vide Gonzales *ad Reg. Cancell. gl. 5. §. 5. nu 15. 16. 17. & 18.* quibus in locis dissentientes diuersorum opiniones affert & tandem conclu- 28
dit pensionis non esse faciendam mentionem: cum enim, inquit, pensio non sit beneficium Ecclesiasticum, vt tenuit Rota *decis 11. numero. 1. de prabend. in antiq.* Geminia. *in c. non potest in pr. num. 5. de prab. in 6.* & iura solummodo disponant quod narrentur obtenta beneficia, cõsequens est pensionis non esse faciendam mentionem; cum beneficium non sit; atque ita hodie seruat Rota; 29
quod tamen hactenus intellige, dummodo pensio non sit assignata in titulum beneficij, puta quando alicui assignatur super fructibus alicuius Ecclesiæ, vt deinceps sit Ecclesiasticum beneficium: quia tum eiusmodi pensionis, illiusue valoris facienda erit mentio, cum verè sit Ecclesiasticum beneficium *Gigas de pensio. q. 20. vers. Quartò limita & d. q. 67. nu. 1. & q. 99. nu. 22. in fi.*

Argumenta in Reg. LXII. INNOCENTII VIII.

1. HAEc Regula præscribit modum faciendi suppl. pro beneficio vacante.
2. Generalis reseruatio dispositiuè nunquam debet dari in Bulla, nisi in casibus hic expressis.
3. Beneficia Officialiũ Sedis Apostolicæ sunt generaliter reseruata.
4. Etiamsi exprimatur modus vacãdi per Constit. execrabilis, vel per deuolutionem cum clausula, quouis alio modo vacet, tunc non venit alia generalis reseruatio.
5. Prouisio, & noua prouisio quid differant.
6. Si petatur surrogatio, vel gratia, si neutri, vel si nulli, non debet dari nisi collitiganti, & debet hoc specificari.
7. Modus impetrãdi beneficia reseruata.
8. Verba expressa quæ dicantur.
9. Dictio purè in Regula quid designet.
10. Beneficia officialium Papæ sunt generaliter reseruata.
11. Reseruatio generalis non venit in rescripto Papæ nisi exprimatur.
12. Reseruationes hic expressæ non sunt generales

Regula LXII. Innocentij VIII.

DE CLAVSVLIS IN BENEFICIIS VACANTIBVS PONENDIS.

ITem voluit & ordinauit quod quando prouidet, seu mandat prouideri alicui de beneficio Ecclesiastico vacante, tunc dari poterūt clausulæ si putantur, etiamsi illud quouis modo &c, seu per Constit. Execrabilis vacet, ac specialiter reseruatum inter aliquos litigiosum sit, & eius collatio deuoluta fuerit; & si pro collitigāte, vel subrogationem, aut si neutri, vel si nulli &c petente, si tunc specificè lis exprimatur. Nec detur aliqua generalis reseruatio dispositiuè, nisi desuper in concessione specialis & expressè. ac purè, & non sub conditione mentio fiat, & tunc reliquæ reseruationes inibi contentæ veniant. Si verò tempore expeditionis litterarum, generalis reseruatio huiusmodi probari non possit, aut in nouis prouisionibus, aut pro collitigantibus, si neutri, uel si nulli &c: sit expressum quod ab aliquibus asseritur illum cuius beneficiū conceditur Collectorem, vel vnicum Subcollectorem, Abbreuiatorem, vel familiarem, Notarium, aut dictæ Sedis Officialem fuisse, clausula opponatur, Etiamsi dictum beneficium ex eo quod talis Collector, vel vnicus Subcollector, Abbreuiator, vel familiaris, Notarius, aut dictę Sedis Officialis, fuit dispositioni Apostolicæ generaliter reseruatū existat, dummodo non sit in eo alicui specialiter ius quæsitum. In reliquis verò nulla clausula detur vnde reseruatio generalis elici

 possit

possit, nisi desuper signatura, per duplex *Fiat* signata sit, aut reseruatio, vel alias specialiter habeatur.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista Regula dicit quod quādo Papa mādat alicui prouideri, vel ipse prouidet de aliquo beneficio, quod si in supplicatione petatur quod conferatur quouis modo vacet siue per constitutionem Execrabilis, etiamsi alias reseruatum sit, vel inter aliquos sit litigiosum & si sit etiam deuoluta collatio ad Sedem Apostolicam, omnes clausulæ dentur. Item si petatur surrogatio pro collitigante, vel si petatur gratia si neutri, vel si nulli, tunc detur si hoc specificè petatur. Item quod per clausulas prædictas positas in supplicatione non detur aliqua generalis reseruatio dispositiuè, scilicet quod Papa prouidet impetranti de beneficio vacanti in curia &c: nisi fiat expressa mentio de tali reseruatione, & non sub cōditione, sed purè, & tunc detur generalis reseruatio expressa, & etiam hoc casu reseruationes contenta, prout superius est dictum, veniunt etiamsi petantur sub conditione. Item dicit quod si tempore expeditionis bullarum non possit generalis reseruatio huiusmodi probari, tunc non debet dari clausula, per quam generalis reseruatio elici possit, nisi exprimatur in nouis prouisionibus, vel gratia Si neutri, vel Si nulli pro collitigantibus, quod ab aliquibus asseritur illum cuius beneficium conceditur collectorem, vel subcollectorem, vel familiarem Papæ, vel Cardinalis fuerit: quia tunc debet poni clausula etiamsi dictum beneficium ex eo quod talis collector vel subcollector, abbreuiator, vel familiaris Cardinalis fuerit dispositioni Apostolicæ generaliter reseruatum exstat, dūmodo alicui non sit specialiter ius quæsitum. Item quod prædicta regula est vera nisi desuper signatura per duplex fiat sit signata, vel per reformationem, vel aliter specialiter concedatur.

A *Hoc dicit notanter ista regula, quæ docet te facere supplicationes pro beneficio vacan-* 1
B *ti, siue per nouam prouisionem, siue per surrogationem, siue per gratiam si neutri, aut*
C *si nulli: & declarat tibi verba posita in supplicatione.*

D *Item dat modum faciendi minutam super tali supplicatione.*

Item declarat tibi quæ est generalis reseruatio melius quam decisio Rotæ, & melius quam Io. Mil. & cæteri Doctores.

Et colligitur hic vna regula, scilicet quod generalis reseruatio dispositiuè nunquam debet dari in bulla, nisi in casibus hic expressis; & in hoc est hodie differentia inter specialem & generalem reseruationem, alias quoad peruisionem Papæ quod ad eum 2

solum

solum pertineat, *& non ad alium inferiorem*, *nulla est differentia inter specialem & generalem*, *vt dixi supra in secunda regula*, sufficiat cap. si eo tempore de electionibus libro sexto. *sed est differentia in hoc quod etiamsi verba omnia hic posita
E *narrentur in aliqua bulla*, *tamen propterea non diceretur venire generalis reseruatio vt hic.*

Item colligitur hic alia regula quod etiam beneficia officialium Sedis Apostolicæ videlicet Collectorum & Subcollectorum, *Abbreuiatorum*, *item Familiarium Papæ vel Cardinalium sunt generaliter reseruata.* 3

Item colligitur tertia regula hic, *quod etiamsi exprimatur modus vacandi per constitutionem Execrabilis*, *vel per Deuolutionem cum clausula*, quouis alio modo vacet, *tunc non venit aliqua generalis reseruatio: sed si exprimitur generalis*, *& probatur*, *tunc etiam si aliquo modo vacet*, *vel beneficium sit reseruatum*, *venit si exprimitur vt supra*, *alias non*, *vt hic*, *& ista subiungam*, *& declarabo.* 4

Et primo pondero verbum ibi, quod non prouidet *&c: ex quo apparet quod est differentia inter prouisionem & nouam prouisionem: quia prouisio est simplex de beneficio vacanti de iure*, *& de facto*, *& noua prouisio præsupponit nouum titulum*, *& est differentia quod ad infra dicenda*, *& ex verbis infra positis*, *ibi* etiamsi illud quouis 5
F modo &c: *vsq; ibi* & si pro collitigante *&c: colligitur forma supplicationis: quia quotidie dicimus in supplicationibus expresso vno modo vacandi subiungimus*, siue præmisso siue alio quouis modo &c: vacet, aut per Constitutionem Execrabilis, & alias generaliter vel specialiter reseruatum, affectum, deuolutum, litigiosum, cuius litis statum &c: *exemplificat*, *etiam beneficium litigiosum inter alios potest impetrari. dixi superius in regula de surrogatione*, *& plenius per gloss. & text. & Doctor.* in cap I. & II. vt lite penden. lib. VI.

Item ibi, & si pro collitigante &c: *vsq; ibi* nec detur *est ponderandum*: *quia si petatur surrogatio vel gratia* Si neutri, *vel* Si nulli *non debet dari nisi collitiganti*: *& debet hoc specificari.* 6

Ego tamen vidi dari gratiam si nulli, *alteri tertio non litiganti*, *qui narrabat*
G *litem fore inter talem & talem*, *& committebatur Auditori*, *quod Si neutri litigantium vel nulli competeret ius in beneficio*, *quod conferret alteri tertio.*

Et de hoc non est mirandum, *quia si non tollitur ius quæsitum alteri litigantium*, *non facit sibi iniuriam qui vtitur iure suo* capitulo non Ecclesia de electione.

Item pondero mihi verba, *hic*, *ibi* nec detur aliqua generalis reseruatio dispositiuè nisi desuper in cõcessione specialis, & expressè, ac purè, & non sub conditione &c: *& pono exemplum: quia debet dici in supplicatione quod petitur tale beneficiũ quod vacauit per obitũ talis Familiaris Papæ &c:* 7

 & tunc

vult dicere ista regula quod in corpore. supra petatur & Papa dicat fiat, & infra positum etiam petatur, & papa ibi dicat fiat, & ratio est. quia iussu binu Principis habetur pro 1 *motu proprio vel pro certa scientia* L. nec dãnosa & ibi Bal. C. de preci. imper offe. 13 *& ex hoc oritur practica, quia dicimus in supplicatione* & alias generaliter vel specialiter reseruat &c: *& postea in clausulu ponimus* & cum clausula generalem reseruationem importan. &c: *& non debet in expeditione exprimi vt supra in hac regula dicitur, & plerique illam clausulam non intelligunt.*

2 *Item quod dicitur hic per duplex fiat, idem intelligas de duplici signatura per concessum, id est per illum cui Papa commisit signaturam* arg. l. item eorum §. 11. ff. quod cuiusque vni. *& ita practicat Cancellaria: & pondero hic quod reformatio & signatura in clausulis aequiparantur. Nec obstat glo. in simili* in c. suam de appel. & in l. si conuenerit. la. 1. ff. de pign. actio. *& ista regula esset danda, licet conterat expeditionem* 14 *quae valet ad intellectum generalis reseruationis, nescio tamen si daretur hodie, quia non memini me vidisse.*

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *Docet te facere supplicationes*) Vide Flam Parif. *tract. de Resign. benef. lib. 8. quaest. 7.* vbi varias supplicationum formas adducit.

B *Siue per nouam prouisionem*) Effectũ nouae prouisionis vide apud Rebuff. in 15 praxi tit. de noua prouisione. discrimẽ autem nouae prouisionis, & Perinde valere in eo consistit, quod illa detur quando subest defectus in collatione facta ab alio quam à Papa: Illud autem datur, quando Papa confirmat gratiam suam aliqua ex parte inualidam, *Rebuff. in praxi initio partis 2. nu. 3.*

C *Siue per subrogationem*) Consule Rebuff. tit. de subrogationibus per tot. & quae dicta sunt. supra ad Reg. 27. de surrogandis Collitigantibus.

D *Siue per gratiam si neutri, si nulli*) Notent Iuniores per gratiam *si neutri* acqui- 16 ri beneficium quando neuter litigantium super illo ius habet; quod bifariam fieri potest: primo dirigẽdo gratiam seu rescriptum Episcopo vel alteri cui Papa mandat, vt si per euentum litis eiusmodi constiterit neutrum dictorum litigantium in dicto beneficio ius habere & idem beneficiũ, vt praemittitur vacare, & tempore datae praesentium non sit in eo ius alicui specialiter acquisitum cum omnibus iuribus & pertinentijs suis eidem N. auctoritate nostra conferas & assignare procures, inducens &c: Secundo quando Papa ipsemet confert *si neutri litigãtium sit ius quaesitum*, & hoc est tutius, & postea petit in iudicio recipi in partem, & recipitur. Rescriptũ verò, *si nulli*, dicitur quãdo sunt tres vel plures nullum ius habentes, & super eodẽ beneficio litigantes & prouidetur à Papa tertio de tali beneficio: quod demum habet locum quando illud est litigiosum; vel quando partes essent pares in data, & se impedirent per concursum, nisi tamen

tamen in gratia alterius esset clausula gratificationis. Interea aduerte quod 17
gratia *Si neutri* non datur post tres sententias victo, sed potest dari rescriptum *Si alteri*, videlicet si victori ius non competit, eidem victo conferatur, quo casu is non peterit ius antiquum deducere, sed nouum tantum, vtpote hæresim, vel simoniam quam victus nesciebat, & si illam probet illam obtinebit, alias opponetur exceptio rei iudicatæ per tot. tit. de except. rei iud. Deniq; solet concedi gratia *Si neutri* in præsentationibus, vel electionibus in quibus prætenditur formam non esse seruatam: & hodie in electionibus in quibus exactè vix seruari 18
potest forma Concilij Trid. operæpretium est, vt electus impetret gratiam hác *Si neutri.* Plura hac de re videantur apud Rebuff. *in praxi in 1. p. signat vbi latius hac deducit & explicat.*

E *Generalis reseruatio*) Huc faciunt quæ dicta sunt supra ad Reg. 2.

F *Et noua prouisio præsupponit*) Noua prouisio definitur, vt sit Papę prouisio ad alterius iam factæ ab alio confirmationem, probatur in c. post electionem 19
de concess. præb. & est noua & prima prouisio, inquit Rebuff. *in praxi tit. de Noua prouisione*, quoad Papam, quia de recenti ipse confert, quamuis collatio, præsentatio, electio, ab alijs antea facta fuisset, sed impetrās eam prouisionē &c dubitabat viribus non subsistere *DD. in d. c. post electionem.* Neque enim datur noua prouisio nisi in dubio validitatis prioris prouisionis, vt notat Rebuff. vbi supra. Quod si Papa prouiderit fortè inutiliter, tum non datur noua prouisio, sed gratia Perinde valere, vt nimirum perinde valeat talis prouisio ac si ritè id temporis facta fuisset, nam Papa potest fingere expressum quod in primis litteris non est expressum *Flam. Paris. cons. 44. vol. 4.* de qua gratia Perinde vide quæ late scribit Rebuff. *in praxi, initio partis secunda.* Sed hæc dicta sint obiter in gratiam iuniorum.

G *Siue præmisso, siue alio*) Regulariter expresso vno modo vacandi, non venit alius *c. susceptum de Rescript. in 6.* Ideò solet apponi clausula memorata *siue* 20
præmisso, siue alio quouis modo &c. per quam includitur omnis modus vacandi, siue directus, siue indirectus, etiam accessorius ex intentione concedentis, dummodo ex persona expressa & nominata in gratia vacet, *gl. Geminia. Imo. in d. c. susceptum Lapus alleg. 79. nu. 2. Card. Paris. cons. 33. nu. 20. lib. 3. Cassad. dec. 5. de Præb.* si tamē esset adiecta clausula *ex alterius & cuiuscumq; persona vacet.* includeretur etiam modus vacandi per extraneam personam *Flam. Paris. de Resig. lib. 8. q. 7. nu. 136.* Vnde infertur si beneficium vacet per obitum, vt quia resignans obijsset, poterit illud resignatarius capere *Put. decis. 280. lib. 2. nu. 11.* Secundò infertur, quod si alius impetrans verum expresserit modum, non præferretur isti si posterior fuerit, *Rebuff. in praxi tit. forma signaturæ num. 6. & 7.* vbi limitat nisi vnus vacandi modus tantū esset expressus in bulla, & in executorijs litteris,

de clau-

de clausula *quouis modo*: quia per hoc non veniret alius modus, quam in bulla expressus, quia litteræ executoriæ non ampliant gratiam *text. & ibi DD. in cle. 1. in fin. de Præbend.*

H *Tertio non litiganti*) Hoc quotidie fieri in Francia notat Rebuff. in praxi *tit. de Rescript. fi neutri nu. 10.*

I *Beneficia Officialium*) Huc refer quæ scripsi supra ad Reg. vi.

K *Habetur pro motu proprio*) Idem adstruit noster Auctor, supra ad Regu. 45. Non valeat impetratio &c.

Argumenta in Reg. LXIII. Innocentii VIII.

1. Dignitas Curata vel electiua exprimi debet in impetrationibus alias gratia est subreptitia.
2. Papa vbi manus apposuit, Cancellaria non debet se intromittere.
3. Cautela, cum bulla transiuit per Cameram.
4. Hæc Reg. est de dandis.
5. An hæc Regula locum habeat in prouisione facta motu proprio.
6. An clausula quod maior specificatio in cōfectione litterarū fieri posit, faciat vicecācell. posit exprimere qualitates non expressas in supplicatione.
7. Stylus Curiæ Rom. seruandus est.
8. Qualitates inductæ à iure vel stylo Ro. Cu. si omittātur vitiant gratiam.
9. Maior idoneitas requiritur in Cura quam in alijs beneficijs.
10. Perinde valere super eo quod fuit expressum capellaniā vel dignitatem esse sine cura, cum tamen haberet annexam curam animarum.
11. Exprimere non est necesse qualitates quę insunt beneficio de iure cōmuni.
12. Valet impetratio de Regulari beneficio, non expresso quod sit manuale.
13. Non est facienda mentio qualitatum quæ non cōsiderantur à iure vel stylo
14. Precista non tenetur exprimere qualitates beneficiorum quæ posidet.
15. Pensionarius impetrans beneficium tenetur pensionis quam habet in alio beneficio mentionem facere.

Regula LXIII. Innocentij VIII.

DE EXPRESSIONE QVALITATVM BENEFICIORVM IN IMPETRATIONIBVS.

ITem voluit quod super beneficijs Ecclesiasticis, de qualitatibus illorum, videlicet an dignitates, personatus, vel officia sint, eisq́;

 cura

cura immineat animarum, & ad illa consueuerint qui per electionem assumi mentio fiat: alias gratiæ desuper factæ sint nullæ: & si qualitates huiusmodi affirmatiuè seu conditionaliter non exprimantur, negatiua desuper expressio fiat in beneficijs, quæ tales qualitates vel ex eis aliquas consueuerint habere.

GLOSSEMA ALPHONSI.

ISta Regula dicit, quod impetrans beneficium debet facere mentionem de qualitate ipsius an, sit dignitas, personatus, vel officium, & an illi immineat cura animarum, & an consueuerit quis per electionem assumi; alias non valet gratia: Et si prædicta qualitates non exprimantur saltem conditionaliter, tunc Abbreuiatores debent dare negatiuè, puta dicendo quod non est dignitas electiua, nec personatus, aut officium cui cura immineat animarum, hoc dicit.

Sed ego dubito in ista Regula, quia ex quo primò dicitur quod gratia sit nulla, quare mandat postea quod ponatur negatiuè? respondeo quod aliquando ex inaduertentia non ponitur & tūc gratia est nulla si probetur quod qualitas aliqua de hic expreßis sibi inheret, vel si fortè expeditur per Cameram, tunc non exprimeretur negatiuè, vt hic dicitur, sed simpliciter cōcederetur, ergò &c: Ratio huius Regulæ in aliquibus qualitatibus hic expres-
A *sis fundatur iure cōmuni: quia si dignitas est curata, debet alias fieri mētio de ea gratia est*
B *subreptitia. Idem si sit electiua* vt in cle. 1. de præb. & cap. cum in illis eod tit. lib. 1
C VI. *Sed quod exprimatur quod sit dignitas vel personatus, aut officium, non cauetur iure,*
D *quia satis est quod reputatur dignitas. cum ista tria sint sinonima, & significant idem, vt dicunt Doct.* in c. de multa de præb. & in c. 1 de consuet. lib. VI. *Ideò in suppplicatione debet poni quod est dignitas, vel personatus, aut officium reputatur. Camera tamen vt intellexi tempore Sixti expediuit bullas mediāte oculo caligante super dignitate cui cura imminet animarum, vt electiua &c: licet in supplicatione nihil de hoc caueretur. Sed audiui postea quod fuit concessum, quod secundū tenorem supplicationis corrigeretur bulla,*
E *& cancellaria noluit hoc corrigere, quia trāsiuerat per Cameram Nam ex quo Papa ap-* 2
posuit manus, ipsa cancellaria non potest se intromittere c. vt nostrum de ap. *Sed in rei veritate non errassent Domini de Cancellaria, si vigore mandati correxissent; quia tunc ipse Papa facit, & non ipsi, per iura vulgaria: tamen quia in illo mādato non fiebat mentio de Cancellaria, fortè ipsi intellexerunt quod corrigeretur per Cameram, & nescio an Camera voluerit corrigere errores suos. Ideo est cautela quod quando bulla transiuit per Cameram, ponatur in mandato quod corrigatur &c: per Cancellariam, per supradicta,* 3
& tunc non esset dubium de stylo ignorantium.

Et ista regula est danda, licet concernat expeditionem principaliter, quia habet decre- 4
tum irritans, & eam vidi produci.

Sed posset dubitari an hec Reg. haberet locum in prouisione facta motu proprio? & fortè propter decretum irritans potest dici quod sic; quia non loquitur in impetrāte: sed dicit Regula quod super beneficijs &c: mentio fiat &c: ad hoc faciunt gloss. in cle. literas in verb. directas de præb. & in cle. si Romanus eo. tit. in verbo validat. dec Rot. cxi. quæ incipit. Item licet motus proprius. 5

Vidi tamen in cācellaria altercari si propter istam clausulam quæ ponitur in fine clausularum scilicet quod maior specificatio in confectione litterarum fieri posßit: Cancellaria posßit istas qualitates non expressas in supplicatione exprimere in bulla. Et fuit mihi responsum quod vna qualitas tantum posset exprimi, sed omnes simul non: & nihil mihi fuit allegatum, sed quod stylus ita se habet, & satis est ad hoc per c. quam graui de crimine falsi & cap. ex litteris de constit. *Camera tamen omnes qualitates illas daret cum illa clausula, maximè tempore Sixti.* 6 7

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A F*Vndatur iure*) Textus est in l. cum in illis de pręb. in 6. Qualitates autem exprimendæ, vel sunt à iure inductæ, & hæ si omittantur vitiant gratiam, *gl. in cle. 1. verb. alteri, prope med. de præb. text. & glo. in c. si motu proprio, de præb. in 6. Bellam. decis. 697. col. pen. Cassad. decis. 12. num. 5. de Rescript. latißimè Menochius de Arb. iud lib. 2. cent. 2. casu 201. per tot.* etiamsi Papa alias concessisset *Felij in c. super litteris col. 2. vers. limita 1. & cap. postulasti de Rescript.* secus si sint tales ad quarum expressionem non tenetur impetrans de iure communi *Felij in d. c. super litteris nu. 2. vers. limita primo & in c. in nostra nu. 14. d. tit.* vel sunt inductæ ex stylo curiæ quæ etiam sunt exprimēdæ, alioqui litteræ vitiantur *Lapus alleg. 89. Menoch. de Arb. iud. d. cas. 201. nu. 27. vers. aliqua.* & est communis opinio, inquit Flam. Paris. *tract. de resig. ben. lib. 10. q. 2. nu. 13.* quæ tota die practicatur. nam stylus curiæ est attendendus, & habetur pro lege, *Card. Paris. consil. 44. nu. 17. & seq vol. 1. & cons. 14. vol. 4.* vt & illæ quæ insunt de facto ratione consuetudinis Ecclesiarum, vel alio modo, *Rota dec. 67. de Rescript. Felij. d. nu. 14.* 8

B D*ignitas curata*) Adde Coras. *de ben. par. 4. c. 4. nu. 50.* Menoch. *d. casu 201.* nam cum Cura sit ars artiū, maior idoneitas requiritur, & per consequens debet fieri specifica mentio & per quantum tempus illam possederit *Flam. Paris. de resig. ben. lib. 10. q. 2. Franc. Marc. decis. Delphin. q. 88. & 1004.* aliud est si sit beneficium rurale quod careat cura *D. Seraphinus decis. 947.* Aduerte tamen, quod de stylo datur hodie Perinde valere quando fuit expressum dignitatem, vel capellaniam esse sine cura, cùm tamen esset curata, & ponitur clausula hæc: 9

„ Sibiq; specialem gratiam facien. Iudici seu Iudicibus ad quem vel quos litteræ „ prætactæ siue coniunctim, siue diuisim dirigantur, vt si per diligentem inquisi„ tionem Oratorem idoneum esse repererint, conscientiam eorum onerando ad

 executio-

„ executionem litterarum prætactarum, seruata alias earum forma, procedentes
„ litteras ipsas à data præsentium valere, plenamq; roboris firmitatem obtinere,
„ & Oratori suffragari debere decerni, perinde ac si ipsi Capellaniæ cura anima-
„ rum imminebat expressum fuisset, committere dignemini. &c:

C *Electiua*) Adde gl. *in c. Cum illis de præb. in 6.* Rotam *decis. 41. de rescript. in antiq.* Bisignelt. *decis. 13. nu. 5. de præb.* Felij. *in c. in nostra, de Rescript.* vbi latè materiam tractant expresionis qualitatum beneficiorum.

D *Vel patronatus*) Adde Rebuff *in praxi in 3. p. sig. nu. 6.* Geminia & alios *in c. 2. de præb. in 6.* Felij. *in d. c. in nostra nu. 39. de Rescript.*

E *Nihil de hoc caueretur*) Et merito. cum non sit necesse facere mentionem, an sit cum cura vel sine cura, quando est tale beneficium quod de se habet curam, *Rota decis. 201. in antiq. Felij. in d. c. In nostra nu. 14. de Rescript. per not. Rota decis. 13. de præb. in antiq.* quæ dat exemplum de cura animarum, quam habet Archidiaconus, Archipræsbyter, Decanus de iure communi: nam de ipsa non est necesse facere mentionem: quod enim certum est in iure, non est necesse illius facere expresionem *Felij. d. nu. 14.* Sic valet in regularibus impetratio de beneficio Regulari, non expresso quod sit manuale: quia Papa eo ipso quod exprimit esse regulare, intelligit quod est amouibile, nisi esset curatum vel electiuum; secus si esset manuale ex constitutione, vel alio modo; quia tunc non tenet sine expresione manualitatis, *Ita Cassad. dec. 12. de præb. nu. 9.* Sic etiam non est facienda mētio in litteris de qualitatibus non consideratis à iure & stylo *Fla. Paris. de resig. ben. lib. 10. q. 2. nu. 18.* apud quem hac de re plura vide. Ita etiam in primarijs Precibus Imp. Precistæ non tenentur exprimere qualitates beneficiorū quæ posident, licet aliud sit in Nominationibus Vniuersitatum ita attestante *Rebuffo tract. de Nominatio. q. 9.* Pensionarius tamen beneficium impetrās tenetur pensionis suæ quam habet in alio beneficio mentionem facere *Io. Bapt. Caccialupus tract. de Pensio. q. 26.* quod intellige quando reseruata est pensionario vt decentius sustentari posit, vt communiter fit, *Gigas de Pensio. q. 67. num. 4.* qua de re scripsi supra Reg. 61. Plura de qualitatibus beneficiorum, & de quibus alias sit facienda mentio ad nauseam videto apud Felij. *in dict. cap. in nostra nu. 10. vsq. ad nu. 45. inclusiuè.*

Right-margin numbers (in order): 11, 12, 13, 14, 15

Argumenta in Regul. LXIIII. Innocentii VIII.

1 Si Papa prouidit alicui de beneficio quod exprimebatur vacare per contractū matrimonij Titij, & antequam contraheret mortuus est Papa, & postea

ftea Titius, priusquam successor promoueretur ad beneficium, an dicatur reseruatum?
2. Hæc Regula an sit de dandis.
3. Beneficium non cẽseatur reseruatum per sponsalia de futuro.
4. An sit locus priuationi ipso iure vbi matrimonium de iure non tenet.
5. Per contractũ matrimonij vacant beneficia, etiamsi non fuerit consummatum vel alias de iure non subsisteret.
6. Per contractum matrimonij vacant etiam pensiones.
7. Per contractum matrimonij vacant regressus & accessus & quælibet iura ad beneficia.
8. Gratia Papæ non dicitur perfecta, nisi litteris expeditis.
9. Beneficia in sacris constituti matrimonium contrahentis non vacant ipso facto, sed per sententiam.

Regula LXIV. INNOCENTII VIII.

DE BENEFICIIS VACANTIBVS PER CONTRACTVM MATRIMONII.

ITem voluit quod si reseruaretur beneficium per contractum matrimonij, non dentur alij modi vacationum de futuro, nec censeatur beneficium reseruatum generaliter, vel affectum, nisi sequatur matrimonium; Sed in beneficijs per promotionem, vel assecutionem vacaturis, ponatur clausula, Cum beneficia huiusmodi præmisso vel alio quouis modo &c, præterquam per obitum obtinentis vacare contigerit, etiamsi vacent &c.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *ISta Regula dicit quod si beneficium alicuius reseruetur per contractum matrimonij ipsius, tunc in bulla non debet dari alius modus vacationis de futuro, nec censetur illud beneficium specialiter reseruatum nec affectum nisi sequatur matrimoniũ: sed si reseruatur beneficium alicuius per eius promotionem vel assecutionẽ alterius beneficij, tunc Abbreuiatores debẽt ponere* Cum beneficiũ huiusmodi præmisso vel alio quouis modo&c: præterquam per obitum obtinentis vacare contigerit, etiamsi vacet ad præsens & per Constitutionem Execrabilis &c: *hoc dicit.*

Et quoad primam partem videbatur quod illud beneficium semel reseruatũ vel affectum semper maneret reseruatum specialiter vel affectum, per decisionẽ ROTÆ *qua hoc dicit, de*

qua dixi superius sapènumero: sed hic deciditur contrarium: quia fortè impetrans malitiosè fecit vt semper esset reseruatum, ideò &c:

Sed vidi dubitari in ista, quia Sixtus prouidit vni de beneficio quod exprimebatur vacare per contractum matrimonij Titij, & antequam cõtraheret mortuus est Papa, & antequã Innoc. promoueretur mortuus est Titius, vel resignauit, an beneficium illud dicatur reseruatum? & certè potest dici quod sic: quia ista regula mortua fuit cum Sixto, vt supra in proemio dicitur, ergò &c: sed posset dici quod non: quia licet ista regula sit sublata, tamen Papa maior est, iuxta ea quæ notãtur in c. nouit de iud. *reseruatũ & ideò non esset magnum tenere, quod non sit reseruatum, & propterea dixi alias propter hanc rationem subintellectam, quod si Papa reseruasset motu proprio per contractum matrimonij, tunc etiam semper maneret affectum, ex quo constat de intentione Papæ, facit dicta dec. Rota, & rationes ibidem allegata; In secundo tamen casu crederem quod maneret affectum beneficium, licet non sequatur promotio &c: quia si non exprimitur nisi per contractũ matrimonij, ergò per locum à speciali, cõtrarium est regulare* c. præsenti §. loca de præb. lib. VI. *Verum est tamen quod impetranti non debebitur, si vacauerit per obitum, vt hic dicitur, sed manet affectum, & reseruatum specialiter, quia si contrarium voluisset Papa, expreßisset sic in primo casu,* cap. ad audientiam de decim. 1

Et credo quod quoad primam partem, scilicet quod non manet affectum &c. ista regula sit danda, licet concernat expeditionem, quod non maneat affectum &c: Credo tamen quod in primo casu Camera daret etiam clausulam; quouis alio modo vacauerit &c: *etiam temporibus istis.* 2

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A NIsi sequatur matrimonium) Et sic non censetur reseruatum per sponsalia de futuro *c. 1. & 3. de Cler. coniug. in 6. Rota dec. 1. d. tit. in No. & dec. 21. de probat. in antiq. Capella Tholos. decis. 239. ibi Aufrer. Mascard. tract. de Probat. conclus. 182. per totum Lud. lopes 1. p. Instruct. c. 256. col. 6. vers. Interim istinc pullulat. Sanchez de Matrimonio lib. 7. disput. 42. nu. 1.* vbi infinitos pro hac sententia citat. 3
Sed difficultas est an per contractum validè matrimonium, vacent seu amittantur beneficia ipso iure? id quod est magnæ considerationis: nam si vacent ipso iure clericus statim post contractum matrimonium non poterit resignare in fauorem alicuius, *Flam. Paris. de Resig. ben. lib. 3. q. 1. num. 21.* quod si non vacent donec priuetur, poterit ante sententiam priuationis adhuc lite pẽdente in fauorem alicuius renunciare, *gl. c. 2. verbo finita. vt lite pend. Rebuff. de pacif. poss. nu. 261. Couar. Cle. si furiosus de homicid 2. par. §. 3. nu. 7. Flam. Paris. d. lib. 3. q. 16. nu. 8.* Breuiter, Sanchez, *d. loco nu. 2. & 3.* postquam auctores contrariæ senten- 4

tiæ

tiæ produxit, affirmatiuam tuetur validiſsimis rationibus permultisq; auctoritatibus, videlicet vacare ipſo iure beneficia illius clerici in minoribus ordinibus conſtituti, qui matrimonium contraxit, etiamſi nondum fuerit contractum per 5
verba de præſenti: adeò, vt nec clericus recuperet beneficium nondum alteri collatum, quamuis ſponſa nondum cognita decedat, aut ad religionem trãſeat: quibus porrò rationibus hanc tueatur ſẽtẽtiam, illam verò reijciat apud illum videto, ſatis enim eſt breuitati ſtudenti illius mentem indicaſſe. Tantum ſubijcio prædictam ſententiam procedere & extendi etiam ad matrimonium quod non tenet de iure, vt quia contraxit cum impubere, vel conſanguinea, nihilominus enim erit locus priuationi ipſo iure, *Rota dec. 1. & 2. de ſponſal. in antiq. Rom. conſ. 483. nu. 5. & 6.* quia ex quo non ſtetit per eum, videtur animum habuiſſe perdendi beneficium, & magis conſideratur effectus, *Rota deciſ. 1. & 2. de cler. coniug. in antiq. Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. gl. 15. nu. 44.* Videndus tamen quoad hoc Sanchez *d. lib. 7. diſput. 43. per tot.* vbi nu. 5. idem cum prædictis cenſet; Non etiam, ſi matrimonium ſit irritum ex alijs cauſsis, puta ſi contraxerit matrimonium ſine teſtibus aut coram non proprio parocho, quod eſt contra diſpoſitionem Concilij Trid. *Seſſ. 24. c. de Reform. matrim.* quia eo caſu matrimonium nullum eſt ex defectu formæ ſeu ſolemnitatis, non incurritur pœna, vt corã R. P. D. Orano Rotæ Auditore celeberrimo probat Nicol Garcia *tract. de ben. p. 11. c. 8. nu. 15.* Idemq; erit ſi ex alijs cauſsis per eundem Zanchem allatis, quas ſi opus eſt videto, vt & Staphileum *de litter. grat. & Iuſt* qui eiuſdem cum alijs pręcitatis eſt opinionis, quod videlicet vacent beneficia per cõtractum matrimonij etiam ante copulã carnalem, immò etiãſi ſponſa religionem profiteatur ante copulam. Et quemmadmodum vacant beneficia, ita etiam penſio *Gigas q. 54.* qui ait hanc partem amplecti Curiam Romanam, & ſibi in facto accidiſſe, & Nauar. *de Orat. c. 21. nu. 53.* Flam. Pariſ. *lib. 1. q. 1. nu. 15. & lib. 6. q. 2. nu. 1015.* qui ait communem eam eſſe & receptam DD. ſententiam- niſi tamen penſio non ſit in titulum beneficij præſignata; quippe cum talis penſio poſsit laico cõcedi, *Card. in Cle. 1. § eadem q 6. de ſuppl. negl. prælat.* non mirũ eſt, ſi per contractum matrimonij non vacet. Sed Couar. *d § nu. 7.* vſum Curię Romanæ obtinuiſſe ſcribit, vt penſiones vacent per contractum matrimonij etiamſi ſimpliciter & nullo adiecto onere ſpiritali fuerint conſtitutæ, niſi conceſſæ fuerint à S. Pontifice alicui laico pro re in defenſionem Eccleſiæ vtiliter gerenda, vel geſta, aut quando ex voluntate Romani Pontificis colligitur eum velle per contractum matrimonij non extingui, *Io. Bapt. Caccialup. tract. de penſio. q. 50.*

Cęterùm, queadmodum vacant regulariter per contractum matrimonij beneficia, & penſiones, ita etiam regreſſus, & alia quælibet iura ad beneficium ec- 7
cleſiaſticum ipſi contrahenti competentia *glo. in c. verbi Clericalis de cler coniug. in 6. Couar. d. tit. nu. 6.* vt ſi quiſpiam expectatiuam impetrauit ad beneficium vacaturum

caturum,& antequam vacaret, inijt matrimonium, ac defuncta vxore vacauit, non poterit eam petere,& multò magis perditur ius in re, quam ius ad rem, *c. quemadmodum de iureiur. Nauar. c. si quando, exceptione 6. num. 1. de Rescript. Sanchez d. tit. nu. 6.*

Sed quid si litteris resignationis nondum confectis, seu bullis non expeditis matrimonium contrahat, vel cucullam monasticam sumat, an beneficium nihilominus censeatur vacare? Affirmatiuam tenet Aegid. *conclus. 644. incip. si Papa*, quia gratia Papæ non dicitur perfecta, nisi reducatur in mundum, qua de re latè scripsi *ad Reg.* xxv. 8

Denique, quod diximus in simplici clerico eius beneficia vacare per contractum matrimonij ipso facto, non obtinere in beneficiato in sacris ordinibus constituto, sed per sententiam iudicis esse priuandum scribit Nauar *in Manuali c. 25. tit. de Peccatis clericor. nu. 120.* Garcia *tract. de ben. par. 11. cap. 8. num. 17.* vbi multos allegat, quos videto. 9

Argumenta in Regul. LXV. Innocentij VIII.

1. AN Regularis possit obtinere beneficium seculare sine dispensatione?
2. Iura loquentia de personis, loquuntur de idoneis, & non de alijs.
3. Quilibet præsumitur idoneus, nisi probetur contrarium.
4. Hæc Regula non est danda.
5. Camera non adstringitur dispositioni huius Regulę.
6. Ad solum Papam spectat derogare numero religiosorum.
7. Vbi non est certus numerus, Papa potest mandare, vt vnus recipiatur vltra numerum tunc existentem.
8. Regularis sine dispẽsatione secularia beneficia obtinere non potest: limita vt numero 10.
9. Quid si Pontifex dispenset cum seculari concedendo ei beneficium regulare, & electiuum, ea lege vt si per cessum, vel decessum vacabit, illud reuertatur ad pristinum statum, an an si is fiat alterius conditionis, quæ faciat, vt beneficium quantumlibet electiuum vacet in Curia, retineat dictum benef. pristinam suam qualitatem, an vero reseruatum censeatur?
10. Regulare beneficium seculari quando conferri possit.
11. Ordinarius an possit prouidere de beneficio alterius ordinis monacho.
12. Admissus ad beneficium regulare vel seculare admitti nequit in Capitulis generalibus, vel prouincialibus, seu negotijs & officijs &c: sine consensu Generalis.
13. Regularis habens beneficium seculare cum dispensatione absoluitur ab obedientia sui Superioris.

Regula LXV. INNOCENTII *VIII.*

DE CLAVSVLIS PONENDIS IN LITTERIS RELIGIOSORVM.

ITem voluit quod si petatur aliquem religiosum recipi, ac sibi de quouis benef. Ecclesiastico prouideri per simplicẽ signaturam, fiat receptio huiusmodi dumtaxat, detur adiecto, Si petens sit idoneus, vel aliud Canonicum nonobsistat, & exprimatur, si certus numerus Regularium sit ibidem, cui etiam non derogetur, nisi expressè concedatur: & si numerus iste non existat, ponatur: Dummodo locus receptionis eiusmodi nimiũ propterea non grauetur.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *ISta Regula dicit quod si vnus petat se recipi in religiosum alicuius monasterij, vel Ecclesia regularis, & sibi de quouis Ecclesiastico beneficio prouideri, tunc si Papa simpliciter signet, videlicet* fiat *tãtum debet sibi dari receptio, & debet addi clausula, scilicet,* si petens sit idoneus, & aliud canonicum non obsistat, *Item debet exprimere supplicans an certus numerus regularium sit ibidem, & tunc etiam non derogetur nisi expressè dicat Papa in signatura: & si certus numerus non sit, tũc debet poni clausula* dummodo locus receptionis huiusmodi nimium propterea non grauetur. *hoc dicit.*

Hæc Regula venit ad declarationem notatorum per glo. & Decium in c. quod Dei
B timorem, de statu regul. *& est decisio Rota, scilicet, an Regularis potest habere bene-* 1
ficium seculare sine dispensatione, & quis potest secum dispensare quoad hoc vt habeat beneficia simplicia, vel curata, & ad tollendum istas ambitiones, Papa dicit quod si vnus petit, quod recipiatur in religiosum, & quod possit sibi prouideri de quocumq; beneficio seculari, quod per simplicem signaturam tantum detur sibi, quod recipiatur in regularem, &c: ad tollendum ambitiones: quia si fortè iste velit intrare religionem & velit gaudere vtroq; lumine non petit iusta: verum est tamen quod cum tali volente intrare religionem potest Papa dispensare, quod non completo voto habeat parochialem Ecclesiam vt dicit glo. sing. quam Abb. nescit alibi in d. c. quod Dei timorem.

Sed ad tollendum hoc dubium an videretur Papa dispensare dando sibi licentiam, quod posset habere beneficium curatum vt non intraret? dicit ista regula quod tantum detur sibi per simplicem signaturam, vt possit intrare religionem &c. Et quod dicitur hic de

clausula, si sit idoneus &c: *ista clausula semper intelligitur: quia iura loquētia de perso-*
nis, intelliguntur de personis idoneis, & non de alijs, l. vt gradatim §. 1. ff. de mun. & 2
hon. & glo. in l. 1. C de sacrosanc. Eccle. & c. Eunuchus 55. dist. *tamen quia qui-* 3
libet præsumitur idoneus nisi probetur contrarium c. 1. de seru. & c. fi. de præsumpt.
ideò ponitur ista clausula, vt examinetur iste, & alijs, & committitur principali prælato mo-
nasterij, vel alteri canonico Ecclesiæ Cathedralis, secundum cap. statutum de res-
cript. libro sexto.

Ista regula non est danda: quia concernit expeditionem litterarum, & non ponit de-
cretum irritans: & credo quod Camera per simplicem signaturam concederet etiam re- 4
ceptionem, & quod haberet beneficia secularia, vel regularia: quia ista regula est Can-
cellaria & non extenditur ad Cameram vt sæpè dixi supra & addendum est, & malè. 5

Item quoad secundam partem de derogatione numeri &c: tangit quod notatur in c.
cum accessissent de consti. & c. dilecto de præb. *quando Ecclesia, vel monasterium*
habet certum numerum, & non creuerunt facultates, quod ad solum Papam pertineret
derogare numero, & quando non est certus numerus, ipse potest cogere vt recipiatur 6
vnus vltra numerum &c: tamen Papa in hoc non vult facere præiudicium alicui l. 1. § si
quis à principe ff. Ne quid in loco publico. 7

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A *Ista Reg.*) Hanc Reg. nonnihil ampliarunt Clemens VIII. & Paulus V. dum in extrema illius parte post verba *non grauetur*, subiecerunt sequentia: *possintq́; Executores prouisionis huiusmodi ad receptionem emissionis professionis non expectato probationis anno procedere.*

B *An Regularis &c:*) Aduerte quod hæc pertineant ad Regulares possidentes, non autem ad mendicantes incapaces beneficiorum ob renunciationem omnis proprietatis, *Emanuel Rodericus, tomo 1. Quæst. Reg q. 34. art. 3.* Cæterum quoad illos vide Rebuffum in praxi *tit. de dispen cum regularibus facta per tot.* vbi
etiam *nu. 7.* scribit regularem sine dispēsatione secularia beneficia obtinere non 8
posse, etiamsi solita sint commendari *Concil. Trid. Sess. 25. de Reg. c. 21.* licet raro & magna cum difficultate in Curia concedatur, quod beneficia commēdata ad regularitatem in titulum reducantur, teste D. Francisco Leone *in suo Thesauro For. Eccles. p. 2. c. 3. nu 19.* multò ergò minus curata, aut curam animarum habentia ex Constit. Gregorij XIII. quam refert Gonzalez *ad Reg.* VIII. *Cancell. glo. 7. nu. 53.*) ergò nec vice versa Regularia secularibus cōferri poterūt *Bellam. decis. 172. & 714. Flam. Paris. de Resig. ben. lib. 4. q. Garcias Mastrill. decis. Regni Sicil. 31. nu. 8. Rot. decis. 6. de Iurepatro. arg. text in c. In noua actione 16. q. 7.* dum dicit,

dicit quod In vno eodéq; beneficio non debet esse dispar professio, dicēte Moyse: Non arabis in boue simul, & asino, id est homines diuersæ professionis in vno officio simul non sociabis, & ideò in expectatiua pro monacho, si petatur ad duo beneficia secularia, vel regularia, ponitur hæc clausula: *ad vnum beneficium sui ordinis in titulum*, *Staphil. de litt. grat. tit. de Octaua forma expect.*

Sed quid si S. Pontifex dispenset cum seculari concedendo ei beneficium regulare, & electiuum, ea lege vt quandocumq; per cessum, vel decessum vacabit, illud reuertatur ad pristinum statum, maneatq; vt ante regulare, & electiuum, an si is fiat Cardinalis, aut familiaris Pontificis, aut alterius conditionis quæ faciat vt beneficium quantumliber electiuum vacet in Curia, & apud Sedem retineat dictum beneficium pristinam suam qualitatem, an verò nouam induat, seu reseruatum censeatur? & quidem reseruatum censeri, & ad collationem Papæ spectare censuit Senatus Sabaudiæ *in caussa Illust. D. Vincentij Laurei Cardinalis contra R. D. Abbatem de fillij 6. Kal. Martij 1589.* teste Ant. Fabro *lib. 1 definit. forens. tit. 2. definit. 62.* & ratio est quod ex mutatione personæ, mutetur quoq; status beneficij *arg. l. Per Curatorem 9. §. 1. de acq. hared. l. vlt. C. de inoff. testam.* Siquidem non minus in concessionibus, quam in conuentionibus conditio illa subintelligitur: Si res in eodem statu manserit *arg. l. Cum quis 38. in pr. l. Cum Cornelius 82. ff. de solut. Ant. Faber d. loco.* Verū vt regrēdiar vnde diuerti, aduertē 1. quod etiam citra dispensationem posit beneficium Regulare seculari concedi, dūmodo is emittat professionem, *c. cum caussam c. officy de electio. ibi Abb. nu. 5.* nisi sint abbatiæ, & beneficia administrationem habentia, quo casu nō nisi professis conferuntur. Tempus autem emittendæ professionis eiusmodi promotis ad beneficium Regulare, est sex mensium, *Concil. Trid. Sess. 25. c. 1. de Regul.* vel secundum arbitrium Superioris pro diuersitate qualitatis personarum *gl. in d. c. officij verbo competenter, Paulus Piatesius in praxi Episcop. p. 2. c. 5. nu. 23.* 9 10

Secundo aduerte Ordinarium non posse prouidere de beneficio Regulari, nisi eo demum casu quo Regularis Ordinarius fuerit in mora prouidendi *c. Inter quatuor de Regul. Ant. Faber lib. 1. definit. foren tit. 2. defini 77.* vbi insuper addit beneficia regularia non solum conferri debere ei qui est eiusdem Regulæ, verum etiam qui eiusdem ordinis est, plerumq; enim euenit aliquos esse eiusdem Regulæ, sed non eiusdem ordinis. Nam v. g. Benedictini, & Cistercienses sunt eiusdem Regulæ, sed non eiusdem ordinis. Itaq; Regularia Regularibus eiusdem ordinis conferenda sunt, nisi Romano Præsuli aliud expedire videatur, *Vrames. cons. 238. nu. 4. de Prab.* 11

Aduerte 3. quod admissus ad beneficium Regulare, vel seculare nequit admitti in Capitulis Generalibus, Prouincialibus, seu Congregationibus, negotijs, 12
& officijs, aut alijs administrationibus ordinis, nisi Generalis consensu interueniente, sub pœna excommunicationis, quam admissus & admittens ipso facto

incurrunt teste Emanuele Roderic. *tomo 1. Quæst. Reg. q. 34. art. 5.* quem etiam vide *art. 6.* vbi scribit quod Regularis beneficium habens sęculare cum dispensatione absoluitur ab obedientia sui Superioris, & ab omnibus & solitis obseruantijs, quas non potest commodè obseruare cum executione dicti beneficij; vnde nunquam potest dimittere habitum nec proprium habere, sed tantum administrationem rerum sibi creditarum. 13

Argumenta in Reg. LXVI. INNOCENTII VIII.

1. VT religiosus impetrans fruatur dispositione huius regulæ debet esse eiusdem ordinis.
2. Effectus clausulæ: Audiat talis & Iustitiam faciat.
3. Per signaturam simplicem non censetur facta mutatio vel translatio religionis.
4. Hæc Regula an sit de dandis.

Regula LXVI. Innocentij VIII.

DE TRANSLATIONE RELIGIOSORVM.

ITem si Regularis petat sibi de beneficio ab aliquo monasterio, aut alio regulari loco dependente prouideri, & apparet ex eiusmodi petitione quod alterius monasterij, vel loci religiosus sit, licet inibi translatio non petatur, nihilominus illa venit.

GLOSSEMA ALPHONSI.

ISta regula dicit quod si vnus regularis petat sibi de aliquo beneficio prouideri quod dependet ab alio monasterio, vel alio regulari loco: & ex narratione apparet quod iste impetrans sit alterius monasterij, vel loci religiosus, quod etiāsi non petatur trāslatio, tamen venit per simplicem signaturā h. d. Et intelligo istam regulā quando impetrās est eiusdem
A *ordinis, quia alias credo, quod non veniret arg. c. in noua actione* XVI. *q.* VII. *& ca. cum causam de ele. & cle. 1. eo tit. & ad hoc facit in simili dec.* CCCLVI. *quæ incipit, item si in* 1
21 *commissione impetrata: vbi dicitur quod si vnus petat caussam tēporalem cōmitti simpliciter & de plano, & nihil est cācellatum, sed signatura dicat* audiat talis & iustitiā faciat, *quod per istam signaturā non potest ipse procedere simpliciter, & de plano: quia de* 2

commissione

commissione simpliciter & de plano requiritur specialis commissio vt dicit glo. in verbo Cómittimus in cle. Sæpè de verb. sig. *ergò requiritur specialis signatura, & sic videretur quãdo vnus regularis alterius habitus & professionis, id est ordinis, peteret beneficium alterius ordinis &c: quia tunc per signaturã simplicem non videretur facta mutatio vel translatio religionis, vel habitus, et iãsi in corpore peteretur per prædicta iura: & sic audio quod practicat Cancellaria: Camera tamen etiãsi esset frater de obseruatione S. Francisci per talẽ simplicem signaturã daret habitus mutationem, & etiam religionis trãslationem: & pro hac decisione sic intellecta, vt dixi, facit decis.* lxxvi. quæ incipit Itẽ si petatur cõmitti causam, *& dec.* cccxli. quę incipit Itẽ si cõmittatur causa. 3

Et ista regula licet concernit etiam expeditionem, vt cãcellaria det etiam translationem, tamen quia etiã concernit iustitiã, esset dãda: ideò si Cãncellaria omitteret trãslationem, tamen quia venit per simplicẽ signaturã, potest illa regula dari & quod loquatur ista regula de regulari eiusdẽ ordinis patet ibi, alterius monasterij vel loci sit &c; 4

COMMENTARIA. IO. A CHOKIER.

A QVod non veniret) Nisi cum expressa clausula translationis, *Rebuff. in praxi tit. de translat. monachorum nu. 18.* Cæterùm de translatione Religiosorum, deq; potestate transeundi in alias religiones in triginta articulos diuisa, vide abundè apud Emanuelem Rodericum *q. Reg. tom. 3. quæst. 52. per tot.* neq; enim sunt huius loci.

Argumenta in Regul. LXVII. INNOCENTII VII.

1. IN Rescripto Apostolico, semper intelliguntur verba Si preces veritate nitantur.
2. Conditio quæ inest non facit contractum cõditionalem, si non exprimatur.
3. Regula non est danda.
4. Omnis gratia habet in se tacitam conditionem, si preces veritate nitantur.
5. Narratiua gratię ante omnia est verificanda: cum narratiua sit pars gratię.
6. Narratiua nõ verificata, cẽsetur gratia subreptitia, nec ex ea consequitur quis ius in re, nec ad rem.
7. Executores litterarum in forma gratiosa non tenentur verificare narrata pro executione facienda.
8. Impetrans quando parte opponente teneatur verificare gratiam. A

Regula LXVII. Innocentij VIII.

DE CLAVSVLA SI EST ITA.

ITem quod in litteris super beneficijs per constitutionem Execrabilis vacãtibus ponatur clausula, *Si est ita*: similiter de quibuscumq; narratis informationem facti requirentibus.

GLOSSEMA ALPHONSI.

I*Sta Regula dicit quod si petatur beneficium vacans per constitutionem Execrabilis, vel narre*[illegible] *aliquid quod requirat informationem facti, tunc debet poni in bulla clausula* si est [illegible], *hoc est quod dicit ista regula. & est iusta, & bona, tamen de iure idem est etiamsi non ponantur ista verba, quia semper intelligitur ista clausula,* si preces veritate nitantur c. 11. de rescript. l. vniuersa C. de preci impera. offe. *& etiam clausula ista* si ita est *semper intelligitur* vt dicit gl. in d. c. 11. *tamen ponitur expresse in hac Regula propter simplices animos dubitantes* c. 1. de noua forma fidel. coll. x. & l. 11. C. de iursdict. vidui tol. *Item etiam est iustum quod ponatur, quia conditio quæ inest, etiam de iure non facit contractum conditionalem si non exprimatur* l. conditionis ff. de cond. & demonst. & not. in c. significasti de elect. *ideò mandatur poni hic.* 1 2

Et hac regula non est danda, quia concernit expeditionem litterarum, & non habet decretum irritans. Vnde credo quod etiamsi non poneretur ista clausula, si est ita, *quod non propterea vitiaretur bulla per prædicta iura; nec esset rescribenda. Tamen audiui quod vnus nouus Abbreuiator qui omisit ponere, fuit condemnatus ad resarciendum expensas impetranti, & quod faceret bullam rescribi suis expensis secundum Constitutionem Cancellariæ, & benè: sed ille misit ad Cameram, & transiuit bulla ibi, & soluit aliquid Abbreuiator sibi.* 3

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A D*E iure idem est etiamsi*) Omnis enim gratia habet in se tacitam conditionem, si preces veritate nitantur, aut veris existentibus prænarratis, aut vt hic habetur *si ita est, Ripa in c. 2. nu. 29. de rescript. Feliȷ. in c. fin. nu. 29. de præsumpt.* Ideò omnis narratiua est ante omnia verificanda *Cas. de Graß. dec. 1. nu. 3.* 4 5
de

de Rescript. Put. decis. 245. num. 1. lib. 1. Cum narratiua sit pars ipsius gratiæ, *Achilles de Graßis decis. 2. nu. 3. de Procur. Rot. decis. 534. nu. 1. p. 1. diuers.* eaque 6
non verificata, gratia censetur subreptitia quoad effectum saltem vtendi, *Caputaquen. decis. 345. nu. 3. p. 2.* nec ex ea consequitur quis ius in re, nec ad rem, Et in tantum sunt narrata verificanda, vt etiam id obtineat parte non opponente, quia sunt pars gratiæ, vt dictum est, & ita resoluit Rota *in vna Cæsaraugustana pensionis 20. Decembris 1591. coram D. Pamphilio, & in vna Serrarien. parochialis 1. Aprilis 1596. adde Bellam. decis. 666. incip. auditor nu. 1.* Et quod dixi omnia verificanda intellige in gratiosis teste Put. *decis. 322. nu. 2. lib. 3. Caputaquen. decis. 27. nu. 3. & 371. nu. 1. p. 1. Mohed. decis. 35. alias 304. de Renunciat.* vnde in vna Oscen. Archidiaconatus *19. Octob. 1601. coram D. Lancellotto* fuit resolutum Iosephum teneri iustificare omnia delicta in sua gratia narrata, quia cum non agatur ad solam priuationem, seu depositionem possidentis, sed ad effectum vt secuta priuatione beneficium adiudicetur impetranti, omnia sunt iustificanda, *Bellam. decis. 735.*

In rescriptis autem ad lites, ex pluribus narratis, satis est vnum verificare quod sufficeret ad mouendum Principem *Rota decis. 7. de Rescript. in No. Crescen. decis. 1. de Ferijs, Achilles decis. 27. de Rescript. Lapus alleg. 23. in fi. Mascard. de Probat. conclus. 325.*

Aduerte tamen quod Executores litterarum in forma gratiosa non tenentur verificare narrata pro executione facienda: nam ad capiendam possessionem, probatio nequaquam requiritur *Flam. Paris. de Resig. ben. lib. 10. q. 3. nu. 53.* qui ait esse communem. Quamuis contrarium velit Zerola *in praxi Episcopali p. 1. verb. Executor Apostolicus*: sed ipse fallitur, cum loquatur in dispensationibus quorum diuersa est gratia. Executores tamen tenentur verificare, si alius sit in possessione beneficij, quem debet citare, vel alias compareat legitimus contradictor, tunc enim executor tenetur assumere partes Iudicis, & Impetrans verificare suam gratiam, & eius narrata, maximè parte opponente, quia sunt pars illius, & subintelligitur clausula *si preces veritate nitantur c. 2. de Rescript.* exceptis ijs quæ iure præsumuntur *Io. And. & alij in c. 1. de lit. contest in 6. Inno. in c. super litteris nu. 19. de Rescript.* Quinetiam parte non opponente Impetrans tenetur verificare narrata in gratia vt dictum est: quod intel- 8
lige, quoad ea quorum falsitas vitiat gratiam, vt quia Impetrans esset alias inhabilis, at expressum Clericatum, vel dispensationem, vel quia sunt fundamentum gratiæ, vt reseruationem, vel deuolutionem narratam, vel quia gratia fuit facta sub conditione, vt in pensione dummodo remaneant 100. pro Rectore, seu dūmodo dimidiā partem non excedat, vel quia alias Papa omninò non concessisset, & etiam ea quorum expreßio mouit Papam ad facilius concedendum, licet alias concessisset vt Doctoratum, Baccalaureatum, familiaritatem &c

Bellam

Bellam. decis. 303. Parte verò opponente tenetur verificare omnia narrata, id est non solum iam dicta, sed etiam valorem beneficij, & narratiuam obtentorum, *Put. decis. 24. lib. Flam. Paris. de Resig. ben. lib. 10. q. 3. nu. 40.* vt & beneficij qualitatem, videlicet quod non requirat residentiam, diœcesim suam, quæ probare tenebitur, si opponatur, alias nõ, *Nicol. Garcia tract. de ben. p. 6. c. 2. nu. 156. & seq.*

Argumenta in Reg. LXVIII. Innocentij VIII.

Regula LXVIII. Innocentij VIII.

PETENTI PROVIDERI DE VACATVRO DENTVR LITTERAE DE VACANTI.

ITem petenti sibi prouideri de vacaturo dentur litteræ etiam de vacante, & è conuerso, prout expedierit impetranti.

Regula ista dicit quod si vnus petit sibi prouideri de beneficio vacaturo potest Cancellaria dare clausulam, quod prouideretur sibi de beneficio illo cum vacauerit per contractum matrimonij Titij, debet etiam poni clausula, vel cum vacauerit per contractum matrimonij &c. prout voluerit impetrans, hoc dicit.

Et ista regula potest intelligi duobus modis: vno modo prout dixi, & alio modo quod 1
loquatur Regula de impetrante tantum beneficium vacaturum, quod tunc ponatur clausula vel si vacat ad præsens, *vel quod primo ponatur clausula* si vacat ad præsens, *& postea addatur*: vel si vacauerit per eundem modum expressum. *& non debet intelligi, quod si ego impetro beneficium vacans per mortem alicuius, quod ponatur clausula* vel cum vacauerit per obitum ipsius &c: *nam ista regula loquitur de legitima impetratione permissa à iure, vel secundum stylum, & non prohibita per ius, vt in hoc casu faciat in simili glo.* in l. 1. C. de sacrosan. eccles. & l. vt gradatim ff. de mu. & hon. *nam alias esset derisio, & esset votum captanda mortis illius*, contra c. 11. de concess. præb. lib. VI. cum similibus. *& si impetro beneficium vacaturum per assecutionem, vel per promotionem, tunc bene posset poni clausula* si vacat ad præsens etiam per 2
obitum illius *per hanc regulam, sed non per obitum futurum: & sic intelligo regulam 64. ibi* præterquam si per obitum obtinentis vacare cõtigerit &c: *quæ verba sunt futuri*

futuri temporis & non præsentis, facit quod dicit Baldus de istis temporibus in l. fi. C. de codicillis. *Et ista Regula non est danda, quia concernit expeditionem tantum, & non apponit decretum irritans.*

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

E*T si impetrans*) Huc spectant quæ scribit Rebuffus in praxi tit. de reprobata benef. viuent. impet. nu. 41. & seqq. in tit de nominatio in fi.

Argumenta in Regul. LXIX. Innocentij VIII.

1. HAEc Regula videtur superflua ex quo Cancellarius ei derogat, & hodie sub plumbo Executoriales & sequestra non expediuntur.
2. Inferior Superioris constitutionem tollere non potest.
3. Vicecācellarius an præscriptione possit derogare Regulis Cancellariæ.
4. Stylus Cancellariæ attendendus est etiamsi ius obstet.
5. Quomodo in forma Humilibus possit derogare Vicecancellarius.
6. Ordinarius an possit sequestrum imponere authoritate iuris.
7. An hæc Reg. sit danda.
8. Clem. 1. de sequest. poss. & Constitutio Pij IV. concedentis facultatem iudicibus decernendi sequestra fructuum beneficiorum lite pendente discutitur.
9. Sequestrum interdum etiam apponitur ante scientiam, & quando.
10. Violās sequestrum excommunicatur & priuatur iure beneficij.
11. Ordinarius de hodierno stylo non apponit sequestrum, nisi de mandato Rotæ Auditoris qui sententiam tulit.
12. Sequestrum vt concedatur debent adesse probationes iudiciales, quod secus in casu Piauę cōstitutionis quia sufficit si constet extraiudicialiter dè reseruatione.
13. Sequestrum non conceditur vbi adest triennalis possessio.
14. Nullitatis exceptio non impedit aut excusat, quominus vitetur sequestrū.
15. Sequestrum apponi potest in qualibet instantia.
16. Sequestrum vitari non potest per cautionem.
17. Sequestrum non extenditur ad fructus perceptos.
18. Lata sententia ab Auditore Cameræ solet mandari Diœcesano, vt sequestrum apponat.
19. Sequestra sunt odiosa, & vitanda.
20. Sequestratio triplex est.
21. Sequestratio regulariter prohibita.
22. Sequestratio est interdicta, vbi adest annalis vel triennalis possessio.
23. Sequestrum conceditur si Reus non sit soluendo, vel dubitatur de dilapidatione fructuum.
24. Sequestrum conceditur in casu attentati

tentati, & vbi possessio est vacans.
25. Sequestrum vbi semel datum est durat vsq; ad finem litis.
26. Sequestrum conceditur quando recuperatio fructuum est difficilis.
27. Sequestrum concedi solet vbi litigatur inter prouisum à Sede Apostol. vel ordinario, & Capitulum.
28. Sequestro locus est quando possessor recurrit ad Iudices seculares pro defendenda sua possessione.
29. Alij casus in quibus locus est sequestro.
30. Sequestrum concedit Iudex ex officio, vbi iusta subest causa.
31. Sequestratio vbi est prohibita potest pars nihilominus petere fructuum descriptionem.
32. Sequestratio vbi non est facta, & pendente lite vacat beneficium ad collationem Ecclesiæ litigiosæ, quis illud conferat?
33. Ecclesia diu suo Rectore non debet manere viduata.
34. Error iuris vel facti quoad perceptionem fructuum excusat, etiam in conscientia.
35. Sequester an conferat beneficia pendente sequestro vacantia.
36. A sequestrationis sententia non appellatur, quod limitatur vt ibi.
37. Sequestrum violare non licet, etiãsi nulliter sit appositum.
38. Sequestrum proferri debet præuia summaria caussæ cognitione.
39. Sequestro non est locus in simplicibus beneficijs in patria & Diœcesi Leodien.
40. Authores qui de sequestris scripserunt.

Regula LXIX. INNOCENTII *VIII.*

DE MANDATIS APOSTOLICIS ET EXECVTORIALIBVS.

ITem voluit & mandauit quod mandata super fructibus sequestrandis & remissionibus ad partes pro meritis caussarum recipiendis, siue singulares, siue communes fuerint, necnon super exequendis sententijs in Ro. Curia latis, sub bulla expediantur, alias sint nullæ.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *ISta Regula dicit quod mandata Apostolica super fructibus sequestrandis, & remissionibus ad partes & super exequendis sententijs latis in Romana curia, quod expediantur sub plumbo, alias sint nulla. hoc dicit.*

Et certè

Et certè sæpè & sæpissimè dubitaui de ista regula quæ hodie de nihilo deseruit: nam Vicecancellarius derogat huic Regulæ, & non expediuntur executoriales, vel sequestra, 1
aut remissiones sub plumbo: sed in commissionibus petitur quod suo sub sigillo tradat litteras Auditor caussæ &c: non obstante regula cancellariæ, quâ caueri dicitur quod litteræ sequestri, vel remissoriæ, aut executoriales expedientur sub bulla; alias non valeant cui pro hac vice dignemini derogare: & tunc cum simplici commissione Vicecancellarij traduntur litteræ ab Auditore cum suo sigillo &c: & hodie de nullo seruit ista regula. & de hoc ego miror quomodo Vicecancellarius potest derogare huic regulæ: quia inferior consti- 2
tutionem superioris tollere non potest, clem. 11. de elect. & cum interrogauerim doctissimos viros & etiam practicos in Cancellaria, nesciuerunt mihi respondere: tunc ego opposui hanc exceptionem in caussa propria, & non fuit admissa: & in hoc potest tolerari ista derogatio per Cancellarium de stylo curiæ, & quod valeat iste stylus, & quod Vicecancellarius posset hoc prætendere quasi ex præscriptione, facit text. not. secundum 3
vnum intellectum in simili in cap. statutum in principio in verbo, litterarum de rescript lib. VI. quam not. Domi ibi *ad quod facit quia Vicecancellarius potest derogare illi cap. ex certa scientia & Ioan. de Imol. dicit ibi quod in hoc est attendendus* 4
stylus cancellariæ: quia alias de iure non potest argum. dictæ clem. & cap. cum inferior de maio. & obed.

Et legendo hic in Vrbe Sextum ex illo dicto Ioan. de Imol. etiam intuli ad stylum curiæ quoad istam Regulam cui derogat Vicecancellarius quotidie. & ex hoc etiam dico quod valet stylus quo hodie cauetur quod in forma humilibus sine supplicatione dero- 5
gat Vicecancellarius cap. statutum de rescript. lib VI. *quoad dietas, & etiam potest derogare quoad alia & facit ad hoc illa glo.* in d. cap. quod ibi dicit Ioan. de Imol. & Dom. sequitur *& quod de illo rescripto fit hodie in forma humilibus, dico quod ex tolerantia Papæ valeat*, argument. leg. Barbarius ff. de offic. præto. *sed quoad istam regulam nescio ad quid sit: sed aut non deberet hic poni, aut si poneretur, deberet seruari* argum. cap. si Romanorum XIX. dist. *& sic dixi Domin. Nicol. de Castello qui composuit eam, tamen ipse excusauit se, dicens quod sibi fuit mandatum à Papa, in castro sancti Angeli in præsentia Vicecancellarij quod nihil mutaret de antiquis Regulis, & tamen ego dixi sibi quod secundum hoc ipse non fuit compositor Regularum, sed tantum copista, & ipse scripsit, & confessus est, & non negauit.*

Aliqui tamen dicunt quod Papa committit Vicecancellario viuæ vocis oraculo, quod non credo: quia tunc constaret. Sed tunc etiam esset dubium an valeret talis commissio in præiudicium partium, secundum ea quæ dicit Abb. in cap. quod super his de fide instrument. *& ego dico in quæstionibus Cardinal.* quæstione XVII. ad longum, *& non allego hic glossas multas concernentes hoc; præmaximè quia ego cognoui istum ViceCancellarium tempore trium Pontificum, & semper fecit hoc, & semper fuit ista Regula &c: & si hoc esset verum, sic posset dicere de omnibus alijs regulis, quibus posset derogare, & præmaximè, quia Regula quarta infra*

de potestate Vicecancellarij dicit quod posset processus aggrauare &c: & per litteras Apostolicas, alias non, & littera Apostolica dicuntur bulla tantum c. licet & cap. quam graui & ca. ad falsariorum de cri. fal. *ergò &c: sed posset saluari, quod non apponitur per partes ex quo concernit hoc ius partium, & non statuentis*, facit gloss. in verbo, committatur & ibi Domi. in dicto cap. statutum in princip. de rescript. lib. VI. &c. facit quod dicit Abb. in c. fi. de offic. deleg. *sed ego apposui vt dixi, &*
B *non valuit quod apposui: ideò si consulerem facientibus Regulas Cancellaria, suaderem quod aut non fieret ista Regula, aut poneretur quod Vicecancellarius non posset ei derogare, per prædicta.*

Item sæpè dubitaui ad quid expeditur sequestrum in curia, cum ordinarius posit ibi se-
C *questrare auctoritate iuris lata vna sententia in curia secundum formam* cle. I. de sequest. *& in hoc nunquam vidi seruari illam cle. & consului peritiores me, & responderunt ignotum per ignotius, vt dicit glo. in simili* l. I. C. de natu. lib. *Sed quia ista non est materia nostra, ideò breuiter dico, quod ordinarius hodie potest facere sequestrum*
D *secundum illam clem. tamen oportet quod constet sibi authenticè de sententia, sed quia tanti constaret illa sententia in curia, sicut sequestrum, ideò partes volunt potius* 6
expedire sequestrum, & forte quia non confidunt de ordinarijs &c: & hac est veritas.

Item quod dicitur hic de remissionibus particularibus, vel singularibus, vel communibus, *intelligendum est quod remissio potest fieri pro vna parte tantum, & tunc est singularis; aut pro vtraq; & tunc est communis: & hoc est clarum & non oportet hic ponere materiam remissionis, quia esset legere multa capitula.*

Item quod dicitur hic quod sub bulla expediantur, alias sint nullæ, *intelligi debet sub bulla, id est sub plumbo* c. licet de crim. fal. & facit glo. in verbo bulla in cle. I. de iureiur. & superius dixi in vna regula & in alijs sepè.

Et inquantum habet ista regula decretum irritans esset danda: tamèn quia concernit 7
potestatem Vicecancellarij, & stylatur contrarium, nunquam daretur sine commissione per placet.

COMMENTARIA. IO. A CHOKIER.

A *Ista Regula*) Hæc Regula in nonnullis est immutata per posteriores Pontifices: sic enim se habet *Voluit & ordinauit quod mandata Apostolica super sententijs in Rom. Curia latis executioni demādandis, sub bulla expediantur, alias sint nulla.*

B *Derogare per prædicta*) Editio Lugdunensis hic manca est: nam in antiquissima illa Romana quæ est de data anni 1504. quam semper secuti sumus quod castigatior cæteris sit, vtpote per Reuer. Magistrum S. Palatij correcta, legitur clausula sequens, *Nisi dicatur quod Papa est qui derogat ex quo commissio loquitur cum Papa, dicens, dignetur S.V. vel Beatissime Pater &c: & tunc Vicecancellarius*

rius non derogat, sed Papa de cuius mandato expresso vel tacito Vicecancellarius facit & hoc etiam probatur quod Vicecancellarius in tali commißione non dicit simpliciter fiat, vel aliqua alia verba denotãtia auctoritatem propriam, sed dicit de mandato D. N. Papa &c: & sic omnia nostra facimus quibus auctoritatem impertimur &c: & circa sequestra, vide hodie bullam Innocentij per quam extenditur facultas ad illa & plura alia.

C *Lata sententia in Curia secundum formam clem* 1. *de Sequest. poss.*) Etiamsi lata sit super possessorio tãtum, nedum petitorio, vt patet ex textu ibi, 8
in petitorio vel possessorio. Hodie ex Cõstitutione Pij IV. de data 26. Octob. anni 1560. quæ in bullario est 142. ad hoc vt apponatur sequestrum quando lis est super beneficio reseruato vel affecto, Ordinaria seu alia auctoritate nulliter collato, requiritur vt lis sit super petitorio,: vnde si esset solum introducta super possessione, forsan cessaret sequestrum: quia lis super sola possessione beneficij, non facit beneficium litigiosum *gl. in c.1. de Confirm. vtil. vel inutil. vbi Abb. nu. 5. Cassad. dec. 6. nu. 2. de Rescript. Gomes. in Reg. de triennali q. 53. nu. 8.* Secus tamen quando ex productione titulorum super beneficij possessione, non plenè liquèt de alterutrius titulo, quo posit sustineri petita possessio, quia tum Iudices debent sequestrare beneficium vel illius fructus: possunt enim & separatim fructus & beneficium ipsum sequestrare *Pet. Grego. de ben. c. 40. nu. 22. per cle. vnicam ibi gl. verbo Beneficium de Sequest. post & fruct.* Adde Gonzalem *ad Reg. 8. Cancell. §. 7. proemij nu. 28. & seqq.* vbi alias subijcit differentias inter d. clem. 1. & Cõstit. Pij IV. & quidem primò per cle. 1. non potest apponi sequestrũ ante sententiam in Rota promulgatam, *text. & ibi gl. verb. promulgata in d. cle. 1.* In casu 9
verò d. Constitutionis potest statim in principio litis, dummodo præcedat citatio, prout de iure requiritur ad hoc vt sit locus sequestro, *Card. in d. Cle. 1. nu. 28.* Interdum tamen seclusa ista Cõstitutione, & cessante fructuum dilapidatione, sequestrum apponetur ante sententiam, si fructuum recuperatio aut executio sit difficilis *Put. dec. 150. nu. 3. lib. 2. & 249. nu. 3. p. 3.* Item quando possessor in prima Instãtia obtinuit remissoriam, aut si possessio fuerit capta lite pendente, & sic attentata, *Caputaquen. dec. 151. & 157. p. 3. Mohed. decis. 1. nu. 3. de Sequest. poss. & fruct.* e

Secundò, in casu clem 1. debet lis pendere in Curia; secus in casu Pianæ *Gonzalez d. §. 7. nu. 38.*

Tertiò, possessio & fructus sequestratur in casu cle. in casu verò Pianæ soli fructus, *idem nu. 41.*

3. Clementina procedit in quocumq; beneficio litigioso reseruato, vel non reseruato, Piana autem in beneficijs reseruatis, & affectis ratione mensis, vel alias, *Idem nu. 44.*

4. Clementina apponit excõmunicationis pœnam, vel priuationis ipso iure contra violantem sequestrum, *Gomes. ad Reg. de Annali q. 5. Pet. Greg. de ben. c.* 10
 40. num.

40. nu. 24. in fin. Piana verò nullam istarum pœnarum infligit,& ideò pœna d. cle. ad constit. Pianæ non extendetur *Bellam. decis. 54. Mobed. decis. 1. nu. 4. & 5. de sequest. poss. & fru.*

5. Dicta Clementina dat facultatem Ordinario loci lata prima sententia in Curia apponédi sequestrum, *Card. in d. cle. nu. 8.& 20.* licet hodie de stylo Curiæ Ordinarius non apponat sequestrum, nisi de mandato Rotæ auditoris qui sententiam tulit, *Bonifacius Vitalin. in d. cle. 1. nu. 48.& seqq.* Piana verò constit. vult vt Iudex qui de causa cognoscit, siue sit ordinarius, vel delegatus sequestrari mandet & faciat.

6. Vt intret sequestrum in casu cle. 1.debent adesse probationes iudiciales,vt ex illis relaxari possit sequestrum *Couar. lib. 1. Var.c.1.per tot.*In casu verò Pianæ sufficit si constet de dicta reseruatione & intrusione extraiudicialiter, *Gonzalez d. loco nu. 56.* cum illud verbum *Constiterint* in Piana Constit. possit etiam referri ad extraiudicialem cognitionem *c. Cum contingat, ibi Feliȷ. nu. 6. de Rescript. & in c. Si constiterit nu. 5. de accusat.* 12

Conueniunt tamen istæ Constit. in multis. 1. quod procedant in quibuscũq; beneficijs, & cuiuscumq; qualitatis *Gonzalez d. loco nu 69. & seqq.*

2. Quod in vtraq; non comprehendatur triennalis possessor ante litem motam, *Cassad. decis. 4. de sequest. poss. Caputaquen. decis. 354. numeor. 1. part. 2. Couar. lib. 2. Var. cap. 5.* 13

3. Quod nullitatis exceptio non impedit aut excusat quo minus vitetur sequestrum in casu vtriusq; Constitutionis *Gonzalez d. §. mum. 76. & seqq.* 14

4. Quia sicut appellatio interposita in terminis d. cle. 1. non impedit executionem, nec effectum sequestri, vt latè per Cassad. *dec. 5. nu. 1.d. tit.* Vestriũ *in praxi lib. 7. c. 2. nu. 5.* Ita nulla appellatio sequestrum Constitutionis Pianæ impedire valet :cum in hoc casu sequestrum potius imponatur à lege,quam ab homine,& Iudex nihil aliud facit, nisi legem exequi, tãquam executor legis,*Vestr. vbi supra nu. 9.* à lege autem nemo potest appellare *l. ab executore ff. de appel. non lic.* nec à legis executore *l. ab executore ff. de appel. l. ab executore C. quor. appel non recip. Gonzalez d. loco.*

5. In eo conueniunt quod sequestrum apponi possit in casu vtriusq; Constit. in qualibet Instãtia. *Vestr. lib. 7. c. 2. nu. 1.* vbi scribit eum qui in ipsa citatione ad sentẽtiam omisit petere sequestrũ, posse illud post sententiã, vel ab eodem Auditore qui pronunciauit, etiam sequenti audientia, vel facta ei inhibitione, à Iudice ad quem, absq; alia speciali commissione, petere, *Cassad. d. decis. 5. nu. 5.* 15

6. Conueniunt, vt quemadmodum in casu d. cle. non potest euitari sequestrum per cautionem oblatam de restituendis fructibus : ita nec in casu d. Constit. Pianæ. Nam quoties à lege pręcipitur sequestratio, vt hic, toties cautioni seu fideiussioni locus non est, vt scribit Vestrius *d. c. 2. nu. 9. & 19.* aliam rationem 16

nem addit Gózalez, quod Piana Constitutio fundatur ne intrusus ex fructibus
molestet Impetrantes Apostolicos *Card. d. cle. 1. nu. 16.* & si cum cautione data
cessaret sequestrum, non occurreretur huic nec alijs inconuenientibus, *Put. dec
311. nu. 7. lib. 1.*

7. Sicut in casu d. cle. tertius sequestrum impedire non potest, quia tendit
C in illius commodum, ita nec in casu d. Pianæ Constitutionis, cum vtrobiq; mi-
litet eadem ratio, *Gonzalez vbi supra nu. 100.*

8. Quemadmodum sequestratio d. Cle. 1. non potest extendi ad fructus per- 17
ceptos, sed tantum ad stantes de tempore sequestri, & futuros, ita etiam in casu
dictæ Constitutionis, *Idem nu. 103.*

Ordinarius hodie potest) Dixi iam ante stylũ Curiæ inoleuisse, vt man-
detur ab Auditore Rotæ qui sententiam tulit, Diœcesano, quatenus sequestret 18
beneficium iuxta determinationẽ dictæ cle. & sic videtur quod Ordinarius non
potest se intromittere (contra quam hic scribit noster Glossographus) nisi ac-
cedente huiusmodi mandato, vt docuit Bonifacius Vitalin. *in d. cle. 1. nu. 48. &
49.* Nec refert quod verba d. clemẽtinæ ibi *per loci ordinarium* indistinctè loquan-
tur, quia debent intelligi recepto prius mandato de sequestrando: quam Vita-
lini opinionem sequi quotidianam praxim Romanæ Curiæ scribit idem Gon-
zalez *nu. 55.* Existimat tamen Vestrius *in praxi d. lib. 7. tit. 2 nu. 3.* facultatem
Ordinarij in alijs in quibus Auditor non disposuit, illæsam remanere, & in si-
milibus, pręsertim quæ Ecclesiæ seruitium respiciunt, prouidere posse atq; de-
bere ex sua ordinaria facultate, quæ ex dispositione d Cle. videtur potius exci-
tata, quam de nouo concessa *Io. And. in addit. ad specul. in Rub. de Sequest. poss. in fi.*
Qui tamen Glossographi nostri opinionẽ sequi vellet, deberet Ordinario con-
stare authenticè de sentẽtia, vt dicit Noster. Sequestra enim sunt odiosa, & quo-
ad fieri potest, euitãda *cle. vnica de prohib. Sequest. poss. Bella. dec. 54.* vbi dicit cle.
vnicam esse constitutionem nouam à iure exorbitantem, & restringendam. ad-
de Mandos. *ad Reg. 29. de Surrogandis collitig, quæst. 12. nu. 2.*

Cæterùm, aduerte 1. quod triplex est Sequestratio: Voluntaria, Necessaria,
Mixta. Voluntaria est quæ fit ex conuẽtione & volũtate partium, de qua in *l.* 19
interesse puto. ff. de acq. poss. Necessaria est quæ præcepto, vel officio Iudicis fit, vt
in specie *l. aquissimum ff. de Vsufruct. & c. peruenit 2. de appellat.* Mixta est, quæ fit
authoritate legis vel Iudicis de voluntate tamen partium. Hoc autem inter istas
species interest, quod Sequestratio necessaria seu Iudicialis non priuat quem
possessione sua, quod secus est in voluntaria. *DD. in d. l. interesse. Vvames. cons. 151.
p. 1. Farinac decis. 604. nu. 2. p. 1. in nouiss. Gail. lib. 1. obseruat. 148. nu. 9. Card.
Seraphinus decis. 941. Vestrius in praxi lib. 7. c. 2. nu. 17. Mandos. ad Reg. 34. q. 43.*

Secundo pro Regula statuẽdum regulariter prohibitam esse sequestrationem
l. vna C. de seq. prohib. Mandos ad Reg 28. q. 13. Vvames. cons. 248. nu. 2. p. 1. Illust.
Card.

Card. Seraph. decis. 1096. nu. 1. Farinac. decis. 764. nu. 5. in Nouiss. nam pendente lite non est quis priuandus possessione sua, *c. 1. vt lite pen. c. 2. de sequest. poss.* quod maximè procedit, quando possedit pacificè per annum, quia tunc non est locus sequestro, sed procederetur super pleno possessorio, nam tunc demũ res sequestratur, quando incertum est quis possideat in interdicto, vti possidetis, *Bald. in c. 1. col. 2. de Sequest. poss. cap. quia res 11. q. 1.* multo magis vbi quis possedit per triennium: excipit enim d. cle. Vnic. Triennalem possessorem, non tamen Simoniacum *Mandos. ad Reg. 20. de Surrogandis q. 5. nu. 3.* 22

Insuper locus erit sequestro, si reus non sit soluendo, & dubitetur de dilapidatione fructuum *l. Imperatores in fi. ff. de appell. Rebuff. tract. de sequest. art. 1. gl. 2. nu. 6,* debetq; petẽs sequestrationem, notum facere periculum aliquod subesse, vel ne res consumatur, vel ne debitor efficiatur non soluẽdo, aut huiusmodi aliquam probabilem causam subesse. *Mascard. de Probat. conclus.* MCCCV. *nu. 4. Farinac. decis. 654. nu. 2. in Nouiss. par. 2.* 23

Præterea in casu attentati, sequestrum ex officio conceditur, vt decidit Rotæ *apud Card. Seraph. decis. 797. nu. 7.* Ad hæc, sequestrum apponi debet super possessione capta tanquam attentatum *Idem Seraph. dec. 1403. nu. 1.* Idemq; erit si possessio vacat: nam vacante beneficio facilius apponitur sequestrũ, quia nemini sit præiudicium, *c. cum vos. de off. ord.* & ita decisum *in vna Zamoren. 27. Aprilis 1605. coram R. P. D. Lugduneu. apud Farinac. p. 2. decis. 136. nu. 4.* vbi fuit dictum sequestrum in caussa beneficiali semel appositum durare ad finem litis, etiamsi possessor obtineat pro se vnam diffinitiuam. 24 25

Amplius solet concedi sequestrum in casu, quo recuperatio fructuum esset difficilis. *Put. dec. 150. nu. 3. lib. 1. & decis. 246. nu. 3. p. 3. Rota decis. 13. nu. 3. par. 2. diuers.* 26

Item locus erit sequestro quando litigatur inter prouisum à Sede Apostolica vel Ordinario, de aliqua dignitate, Canonicatu, præbenda, portione, seu alio beneficio Ecclesiastico in aliqua Ecclesia Cathedrali vel Collegiata existẽti contra Capitulum eiusdem Ecclesiæ *Gonzalez d. §. 7. proemij in Reg Cancell. nu. 21.* id quod probat ex Cõstit. Pij V. de data 3. Aprilis an. 1568. quę est in Bullario 67. 27

Sed & locus est sequestro, quando possessor recurrit ad Iudices seculares pro defendenda sua possessione, *Gonzalez d. §. 7. nu. 36.* 28

Deniq; alios casus quibus sequestro locus est, vide apud Iacobũ Simonettam *in repetit. c. 2. de sequest. poss. & fruct. nu. 26. cum seqq.* vbi enumerat 28. casus, quibus adde alios per gl. *in l. 1. C. de prohib. sequest. pecu. & in c. 2. de sequest. poss. & fruct.* & Ang. de Perus. *tract. de sequest. nu. 4. & seqq.* Abb. *in d. c. 2. nu 7.* Lancell. de attentatis *3. par. cap. 12. limit. 12. nu. 16.* 29

Postremò, potest Iudex ex officio iusta caussa motus concedere sequestrum in omnibus casibus, in quibus sequestratio ad instantiã partis fieri non possit, *bart. in l.* 30

in l. Imperatores §.fin.nu.3.ff.de appellat. Berous conf.116.nu.6.lib.3. Lan'ell.de attent. 2. part. c. 12. limit. 12. numer. 26. & part.3. c. 29. numer. 148. vbi dicit, quod Rota generaliter ex caussa benè sibi visa solet deueni- 31
re ad sequestrum, *Gonzal. d. §. 7. num. 27.* In casibus autem, in quibus est prohibita sequestratio, poterit pars nihilominus petere rerum & fructuum fieri descriptionem, ad hoc, vt quantitas rerum & fructuum facilius probari possit, *text. in l.1.§.fin.ibi Bart.de vent.in poss.mitt. & in d.l.vnic.Bald. in cap.1.de sequest.poss.& fruct. & in l.si fideiussor §.fin.ff. Qui satisd. cog. Rebuff.ad constit. Reg.d.tract.gloss. 2.nu 9* Sed dubitatur, quando seque- 32
stratio Ecclesiæ, de qua contenditur, non est facta, & pendente lite vacatio acciderit beneficij pertinentis ad collationem vel præsentationem eius Ecclesiæ, quis habebit conferre vel præsentare? Nicol. Garcia *tract. de benef. 5. p.c.6 nu.22.* sic distinguit, aut enim est lis mota super possessione, ita quod pendet quæstio, quis possideat, & tunc nullus eorum poterit conferre vel præsentare *c.2.de in integ.rest.* aut solùm mouetur quæstio super proprietate, & tunc similiter nullus potest conferre vel præsentare: quia existens in possessione rei, lite pendente potest colligere fructus illius, cùm non debeat quis commodo suæ possessionis lite pendente priuari. *cap.1.vt lit.pen. Lancell.cap.1.de attent.limit.1.Rota decis.785.num.3.p.1.& decis.17.in fi.p.2.diuers.* vt & eo casu, quo lis non esset intentata principaliter super iure conferendi seu præsentandi, sed accessoriè, & in consequentiam, vtpotè super re cui competit, vel est annexum ius conferendi seu præsentandi, v.g. super castro, Ecclesia, dignitate, cui competit ius conferendi seu præsentandi, tunc enim ex sententia Lancellotti huiusmodi lis non impediret præsentationem vel collationem. *Lancell. vbi supra nu.544.* licet eo casu Nicol. Garcia *d.c.6.* velit institutionem differri in finem & euentum caussæ, quia si institueretur, inquit, præsentatus lite pendente, non teneretur fructus restituere (ad quos alioqui possessor succumbens tenetur, à die litis notæ, seu post litem contestatam *l.centū, C.de Rei vind.l.2.c.de lit.& fruct.expen.*) ex quo 33
legitimè institutus remoueri non debet. *Abb.in cap.ex litt.de Iurep. Rochus de Iurepat.q.23.verb.competens nu.52.* Verùm hæc opinio Garciæ non mihi arri- 34
det: tum quia incongruum est, vt Ecclesia diu maneat Rectore viduata, *Coras.de off.elect & benef. Eccles.c.7.nu.4.* tum quia quoad perceptionem fructuum error iuris vel facti excusat, etiam in conscientia, *Dynus ad Reg. benefi- 35
cium.nu 50.& 51.de Reg.Iur.in 6.* Vbi autem sequestrum est datum, aduerte quod sequester clericus confert beneficia, eligit, & præsentat. *Rota decis. 323.in antiq.* est enim administrator rei sequestratæ, eiusdemque fructus colligit, in fructibus autem connumeratur beneficiorum collatio, *Io. And. Imò Barbat.in cap.examinata.de Iudic.Gambar.de off.leg.lib.4. Rub. de potest. leg. Gyg.*

Regula LXX. Innocentij VIII.

REVOCATIO FACVLTATVM ET ALIARVM impositionum.

ITem reuocauit quascumque decimarum, subsidiorum, vigesimæ, & aliorum onerum impositiones, quæ à præfato prædecessore suo ex quauis caussa in subsidium expeditionis cõtra Turcas, & alios Orthodoxæ fidei hostes emanarunt, & tam super decimarum, vigesimæ, & onerum huiusmodi exactione, quàm alias quascumque facultates quibusuis fructuum, reddituum, & prouentuũ Cameræ Apostolicæ debitorũ collectoribus, & Apostolicæ Sedis Nuntijs, etiã cũ plena potestate Legati de latere ab eodẽ prædecessore concessas: eorum collectoriæ officia & commissa eisdem Nuntijs principaliter, seu alia quæuis negotia non concernentes: suspendit quoque ad suæ S. & Sedis Apostolicæ beneplacitum quascumque plenarias indulgentias, quæ ab eodem prędecessore ex quauis caussa, etiam expeditionis huiusmodi concessę fuerint, nec non deputandi & eligendi confessores, qui plenariè absoluant, & alia faciant ad earundem indulgentiarum effectum reliquas suas facultates indulgentias ipsas quomodolibet concernentes, quoad ea, in quibus indulgentię & facultates ipsę sunt sortitę effectum, ita vt in illis, qui implentes iniuncta eis in litteris indulgentiarum huiusmodi iam consecuti sunt facultatem eligendi confessorem, qui absoluat eos plenariè in mortis articulo, per huiusmodi suspensionem non pręiudicentur, quin facultate ipsa vti possint in futurum. Decreuit quoque irritum & inane quicquid facultatum reuocatarum earundem prętextu in posterum contigerit attentari.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista regula hoc intendit, quod reuocat Papa decimas, & alia subsidia imposita per prædecessorem suum etiam contra Turcas, & alios infideles, &c. Item suspendit indulgentias plenarias ex quauis causa, etiam expeditionis contra Turcas à prædecessore suo concessas, &c. ad beneplacitum suum & sedis Apostolicæ : tamen si sortita sunt effectum, non reuocat puta quia vnus dedit certas pecunias contra Turcas, vt haberet indulgentias, &c. hoc dicit, & diuiditur in tres partes mentales, quæ colliguntur per se, & quia in istis decimis, vigesimis, &c. possem aliqua iuridica dicere, pro nunc tamen taceo. nam licet vltra consilio LXXII. *quod posuit in titulo, de Iudæis dicat, quòd Papa potest imponere decimas contra Sarracenos & alio consilio seq. dicit, quòd dare possit cruciatam contra schismaticos & rebelles Ecclesiæ , quod posuit in titulo de priuileg. tamen hoc ego non nego, si sic fieret. sed aliquando vertuntur in alios vsus, &c. de quo satis dixi alibi, & quia aliquo modo alitus sum à sede Apostolica, cum lachrymis tamen sanguinis, non debeo dicere aliquid contra eam,* argumen. l. milites. iuncta gl. C locati. *Vnum tamen hic noto , quòd Papa non reuocat potestates datas Cardinalibus super prædictis, si sunt Legati vel nuntij Apostolicæ Sedis , quoad hoc per ea, quæ dixi suprà regula proxima. Item per verba hic posita ibi* etiam cum plena potestate legati de latere, &c. *Ex quo infero, quòd si potestas imponendi decimas, vel alia subsidia fuit data Cardinali Legato in Hispania, ad hoc à Sixto , vt Andegauensi legato in Francia, quòd illa non sit reuocata, & fortè nec quoad indulgentias hic expressas est suspensa per prædicta, quia si Papa hoc voluisset, expreßisset* argumen. cap. ad audientiam de decim. *& quod lex non dicit, nec nos dicere debemus,* l. III. de offic. præsid. *Sed quoad indulgentias credo contrarium per verba huius regulæ ibi,* quæ ab eodem prædecessore etiam ex caussa expeditionis, &c. *& hæc sufficiant quoad primam partem , & de secunda & tertia partibus nunc non me intromitto: quia indirectè videtur ista secunda pars facta ad vtilitatem Officialium Curiæ, & tertia habet in se aliqua dubia, de quib. satis dixi in tractatu Iubilæi, quem direxi Sixto.*

HIC PONITVR FINIS REGVLARVM INNOcentij VIII. sequuntur modò aliquot Regulæ Pauli V. quæ subijciuntur Regulis Innocentij VIII.

Reg. 63. Reuocatio facultatum percipiendi pretium officiorum.

Item reuocauit, cassauit, & annullauit, ac irritas declarauit quascunque facultates perci-

percipiendi pretium Officiorum Romanæ Curiæ pro tempore vacantium in toto, vel in parte, ac quasuis concessiones & collationes, aliasq; dispositiones, per fel. rec. Leonem Prædecessorem suum de dictis officijs etiam ex die collationum, concessionum, & dispositionum earundem in antea vacaturis in fauorem quarumcunque personarum, Ecclesiarum, Monasteriorum, piorum locorum, Collegiorum, seu eorum mensarum, etiam perpetuò, etiam in vim contractus, & ex titulo oneroso, & sub alia quauis forma verborum, quam & præmissorum tenores pro expressis haberi voluit concessas & factas quoad officia, quæ post obitum ipsius prædecessoris vacarunt, & imposterum quomodolibet vacabunt. Item reuocauit, cassauit, ac annullauit, ac irritas declarauit quascunq; infeudationes, inuestituras gratias, concessiones quoquo modo, etiam in emphyteusin ad tempus, seu in perpetuum etiam motu proprio, & de plenitudine potestatis, ac cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs extra tamen consistorium, & sine S. R. E. Cardinalium consilio, & consensu à die constitutionis fel. rec. Pij Papæ V. prædecessoris sui super prohibitione alienandi, & infeudandi ciuitates & loca S. R. E. sub data Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, quarto Calend. Aprilis Pontificatus sui anno secundo, vsque in præsentem diem per quoscunque Romanos Pontifices suos prædecessores aut mandato, vel auctoritate eorum quomodocunque ac qualitercunque, & quouis colore factas & concessas de ciuitatibus, terris, oppidis, castris, arcibus, & locis S. R. E. & sanctæ Sedi Apostolicæ tam mediatè, quàm immediatè subiectis, tunc videlicet de tempore dictarum infeudationum, inuestiturarum, gratiarum & concessionum, nondum deuolutis. Nec non quascunque prorogationes & extensiones quarumcunque infeudationum, inuestiturarum, gratiarum & concessionum de dictis ciuitatibus, terris, oppidis, castris, arcibus, & locis, tūc videlicet de tēpore dictarū prorogationū & extensionū nondum finitarum quibusuis personis cuiuscunq; gradus status, & conditionis ac præeminentiæ, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, aut alia quauis præfulgeant dignitate, etiam in vim contractus, & ex quocunque titulo etiam oneroso, & per quascunq; tam sub plumbo, quàm in forma breuis sub annulo Piscatoris, aut etiam alias quomodocunque, & qualitercumque expeditas litteras, ac sub quauis verborum forma, quam & præmissorum omnium tenores sanctitas sua pro expressis haberi voluit latissimè extendere.

QVOD FRVCTVS IN TERTIA PARTE AVgeri possint, vigore clausulæ.

64. *ITem cū nōnulli in impetrationibus beneficiorū Ecclesiasticorū pro tēpore vacātium, & certo modo vacaturorum asserendo illorum fructus, &c. certum per eos expressum annuum valorem non excedere, nonnunquam obtineant à sanctitate sua, vt huiusmodi valorem annuum augere possint, vt verius possit in confectione litte-*

rarum super huiusmodi impetrationibus summa, ac valor ipse annuus exprimi aliter desuper non specificato, ne de virtute huiusmodi concessionis in posterum hæsitari contingat, declarauit prætextu concessionis huiusmodi, valorem ipsum vsque ad tertiam partem valoris expressi, & in prima, quæ desuper fiet, litterarum expeditione duntaxat augeri posse, & eas, quas litteris iam expeditis cum expressione valoris specificati, aut non integro augmento prædicto denuò desuper expediri contigerit, literas cum aliquo augmento valoris huiusmodi nullius esse roboris vel momenti, etiamsi motu proprio beneficiales gratiæ & dispositiones quæcumque à sanctitate sua emanarent.

DE INSORDESCENTIBVS.

65 ITem ne personis, pro quibus litteræ suæ sanctitatis emanabant ob generalem absolutionem à censuris Ecclesiasticis, quibus legati forent ad eorum effectum indifferenter: *concedi & in litteris Apostolicis apponi solita præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & insordescendi in illis statuit & ordinauit huiusmodi absolutionem & clausulam in literis, quas in futurum cum illa concedi continget non suffragari non parentibus rei iudicatæ, incendiarijs, violatoribus Ecclesiarum, falsificatoribus, & falsificari procurantibus litteras, & supplicationes Apostolicas, & illis vtentibus, receptatoribus & fautoribus eorum, ac res vetitas ad infideles deferentibus, violatoribus Ecclesiasticæ libertatis, via facti ausu temerario Apostolicis mandatis non obtemperantibus, & nuncios vel executores Apostolicæ Sedis, & eius Officialium eius commissa exequentes impedientibus, qui propter præmissa, vel aliquod eorum excommunicati à iure, vel ab homine per quatuor menses scienter excommunicationis sententiam huiusmodi sustinuerint, & generaliter quibuscunque alijs, qui censuris aliquibus etiam alias quàm vt præfertur, quomodolibet ligati in illis per annum continuum insorduerint.*

OFFICIALES NIHIL EXIGANT VLTRA DEbitum.

66 I*Tem idem D.N. exactionibus, quas sanctitas sua non sine displicentia plerumque fieri intellexit per Officiales Romanæ Curiæ, qui constitutis sibi emolumentis pro exercitio Officiorum, quæ obtinent non contenti vltrà à prosequentibus negotiorum quorundam expeditionem in eadem exigere non verentur, obuiare volens districtè præcipiendo inhibuit omnibus & singulis, quauis officia in eadem curia obtinentibus, ne de cetero quicquam prætextu Officiorum, quæ obtinent, quouis colore, etiam celerioris expeditionis vltra emolumenta eiusmodi exigere, seu ad hunc effectum expeditionem eorum, quæ eis incumbunt, malitiosè differre, sub excommunicationis, & præter* illam

illam suspensionis à perceptione emolumentorum huiusmodi pro prima ad semestre, & pro secunda ad annum, & pro tertia vicibus, quibus sic excederent, priuationis Officiorũ per eos obtentorũ, in quibus sic excesserint pœnis, ac voluit, quod S. R. E. Vicecãcellarius & Camerarius excedentes ipsos respectiuè; prout eis subsunt per subtractionem emolumẽtorũ eorũdem, ac aliàs, vt præmittitur, cõpellãt ab huiusmodi illicitis exactionibus abstinere, & contra eos per prædictas pœnas & alias, prout melius expedire viderint, procedant.

QVOD CARDINALES NON COMPREHENdantur sub regulis faciendis.

67 *ITem cum S. R. E. Cardinales ipsi sanctißimo D. N. aßistant, ac propterea debeant specialibus prærogatiuis & priuilegijs gaudere, idem D. N. statuit, ordinauit, decreuit, & declarauit, quod in quibuscumque Constitutionibus, & regulis per sanctitatem suam in posterum post hanc primam editionem, & suarum constitutionum & regularum publicationem faciendis, non includantur ipsi Cardinales, nisi illa eorundem Cardinalium fauorem concernant, vel ipsæ constitutiones edendæ de eorundem Cardinalium, vel maioris partis eorum consilio editæ fuerint.*

DE POTESTATE REVER.mi DOMINI VICEcancellarij, & Cancellariam regentis.

68 *PRimò quòd poßit committere absolutionem illorum, qui ignoranter in supplicationibus, vel in litteris Apostolicis aliquid scriberent, corrigerent, vel delerent.*

Item quòd poßit corrigere nomina, & cognomina personarum, non tamen eorum, quibus gratiæ & conceßiones fiunt ac beneficiorum, dum tamen de corpore constet.

Item quòd poßit omnes caussas beneficiales, etiam deuolutas committere in curia cum potestate citandi ad partes.

Item quòd processus Apostolica auctoritate decretos aggrauare poßit cum inuocatione brachij secularis, & sententias executioni demandari facere contra intrusos & intrudendos per litteras Apostolicas desuper conficiendas, & non aliàs.

Item quòd poßit signare supplicationes manibus duorum Referendariorum signatas de beneficijs Ecclesiasticis, sæcularibus & regularibus dispositioni Apostolicæ

Apostolicæ generaliter non reseruatis, quorum cuiuslibet valor centum florenorum auri de Camera, vel totidem librarum Turonen. paruorum, seu totidem in alia moneta secundùm communem æstimationem, valorem annuum non excedat.

Item quod possit signare supplicationes duorum Referendariorum manibus signatas de nouis prouisionibus si neutri, & subrogationibus pro collitigantibus, in quibus non detur clausula generalem reseruationem importans.

Item quòd possit ad ordines suscipiendos arctatis prorogare terminos de dictis suscipiendis ordinibus vsque ad proxima tunc à iure statuta tempora, in quibus sic arctati successiuè ad ipsos ordines promoueantur.

FINIS REGVLARVM CANCELLARIAE Apostolicæ, & Commentariorum Ioannis à Chokier; quæ S. Pontificis, ac Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ censuræ subijciuntur.

IESV CHRISTO REDEMPTORI, EIVSQVE PIISsimæ Matri semper Virgini laus, honor & gloria.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM DIGNIORVM TOTO HOC OPERE CONTENTORVM LOCVPLETISSIMVS.

A

Bullam

Car-

Vni-

Dispen-

F

Gra-

H

I

Impe-

Lex

Mulier

P.

papa

 ante-

Minor

Mulier

Nobilis

P.

 Papa

papa

Poſ-

prato-

 resi-

Reg.

Regula

Re-

S tatu-

T.

V

Varia-

Vir

FINIS.

Errata, quæ operarum typographia, siue etiam Relectoris imperitia commissa, sic corrigito.

PAg. 14. lin. 1. *subijcitque* leg. *reijcitque*, p. 25. lin. 4. *ideò* leg. *adeò*. p. 43. lin. 35. *a die accepta possessionis secunda, &c.* leg. *à die accepta possessionis secunda, prius* &c. p. 48. ibi *principalior* leg. *principaliter*. p. 49. lin. 8. *efficit* leg. *afficit*. p. 57. lin. 14. *ipsi* leg. *ipse* p. 64. lin. 8. *Legijs* leg. *Regijs*. p. 86. nu. 1. *beneficiorum* leg. *beneficium* p. 67. in fi. *confuerat* leg. *conferat*. p. 102. lin. 5. *prouisio* adde *noua*. p. 106. in fi. *hoc* leg. *hic*. p. 147. lin. vlt. *expediri* deest *non* p. 148. lin. 16. *iniuriam* leg. *incuriam*. p. 149. lin. 1. *gratia* leg. *in gratia*. p. 155. lin. 8. *contensionibus* leg. *extensionibus* p. 158. lin. 26. *postea benef.* leg. *postea vacet benef.* p. 183. num. 39. *plurimum* leg. *plurium* p. 195. lin. vlt. *auctor* leg. *Doctor* p. 291. in fi. *limina* leg. *anima*. p. 189. nu. 29. *ait quod vbi*, leg *vbi ait quod* p. 159. nu. 24. *contrarior* leg. *contrariè*. p. 199. lin. 3. *multitudine* leg. *plenitudine*, p. 216. lin. 5. *concessione* leg. *cessione*. pag. 223. lin. 24. *pridie* leg. *pridem* p. 226. nu. 24. *crudelitas* leg. *credulitas* p. 238. lin. 3. *contra* leg. *iuxta* p. 242. lin. 9. *in professis* leg. *in non professis* p. 251. *qua* leg. *qui* Ibid. *Archiepiscopatus* leg. *Archiepiscopus* p. 269. n. 39. *pensio debet* leg. *pensio non debet* p. 365. lin. 3. *primogenitores*. leg. *progenitores* p. 290. *vacabit* leg. *valebit* p. 291. *limina* leg. *anima* p. 294. *illam* leg. *aliam* Ibid. in fine de vi. deest. *diebus nec* p. 322. *ipsorum* leg. *ipsarum*. p. 341. lin. 25. *motus* leg. *modus* p. 352. lin. 25. *vitam obtinens* leg. *vitam obtinentis* p. 362. lin. 2. *intrusus non* dele *non* pag. 365. *protendit* leg. *procedit* pag. 375. in fi. *reseruatum* leg. *resignatum* pag. 379. in fin. *etiam canonicum* dele *canonicum* pag. 386. lin. 21. *Concilio decreto* leg. *Concilij Trident.* p. 396. *abdicatur* leg. *non abdicatur* p. 401. *Gallia* leg. *Gallitia* p. 420. *existat* leg. *exstat* p. 439. *illud* leg. *nec illud* p. 441. num. 5. *nititur* leg. *dicitur* 7. pag. 453. *non illud* lege *nota illud*. p. 462. *temporis* leg. *corporis* p. 469. num. 9. *excurrit* leg. *incurrit* p. 479. *Serenisś.* leg. *Sanctisś.* p. 482. *suspensatio*, leg. *dispensatio* p. 483. lin. vlt. dele *in fructus suos* p. 514. lin. 8. *reseruatum ideò* dele *reseruatum*.